



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





500. f. ~~15~~¹³

15 J. 6.

ABRAHAMI WIELING,


IVRISC. & ANTEC. TRAIECT.

LECTIONVM
IVRIS CIVILIS

L I B R I D V O.

IN QVIBVS VVLGATA QVORVN-
DAM CAPITVM SCRIPTV-
RA DEFENDITVR.

ACCEDIT NVNC PRIMVM ORATIO
P R O G L O S S A T O R I B U S.



TRAIECTI ad RHENVM.

Apud STEPH. NEAVLME Bibliop.
Anno 1610.



AMPLISSIMO GRAVISSIMO QVE
VIRO
CORNELIO
VAN
BYNKERSHOEK,
*IVRIS CONSVLTO, ET SVPREMI TRI-
BVNALIS PER HOLLANDIAM,
ZEELANDIAM, FRISIAM-
QVE OCCIDENTALEM
PRAESEPI.*

 Vam ego, meae mihi
conscius mediocritatis,
**PRAESES GRAVISSI-
ME**, statim ab initio huius, quo
fungor, muneris, legem mihi di-
xi; ut ne vel docendo, vel scri-
bendo, unquam migrarem fines
professionis meae, utilitati cupi-
dae legum iuventutis unice desti-
natae; quamque legem per om-

D E D I C A T I O.

ne illud tempus, quo tradendae iurisprudentiae publicam navare operam incoepi; constantissime servavi: eius novum editurus specimen diu circumspiciendum non habui, in cuius potissimum patro- ni fidem ac tutelam, foetum hunc novellum imbecillumque, qua par est observantia, dederem atque commendarem. Egregia enim be- nevolentia illa, quam mihi, pere- grino in Batavis homini, singu- lari prorsus gratia liberaliter in- dultam, per annos viginti inte- gros non illibatam solum conser- vasti, sed novis quoque benefi- ciis auctiorem indies reddere non desisti; suo sibi iure, eoque op- timo ac maximo, publicum ali- quod

DEDICATIO.

quod monumentum grati ad posteros animi postulare videbatur.

Ecquidem haud me fugit, **VI-RORVM AMPLISSIONE**, quam rudia huius studiorum generis tentamenta, summo illo, in quod respublica Tè evexit, fastigio parum digna sint; quamque excellens illa animi Tui magnitudo, virtutum quibus longe lateque celebraris omnium maxima, huiusmodi sacrificiorum libamenta, sive ture illa, sive lacte fiant, minime desideret: attamen, sicut primorum temporum Héroes, quos officiosa Veterum religio Deorum augere numerum post facta credidit, ab iis, quos ipsi a vi & iniuriis defendere, suoque com-

D E D I C A T I O.

plexi patrocinio beneficiis mactare non cessabant , minutissima quaeque dono accipere non dignabantur: ita & ego , eadem caussa ac spes fatus , confido fore , Te Virum Tantum , cui cum Astraea & Pallade totus Musarum adsurgit chorus , qua erga clientes Tuos uteris laeta animi ac frontis benignitate , tenues hosce meorum in Iure studiorum conatus , quos Amplissimo Tuо Nomini ex vetere formula do , dico , atque dedico ; haud alia de caussa a me editos , quam cathedrae , e qua nonum iam annum Tua in primis commendatione doceo , pro virili exornandae ; aequi bonique consulturum esse .

Deus

D E D I C A T I O.

Deus Te VIR SVMME, Iuris
& Iustitiae PRAESES SAN-
CTISSIME, obrepente iam
nunc senectute, tot bene meri-
torum palmis luxuriante, diu
salvum atque incolumem patriae,
iurisprudentiae, bonisque literis,
genium velut tutelarem, benign-
ne servet; tandemque multo-
rum annorum accessione cumula-
tum, & vitae gloriaeque saturum,
sero in coelum redire iubeat.
FRANEQVERAE, die X. kalen-
das Sept. c l o l c c X X X V I .

AUDITORIBVS PANDECTARVM.

 *Vos Vestrūm praeципue causa typis de-
scriptos videtis Lectionum Iuris Ci-
viliſ libros, Commilitones Suavissimi,
eo etiam fine in vulgus exire passus.
sum, ut de otio meo, pariter ac negotio, illis
publice constaret, quibus muneris, quod gero,
rationes a me reddi Ordines voluerunt. De
methodo, qua in Iure tradendo uti soleo,
quaedam Vobiscum olim disputavi, quam Iu-
risprudentiam ordine chronologico Restitutam
ederem: ac progressu deinde temporis, oblatā
semel iterumque occasione, utilitatem, quae
ad Vos redire inde possit, maximam, in ipsis
rebus argumentis Vobis ostendere sum coratas.*

*Meae proinde institutionis rationem, ut
paucis absolvam, hanc esse nostis: cupidos Le-
gām iuvenes, non manibus illotis, sed animis
ad moralis sapientiae praecepta rite compositis,
sanctissimum Iuris studium ingredi oportere*;
ac una cum linguarum utriusque imperii, hi-
storiarum quoque & antiquitatum cognitione
haud superficiaria, tum aetates seetasque Ve-
terum, tum publicum Rei Romanae statum,
variasque vicissitudines, ab Urbe condita ad*
Iu-

* *Const. Omnem, §9. iunc. l.7. C. de Profess. & Med. Petron.*
cap. 4. Vid. Ritterhusius lib. vi. Sacr. Lett. cap. 13. & 14.

P R A E F A T I O.

Iustinianum usque, perspectissimas habere. Hoc enim pacto non antinomias solum, prima specie subnascentes, ultro evanescere; verum & patefieri simul, quae in foro obtinent Romanae leges, quo usque nostris hodie Rebus publicis convenient, negotiisque obvenientibus adplicari utiliter possint.

Istis deinde laboribus feliciter profligatis, aliam meministis, nec minus arti nostrae necessarium, curam succedere, ad genuinas legum lectiones quod attinet. Quod enim commune omnium prisci aevi monumentorum, quotquot luctuosissimo ex naufragio enatarunt, idem & Iuris librorum triste fatum fuisse didicistis; ut nimirum repetitae saepius editiones, librariorum incuria vel imperitia, innumeras mendas contraxerint, quibus arte eximendis Viri nostrae disciplinae principes, a feliciterarum reparatione, utilissimam navare operam ad haec usque tempora non desierunt.

Verum enim vero, quod semidoctis evenire medicis & chirurgis solet, ut uno alterove curationis experimento, casu vel arte feliciter sumpto, audaciores iam facti omnibus mox laborantibus novi Aesculapii mederi instituant, vel si oculis forte, aut febriculae medicinam facere vix didicerunt, totius iam corporis, morborumque omnis generis curam susciperre, ipsisque mortuis vitam polliceri, nulli erubescant: idem si de vulgari Criticorum grege, paucis oppido exceptis, sidere natis meliori, prof

P R A E F A T I O.

fessus fuero; quin apud aequos ac peritos artis iudices, calumniae aut falsi crimine absolvi debeam, dubium nullum habeo. Neque meae sunt solius hae querelae, publicae sunt; & a Lipsio dudum in *Satyra Menippea*, a Ioanne Mercero in *Conciliatore*, * aliisque *Viris egregiis*; quam gravissime autem ab Amplissimo Viro, cui hanc opellam nuncupavi, in praefatione prioris *Observationum voluminis*, data opera expositae.

Quanquam vero & hoc tempore, nemo fere ex literarum sit cultoribus, quotquot gloriose Criticorum titulo superbi ambulant, qui isthanc late iam grassantem urendi secundique licentiam, non quavis occasione, publice privatimque, detestari & conviciis proscindere soleat: tamen quotusquisque sodes eorum est, si ab uno alterove modesto ac perito rerum aestimatore discesseris, qui a contagiosa bacule, ab hac scabie, toties aliis totiesque ad nauseam usque exprobrata, puras ipse manus possit ostendere? Semper adeo vitio id evenire humani videmus ingenii, ut qui in aliorum diiudicandis scriptis quavis lynce ocultiores sunt, iidem in cernendis propriis talpa magis caecutire videantur.

Respiciant igitur, a poëta + moniti, si cum Trimalchione philosophum + non audiunt, audaculi illi nescio qui, ad id quod non sunt;

• Iul. Scalig. de Caus. LL. lib. I. cap. I. & Fr. Robort. de Art. Crit. sub init. + Persio, Sat. IV. sub fin. + Senecam Epist. LIII. LXXXIX. & CIII.

P R A E F A T I O.

quod ipse publici usus siglae ambiguam saepe interpretationem iam olim receperint, prodente Cicerone ac ridente, libro II. de Oratore, cap. 69. Et nisi dubiae plerumque ac falsae Iustiniano visae fuissent id genus literae, sane poena tam severa, usu illarum in Iure, omnibus in posterum non interdixisset, in constitutione Omnem § 8. iuncta l. I. § 13. C. de V. I. E. Quam parum itaque praesidii, ad veram inde lectionem eruendam, hodie peti a nobis possit, nemo non videt.

De Codicibus porro manu scriptis, primisque editis, diligentissime egit Henricus Brencmannus, sollertissimus horum omnium indagator atque arbiter, in Historia Pandectarum, cap. 3. & 4. libri III. Prima quidem auctoritas Florentinis vulgo libris tribuitur, altera Noricis, minima omnium Vulgatis, ut ut antiquioris usus praerogativam habentibus. Mibi vero contra videtur. Cuius argumenti peculiarem diatriben, mihi iam dudum affectam, & tantum non absolutam, huic opusculo praemittere decreveram, iam vero, nundinis Francofurtensium adpropinquantibus, mutare consilium coactus, unum tantum alterumque, velut in transitu, admonere Vos possum. Princeps controversia, & nuper admodum agitata, illa est: an omnia Pandectarum exempla, quotquot hodie supersunt, vel saltem superesse noscuntur, ex Pandectis Pisanis, sive Florentinis, dimanasse videantur? Adfirmantem sententiam erudite admodum

E

P R A E F A T I O.

Et accurate post Ant. Augustinum, & Lael. Taurellum, tuitus est Ampl. Brencmannus, libro III. Historiae Pandect. cap. 2. pluribus tamen in contrariam etiam nunc opinionem, cum Cuiacio, Contio, aliisque, descendantibus. Nec ignota esse Vobis arbitror, quae celeberrimus Traiectinorum Antecessor, Ev. Otto, in praefatione tom I. Thesauri Iuris, hac de re commentatus est; quaeque haud ita prius Guido Grandus & Christ. Gottl Schwartzius, Viri eruditissimi, singularibus editis commentationibus observasse dicuntur; quorum nuperrime argumenta laudatissimus Brencmannus, in Epistolica ad Cl. Hesselium dissertatione, refellere ex professo adgressus est.

Ad me quod attinet, nullus dubito, quin ante Pandectas Pisis inventas non pauca illustrum exemplaria eruditorum hominum manibus versata usque fuerint, id quod ipse quoque Brencmannus diffiteri ausus non est, d. Epist. p. 57. & 93. Accedit perpetuus olim Iuris Iustiniane per Italiam usus, etiam sub Gothis, Longobardis, Francis. Ipse quoque Florentinus liber, non unius manum correctoris expertus, quod avlētōw fide refero, Augustini, Gronovii, Brencmanni, vetustiorum meliorumque codicum in Italia copiam haud defuisse testatur. De Pandectis Iouis, & Gratiani, de codice Ravennatensi, nemo est qui amplius dubitet. Quae vero argumenta, numero quinque, ni fallor, Ant. Augustinus pro sua extulit

P R A E F A T I O.

sunt; Et cerdonum plausibus valere iussis, ponant obelos impetu nimis iuvenili strictos; irrasque suas perquam ridiculas, de rebus tivititii, exuant dum licet: ita enim spes est fore, ut in tempore secum habitare postlimino adsuecant; Et ad modestiae, aetatem illorum egregie commendaturae, regulam se se componentes, humanum inter homines animum, qui maximus humanitatis studiorum fructus est, finisque unicus, induere incipient: mox intellecturi, quam curta admodum, tam sibi quam aliis, in optimarum artium studiis supplex sit; quantumque eorum, quae superiore seculo divinos illos homines, Scaligeros, Casaubonos, Grotios, tanto cum adparatu, Et incredibili omnigenae eruditionis copia, scivisse novimus; quaeque in hac literarum luce nec a nobis nesciri oportebat; adhuc sufficit, quod strenue omnes ignoramus: cuiusque ad scientiam, quae sola verum format Criticum, vix uni atque alteri, proiectioris aetatis Seni, literisque iam paene immortuo, adspirare datum est.

Vt vero redeam, unde longior me excursus avocavit, quam de genuina legum lectione sententiam buc usque tradidi nondum muto: duas nempe vias eius indagandae nobis patere; unam ex coniecturis lubricam, ac saepenumero perniciosa; alteram ex fragmentis Veterum ante-Iustinianaeis, item codicibus manu exaratis, primisque eorum editionibus, multo certiorem,

P R A E F A T I O.

tiorem, & si analogica deinde iuris ratio accesserit, longe utilissimam. Duo praeserea indices sunt, ac statuae velut mercuriales, qui viae huius posterioris cursum multo retiorem brevioresque praemonstrant, Interpretes nempe Graeci, & Glossatores Latini: quorum publicus hodie neglegctus tot emendationum parere portenta solet, ut largam Sardis Venalibus iterum scribendis praebere materiam possint. Egregie hanc in rem Ampl. Bynkershoeklus, laudata praeftatione: Quis, ferat, inquit, in Iure nostro ad rem criticam animum adpellere, qui Artis suae subsidiis destitutus est? vel id sibi negotii dari non putat, ut consultis demum libris ferat sententiam? ut nihil quidquam statuat, nisi Basilicis quoque sententiam rogatis, & adhibito Iurisprudentiae Graecae reliquo adparatu? Nisi ita sapiamus, solide non sapimus. * Audiamus simile tanti Viri de Glossatoribus effatum, ead. praef. Prisca gens Doctorum, si verum amamus, in eruendis pertinaci studio legum sensibus, plus praestit, quam nostri vel praeteriti seculi homines. Liquet id ex Accurlio, & qui Accursio antiquiores sunt, liquet ex Bartolo, Baldo, utroque Fulgosio, Iasone, Castrone, & qui porro Sancti Patres in Iurisprudentia habentur. Quae in

* Conf. Io. Mercerus in *Conciliat.* p. 51. seqq. ibiq. Reinold. & *Apologia pro Interpretibus Graecis*, a Fabrotto contra Metellum edita, ac xxi. Exercitationibus praemissa, in *Thef. Iur.* p. 1141. tom. III.

P R A E F A T I O.

in his damnamus & ridemus, fere seculi vitia sunt. Caeterum antiquos illos Magistros habeamus suo loco & pretio; & sciamus novos, etiam praecipuae dignationis, saepe docere, quae ab iis didicerunt. Adderem exempla, nisi invidiae essent, & plura occupasset Albericus Gentilis, Dialogo de Iuris Interpretibus, in Antipatro. *Elegans eiusdem fere argumenti est opusculum, ex quo magni Alciati discipulum facile agnoscas, Ioannis Saxonii Hatstedii, e Frisia minori, de Glossis Accursianis, & Bartoli, consimiliumque Doctorum commentariis; absque eis Ius Civile, quae hodie est in usu, intelligi recte, exercerique non posse: impressum Basileae a. 1548. quod una cum rarioribus aliorum de Iure commentarybus, in publicum aliquando redire patiar.*

Sunt porro, nec inferioris census Interpretes, qui *et* depositis medicinam abstinere nec*si*, scubi in recepta lectione interpretanda, aqua ipsis haerere videatur, ad notas illicas siglas, curationis desperatae certissimos indices, plerumque configiunt, potius quam ut ingenui ignorantiam fateantur suam. Quasi vero unum omnia scire oporteat: atque multarum rerum ignorantia etiam docta non detur. Primum vero, quod paucis eorum obser-

† Vid. Grotius in Prolegom. de I. B. & P. § 54. seqq. Quanti vero Accursium Cuiacius fecerit, Gravina vos docet, lib. I. de Orig. & Progr. Iur. Civ. cap. II. 5.

PRÆFATIO.

*Servatum video, stragemque in libris nostris
vastissimam dedit, notarum propriæ dictarum
usus, nec adeo antiquus, nec publicus fuit,
rotaque ars notariatus privata: siglarum vero
aliae publicae, certae, solemnes; privatae aliae,
atque arbitrariae fuerunt; Valerio Pro-
bo auctore, in *praef. libelli*, de notis Roma-
norum interpretandis: qua illa appellatione
promiscue sumpta siglas intelligit, ab Ennii,
Tyronis, Senecæ, Philargyri Samii, & Aquilæ,
Maecenatis liberti, signis ac notis
omnino diversas. ‡ Accuratissime illa distin-
xit, pessimumque siglarum abusum gravissime
redarguit laudatissimus Bynkershoekius, lib.
i. *Observ. cap. 23.* Agnosco, inquit, sigla,
compendia scribendi, quin notas Iuris; sed le-
gitimas & solemnes, quales nobis dederunt
Magno, & Valerius Probus. Non agnosco
figmenta notarum, quibus luxuriantur ociosae
mentes, ubi nihil est legitimum, nihil uspici
solemne. Si ex prima litera cuiusque vocis in
lapidibus, marmoribus, quin & vulgari scrip-
tura, aliam vocem liceat fingere, nihil amplius
tutum aut certum erit, at cito omnia susque
deque pervertentur, name ecce a Deo facile quis
ita effecerit **Diabolum**. Conferatur Eiusdem
liber vii. Observationum cap. 21. p. 396. Quid?
quod*

‡ Praeter alios potissimum adeundus ex nostra Iac. Cuiaci*s lib.*
*xii. cap. ult. & lo. Merceru*s d. l. p. 24. seqq. iniq. Reinold.**
Quibus addesis du Fresnium in *Glossario med. & inf. latin. vo-
ce Notac.*

P R A E F A T I O.

tulit sententia, libro III. Emendationum, cap. i. eorum quod primum est, de praeposte-ro ordine ultimarum paginarum, sub titulo de regulis Iuris, omnium etiam palmarium esse Brencmannus confitetur; quia nimirum omnia, quotquot hodie innotuerunt, Pander-istarum exempla eodem laborare vitio depre-henduntur, ac proinde ex Florentino codice descripta sunt dicenda. Non repetam, quae Grandus & Schwartzius retundendo isti ari-eti in medium attulerunt. Id solum dicam, prima specie argumentum istud pluribus posse imponere; ast ubi paullo accuratius expensum fuerit, eo nibil levius adpariturum nobis esse. Quanta enim in aliis etiam scriptoribus, quos haud integros possidemus, lectionum hodie va-rietas est? quumque certissimum sit, ex uno saepe matalo omnes alios codices pariter mutilus prodiisse: quis, quaeso, primo illo dudum amissio, statuere audeat, ex decem forte qui supersunt, unum esse prototypum, ex quo re-liqui novem, tanquam ex fonte rivuli, deri-vati fuerint? Exemplum Vobis Theophili paraphrasis suppeditat, in omnibus hodie M^g ακέφαλος, primo libri primi titulo destituta, non solum Venetis, verum & Parisiensibus: hinc certum quidem est, omnes illos ex uno, pari-ter capite minuto, codices profluxisse; nemo autem constare dixerit, unum ex superstitibus, sive Venetum, sive Gallicum, reliquorum principem ac velut parentem esse.

**

Et

P R T E F A T I O.

Et forte ipsum id exemplar, quod in Italiā dudum se transmisſe Iustinianus ait, in Sanctione Pragmatica, capite undecimo; adeoque sub * Gotbis adhuc, & malto ante annum Christi 554. quo promulgata ista sanctio, eodem quod obicitur vicio laboravit; unde prima mali labes in exempla, ab Italis tum deſcripta, & progressu temporis in omnia omnino, etiam recentissima, promanaverit. Haec mea saltim coniectura eſt, cui inter alia favere haud parum videtur, plurimorum Iuris capitum pleniar & accuratior in Vulgatis quam in Etruscis lectio. Specimen quidem unius tantum exempli, unde conftere illud posſit, ſe deſiderare, ſcribit Breſcmannus, in dicta Epiftola, p. 56. Sed eorum non pauca iam dedimus in hisca Lectionum libris: & ne excipere quis poſſit, vel caſu, vel errore, peritiam enim criticam iſtis ſeculis nemo puto adſcripſerit; eiusmodi lectionem, forte meliorem, in Vulgatam irrepiffe; age novum eius rei

* Theodoricus enim, viſtis cum Odoacro Herulis, non iure ſuprēmo, ſed beneficiario tantum titulo, Italiā obtintuit. Iordanes A. 60. & 140. ed. Lindenbr. Procopius lib. I. de Bello Goth. cap. I. & 7. & lib. II. cap. 5. Et quemadmodum ſtante olim Occidentalī Imperio, ita & ſub Gothis poſtea, annuus Romae consulatus rite inibatur, designatusque consul Imperatori Orientis ſolemper commendabatur. Cassiodorus lib. IX. epift. I. Constitutions Imperiales Constantinopoli ad Senatum veteris Romae, ut antea ſub Arcadio & Theodosio II. ſemper mittebantur. Idem lib. I. epift. I. Vid. I. ult. C. de Consul. juncto Cassiodoro lib. IV. Var. 2. qua de re Cl. egit Reinoldus in Varijs, cap. 19. ut alia nuis militari, alijs diſputata.

P R A E F A T I O.

*rei exemplum adferamus, in desperatissimis
aliоquin verbis Proculi, l. 7. § 1. fin. D. de
captivis & postliminio reversis.*

*Ait Iurisconsultus: Et quemadmodum cli-
entes nostros intelligimus liberos esse, etiam si
neque auctoritate, neque dignitate, neque * vi-
ri boni) nobis * praelunt) sic eos, qui maie-
statem nostram comiter conservare debent, li-
beros esse intelligendum est. Ita ex libro Flo-
rentino edidit Taurellius. Asterisci gemini su-
spectum esse utrumque locum indicant, pro
quibus in editionibus recentioribus parenthe-
sios signa ponи vulgo solent. Evidem, ex
Glossatoribus secundae classis, Accursium eo-
dem modo, atque Florentiae habetur, legisse
constat; ita tamen, ut in aliis libris cancel-
lata haberι verba boni viri in glossa admoneat.
Quid autem primae classis id genus Patres hac
de re senserint, prorsus incertum est. Gregorius
vero Haloander ex coniectura, ut videtur,
quam suis lectoribus pro Florentina lectione
haud raro obtrudit, ex viri boni exsculpit
viribus; quam emendationem Celeberrimo Bar-
beyracio, ut genuinam Proculi scripturam,
adridere potuisse valde miror, notis ad Gro-
tium utriusque linguae, lib. 1. cap. III. § 21.
num. 2. fin. Quia vero Graecorum in Basili-
cis defectu hic laboramus, non nisi ex anti-
quioribus manuscriptis veram petere lectionem
licebit. Bonum itaque factum: Lud. Cha-
rondas ex ms. codice Stephani Auredani, cuius*

P R A E F A T I O

in fragmentis Vlpiani restituendis & alium librum se consuluisse in notulis marginalibus idem Charondas refert, quemque maxima e sibi utilitatis videri Clarissimus Schultingius professus est, praefatione Iurispr. Ante-Iustin. Charondas, inquam, ad marginem d. l. 7. corruptum illum locum, ex laudato Auredani codice ita repraesentat: neque iure omni nobis pares sunt. Quo quid elegantius, & rei, quam tractat Proculus, dici convenientius posset, ego certe nescio. Et ne ipsum quidem Aristarchum cum tota cohorte critica aliter isthunc locum emendaturum fuisse, plane existimo. Mirum vero, Gul. Budaeum in suis ad h. l. annotationibus p. 357. sola coniectura locum istum ita, sicuti diximus, a se restitutum scribere: ita ut dicendum forte sit, ex hac eius emendatione, tum lo. Cruceum, tum Lud. Russardum, in suis ad h. l. notis, lectionem isthanc mutuatos fuisse; quanquam Russardus lectionem non integrum d. l. repraesentet, verum hoc modo: alias, neque iure omni nobis; verbo praesunt, vel parcs sunt, plane omissa. Gratius vero, dicto superius loco, eandem d. l. scripturam ex lo. Bodino, quem imitari nonnunquam solet, eiusque libro I. de Republica, cap. 7. hausisse videtur: Bodinus autem ex Budaeo, ut puto. Quare vero Haloandrum sequutus, optimam hanc Charondae lectionem Cl. Barbeyracius reiecerit, ego certe caussae nihil video. Atque haec obiter Vos monuisse iam quidem suffi-

P R A E F A T I O.

sufficiat; quae enim supersunt longe plurima,
Et ut dixi iam tractari a me copta, Vestris
aliquando desideriis, una cum rarioribus istis,
Et ab Ampl. Brencmanno multum laudatis,
Guidonis Grandi, Et Cl. Schwartzii, opuscu-
lis, publice offerre constitui. Quorum spem nu-
perrime nobis fecit politissimae doctrinae Iu-
venis, M. Io. Godofredus Richterus, erudi-
tae Lipsiae novum ac feliciter surgens decus,
editaque gemina diatribe hilarioris iter famae
iam ingressus, de L. Visellia, Et de Tabula-
riis Romanorum.

Atque ita enumeravisse mihi videor admiri-
cula, ad veram lectionem constituendam ne-
cessaria. Regulas autem artis in Iure criticae,
a me quae sone exspectetis, minime ignaro, vi-
tiatae codicum scripturae tot caussas dari,
tamque diversas posse; ut paucis omnes regu-
lis, haud magis, quam innumerabiles figura-
rum areae, uno alterove modulo, comprehen-
di posse videantur. Aliorum alia bac de re
sententia est, nota eque Vobis sunt Cl. Bestii
decem illae regulae, quas in emendandis le-
gibus omnino observandas esse peculiari scrip-
to censuit; ad stipulatorem nactus, opera eque
~~sue~~ huius tantum non socium, Celeberrimum
Cunighamium. Verum enim vero, quia tota
res non nisi coniecturis agitur, Et omnis buius-
modi de facto quaestio est; idcirco primum om-
nibus accurate excussis, Et exactissima deinde
rei, de qua agitur, artisque totius cognitio-
ne

P R A E F A T I O N

ne solidà; denique attentione quam diligentissima, opus videtur; quaeque fere nunquam nos fallat: quamvis enim usū venire aliquando possit, ut mediocri tantum eruditione instrutus, sola ingenii felicitate, acutius hic summis etiam Criticis coniicere, vatisque optimi elogium reportare videatur; tamen raro admodum, & casu magis quam arte, id contingere dicendum est; & quemadmodum in proverbits, & cancer leporem, & ωχύν Σεαδος. Mibi, salva aliorum sententia, nunquam non Ampl. Bynkershoekii, uti in aliis, ita & hac in re, iudicium per placuit, citata superius prefatione: Scio, inquit, quam lubrica sit Legum Criticarum definitio, quam prudentissimos quosque fallat, & quam saepe ipsi illi fallantur, qui has quasi ex tripode dictant. Artem emendandi regulis & praeceptis comprehendere, difficillimum est: sed his solis, quae praescribas, regere & coercere felicia ingenia, temerarium: at vero impium, has Leges Criticas, sine ullo Populi suffragio, cœu certas & indubitas proponere, & ex iis ius dicere. Putem itaque certas ac generales eiusmodi regulas nullas dari, coniecturales vero singularesque innumeras fere, quot scilicet errorum numerari caussae possunt. Quapropter, si quis posteriore hoc sensu laudatum Bestii opusculum, si aliorum quoque bac de re praecepta, interque eos Stephani, Robortelli, Scioppii, Wouwrii, & ex nostris Io. Mercexi, data opera evoluterit;

P R A E F A T I O.

verit; quin plurimum inde lucis, in Legibus Romanis rite constituendis, adfulgere ipsi pos- sit, nullum habere dubium videtur: praeser- tim, ubi quis una cum Io. Clerici Arte Cri- tica, eruditam Dan. Heinsii dissertationem, de Verae Criticae apud Veteres ortu, & pro- gressu, & usu, cura paullum attentiore, & plus semel repetita, versaverit. Sed quid ego in hisce recensendis diu Vos moror: qui de necessita- te, atque utilitate praestantissimae huius artis, omnem encyclopaediam complexae, artium que proinde omnium facile reginae, facundissime orantem nuper audivisti Clarissimum Colle- gam, Petrum Burmannum, qui laudatissimis Patru i vestigiis naviter insistens, eruditae gen- tis suae decus deserit non patitur; cuiusque Vos institutione, vel anno superiore uti iam coepi- sis, vel absolutis feriis usuri estis propediem.

Ex hisce vero omnibus Vos intelligere iam posse arbitror, studia illa amoeniora, lingua- rum, historiae, & antiquitatum, futuro Iu- risconsulto negligenda neutquam esse; viam quippe ad totius cognitionem humanitatis, id est, philosophiae moralis, gentium, & civilis; sive verae iurisprudentiae, publicae ac privatae, certissimam munitia; quam a renatis literis Viri artis nostrae coryphaei, quorum commen- taria aetatem omnem latura sunt, indefesso studio calcandam esse, suo nos exemplo monue- runt, monentque etiam nunc. Ne itaque Vos pigeat penulam subinde Grammaticorum in-

P R A E F A T I O

duere, & cum Servio, ac Labeone, in vocabulorum Iuris origines, propriasque significations, diligentissime anquirere. Nisi enim haec minutiora, ut vulgo quidem videntur, quis probe cognoverit, ad altiora pedem frustra promovere conabitur: qua de re operae pretium puto Cl. Ottonis Orationem, de Stoica veterum Iureconsultorum philosophia, diligenter consulere, p. 591. seqq. edit. Trai.

Ceterum tamen, quod Neoptolemus apud Ennium, Cicerone auctore & Gellio, dixisse fertur: philosophari necesse quidem esse, sed paucis; omnino enim haud placere: idem de studiis quoque phisiologicis, quam Literaturam vulgo dicimus, ad Vos quod attinet, vere affirmari posse, minime mihi ambigendum videtur. Puto enim, Iuris nostri Studioſos Φιλολογεῖν quidem oportere, sed paucis: id est, quantum Iurisprudentiae excolenda, Legibusque obscurioribus illustrandis, satis videatur; & ut ait Comicus: ne quid nimis. Quemadmodum enim, Homero prodente, prudens ille catusque Ulysses, in diuturnis itinerum suorum erroribus, saepe Ithacam versus, regnum patrium, reflexisse oculos legitur; sic & Iuris candidatus, literarum elegantiorum amoena peragrans vireta, Sirenum undique cantibus resonantia, hoc consilio recte inter instituet: ut omnia in ipsis deliciarum diverticulis animadversa, ad scientiam referat principalem, in qua velut patria sua domiciliū

PRAEFA^TIO.

lium figere, vitamque omnem transfigere constituit. Vlt. Huberum audite, at quantum Virum! quo Frisia certe nostra, filioque eius Ampl. Zacharia, celebrioris nominis Iurisconsultos, suaque insimul patriae publice utiliores non genuit: Generosis, inquit, animis, qui philosophiae, literarumve amore capti seitatos illis dedunt, ego modum imperare nondubito; taltem hactenus, ne Legale Studium inchoare cunctentur, ubi primum ingenio iudicioque ad accipiendam Iuris disciplinam maturi facti videantur; etsi in artibus aliis, humanisque literis, nondum eo proiecti sint, quo pervenire possunt & debent, qui harum laude conspici atque censeri cupiunt. Ratio constat ab experientia, quae sic fere me docuit evenire, uti qui diu multumque philosophiae, literisque, ac historiis immorantur, earum amoenitate, vel facilitate, eo modo in sinu suo adficiantur, uti cum ad Leges se conferunt, earum studium putent esse tetricum & asperum, aegreque ab animis suis impetrare soleant, ut earum disciplinam libenter & alacriter suscipiant. *Dial. de rat. doc. & disc. Iur. p. 88. seqq.*

Vnaquaeque sane scientia totum sibi hominem efflagitat, tum vero Literatura, non unius, sed plurium vitarum spatia, ut duum suam obtineat, vel sola exigit. Quotusquisque igitur, qui vitae non scholae discere instituit, & uni exercendae Iurisprudentiae operam omnem diciturus est, in hac vitae humanae brevitate,

P R A E F A T I O.

artium vero diversitate, & amplitudine, ad finem sibi propositum perveniet, si literario isto murice non dico imbutum, sed penitus infectum eum esse oporteat? Evidem ultro largior, * historiarum cognitionem instar ianuae, qua sola ad veram eruditionem introitum; linguarumque peritiam instar clavis esse: verum, quae malum insania est, si in aedium interiora penetrare decreveris; vitae melioris maximam partem in clave illa tantum polienda, vel in limine, ut a praetereuntibus digito monstreris, usque desidendo, consumere? Nonne quae so satius est, clave minus nitida, qua uti tamen possis, instructum te esse, ianuamque ad ingrediendum minus commodam videri; quam politissima clave, Bonae Deae instar, omnibus te iactare, qua tamen nunquam sis usurus; foresque tibi amplissimas patere, sed per quas vel nunquam paullo interius perrecturus sis; vel si quando animum transeundi ceperis, metu, ne in labyrinthum, cuius tibi vias perspectas non habes, temet coniicias, illico retrorahere pedem cogaris? Quandoquidem vero omnium finis studiorum utilitatem generis humani respicit, respicere certe debet; hanc quoque ut promoveamus, omni virium contentione elaborandum puto, aliis omnibus posthabitatis, quantacunque etiam voluptate

* Organicas propterea has artes Veteribus appellatas fuisse, eruditus Heinlius observat, *d. diss. p. 167. seq. ab summis ac principibus scientiis omnino distinctas, ibid. p. 177.*

P R A E F A T I O N

lupatate animum nostrum demulcere posse videantur.
Et quemadmodum olim, narrante Phaedro, *Duis arbores legentibus, Phoebo lauream, aliis alias, Minervae oliva propter fructum gravior videbatur, ipsamet laudante love, hac addita ratione: nisi utile est quod facimus, stulta est gloria; tanti nobis unumquodque sit, quanti finis eius, cuius causa discitur, aut adhibetur, ut recte Heinsius in Dissert. Crit. p. 178. Viam vero alter qui instituit, haud absimiles esse Caligulae existimo, quid directa acio in litora oceanii, quasi bellum perpetratus, nihil militibus, nisi ut conchas legerent, galeasque iis & sinus replerent, ridicule imperabat, spolia oceanii vocans, capitotio palatioque debita, apud Suetonium in eius vita, cap. 46.*

Vos itaque, Generosi Iuvenes, reipublicae nati, non otio; qui que veri officium Iureconsulti esse audiuitis, nosse divina & regere humana; iactis eo modo, quem dixi, artis nostrae fundamentis, analogico & systematico Iuris intellectui operam assiduam ut ponatis, publice hortor ac moneo; utique Leges Patrias, ex puris haustis fontibus, non ex limosis tractas Doctorum rivalis, cum antiquis illis Romanorum institutis, felici irrupcioque vinculo coniungere maturetis; ne aliqui, antiquo velut a nimmo contracto, in fero Quiritium cogati, in patruo palliati, non sine ludibrio, causas agere videammi. Quam in rem omnibus notissima est Petronii querela, Satyricorum initio. Vos vero ad Huberum adeatis, fori olim Frisci Papianum, Oratione x. p. 328. seqq. Huius enim prae-

P R A E F A T I O.

praeceptis si diligenter utamini, eiusque strenue legatis vestigia, spes fovere pulcherrima Vos poterit, ad eam olim laudem adspiraturos Vos esse, qua publice privatimque celebrari iam nostis disertissimos fori patrii Patronos, Viros sane meritis, aetate, ac honoribus graves, totidem velut Scaevas ac Servios, quorum aedes, ut certissima civium oracula, in rebus saepe dubiis, maxima consultorum turba frequentari videntur.

Atque ita Vos dimittere, atque ad libelli huius lectionem, sive repetitionem potius, liberaliter possem invitare; nisi invidiae declinandae causa quae-dam adhuc monenda superesse ducerem. Vulgam tam, quod titulus libri praefert, capitum quorundam scripturam defensum ire volui; at modeste, & ut ingenuum literarum cultorem decet, sine offensione cuiusquam. Dissensi, fateor, a Viris doctis non semel; eadem vero suffragandi usus libertate, qua ipsi uti adversus alios solent, quaque in republica literaria interdictum esse puto nemini; eoque minus mibi, qui Legum rearum caussam hic ago, quas partes in Iure favorabiliores esse Vos nulli ignoratis. Ceterum duo hominum genera, praeēunte Ampl. Bynkershoekio, laudata saepius praefatione, peraeque cavere studui: alterum truculentum, & audax, & noxiū; alterum nimis verecundum, & paene dixerim superstitionis, quod omnem Criticam, & quidquid est emendationum, infensissime persequitur, & gravi supercilie damnat; quod mayult aliena & absurdā quaeque comminisci, quin vel manifestos

P R A E F A T I O.

stos errores mordicus tueri , quam vel tantillum mutare , & levissima manu premere vestigia veteris scripturae.

An vero in Coniecturalibus hisce meis ; pluris enim nec habeo ipse , nec haberi ab aliis volo ; rem acu saltim aliquando tetigerim , eruditorum artis nostrae severissimo iudicio lubens committo ; gratias etiam publice acturus cuivis , docenti , quae propius ad verum accedere videbuntur . Quas vero ob adfinitatem materiae , literarias nonnunquam observationes interspersi , in iis si quid forte peccatum a me fuerit , eo maiorem a literatoribus mihi veniam pollicor , quo saepius & ipsi in capitibus Iuris nostri * aberrare sunt soliti . Critici vero nomen Iuris studiosus non accupor ; quin contra , Iurisconsultorum titulos Criticorum quibusdam lubens gratulor ; aequo saltim animo alii alias utrinque feramus . Ceterum lites hac causa cum nemine uno unquam suscipiam : quod si tamen fortean , neglecto decoro publico ; cuius nulli minus esse studiosi solent , quam quos suus ipsorum genus omni decoro indignos iudicat ; calami petulantis aciem quis in me strinxerit , tantique res momenti videatur , ut responsione aliqua opus sit ; etiam adversus impudentissimum quemque modeste agere , & solaquae ad rem pertinent regerere constitui ; spretis e trivio conviciis , & velut de plaastro in me coniectis , omni de iis censendi facultate cordatioribus relicta . Quanquam enim neque haud ita longe a tergo relietus mihi sit Consul Plancus , neque plane etiam

ires

* Vid. Pet. Cunaci epistolae , ccciv. ex cccv.

P R A E F A T I O.

vires mihi omnes audiendae talioni desint ; animus tamen deest, deeritque spero dum urvam : qui vita, non homines, odisse didici. Quod si autem modum omnem, si quis in his est modus, per vulgata ista haec conuiciandi libido excesserit ; id quod alius iam evenisse ex video & doleo ; non circulorum ea, non tabernarum, pilorumve, sed legitimè erit tribunalis notio. Nunquam sane a me impetrabunt, uti in his rebus nihil, iniurias iniuriis vindicando, eiusdem, quod cane peius & angue detector, criminis postulari sens possum. Et egregia hanc in rem verba sunt summi Viri, Petri Burmanni, in praef. ad Petronium, quae optimo iure mea iam facio : Nunquam, quod sciam, primus quemquam lacescere fui ausus ; aut lacesitus, NEBVONVM ritu, famam alicuius arrosi.

Quantum quae so exemplorum id genus, historia literaria, recentior in primis, non supeditat ? Ego vero, quae manibus defunctorum debetur, reverentiam silentio testabor : quum neminem hodie fugiat, quanto nonnullorum posteri infastas eiusmodi lites, & mendacis turpissimis plenas, redemptas nunc vellet. Morem proinde isthunc publice aliis & superbo insultandi, qui nuper adeo bonas literas inquirare rursus coepit, iure merito Magnus Grotius surpem animi impotentis foetum iam olim adpellavit, in prolegom. de Iare Belbi & Pacis, sub fin. Et vicem reipublicae literariae, bac de re agens, quam maxime doluit plur. Rev. Werenfelsius, Ver moderatissimi ipsos inter Theologos animi, dissertacione de Logomachiis cap. 1. ubi inter alia : Sane, inquit,

P R A E F A T I O.

inquit, miratus fui saepenumero, quoties vidi doctos homines, & qui sapientiae studium profitentur, tantas de rebus nihil tragoedias mouere posse. — Desii tamen mirari, simul atque perspexi, non de rebus disputari, de quibus disputari videtur, sed de disputantium ingenio & eruditione. Erras, si existimas, disceptare inter se Scaligerum & Cardanum, an hoedus tot habeat pilos quot caper? non hic, qui videtur, controversiae status est. Quis igitur? uter doctor sit, Scaliger an Cardanus? uter plus ingenio valeat? — Utete vocabulo, aut loquendi forma, quae parum latina Aristarcho cuidam videatur: statim infamia te notabit, & forte librum in te hoc titulo emitte. — Cave ne barbarismi aut soloecismi talem accuses; ferret lubentius, si flagitii insimulares. — Qui quidem morbus non alia ratione mihi sanari posse videtur, quam si quis istis hominibus persuadere possit: linguarum & Grammaticae cognitionem, quantumvis ad certa studia utilis sit, nondum tamen veram eruditionem & sapientiam esse; neque proinde operae esse pretium, ut de his tantopere litigemus. — Vbi magnopere vellem, hoc saltem cogitarent: nugas non cessare esse nugas, si difficiles sunt; neque quaestionem frivolam fieri utilam, si ad eam decidendum ingenium, multorumque librorum lectio, requiritur: quin potius verissimum esse illud Martialis ad **Classicum**:

Tur-

P R A E F A T I O.

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

Nos itaque, Auditores, mediocritate studiorum nostrorum, tanquam pallio, involuti, bonaque tuti conscientia, clanculariam istam quasique nocturnarum operarum turbam; una impudentia fretam, solo fultis contemptu vindicemus; illudque in vulgus spargi iam coepit

Invidiosorum murmura vana canum
toto pectore cum Democrito rideamus, Lucretiae memores doctrinae: Suave mari magno, &
quae sequuntur.

Haec vero omnia prolixius Vobis enarrare placuit, exemplisque adductis paullo latius illustrare: non alio consilio, quam quo Lacedaemonii olim adolescentibus suis, ut temperantiae eos adsuefarent, ebrios Helotas ostendisse leguntur, Plutarcho in Lycurgo, Demetrio, & Laconicis auctore: id est, ut moderiorum virorum imbuti praecepsis, rixantium vero foeditatem exosi, spretaque Paridum istorum Helena, grammaticalium tot bellorum matre, soli Minervae, explicandis sapientiae thesauris pacis oleam praferenti, fatale pomum, primas nempe studiorum partes, ulro offeratis; persuasissimum habentes, omnem sine virtute doctrinam, non vanam solum & inutilem, sed velut gladium esse in manu furiosi, quam non possit non & literarum pernicies, & publicus Literatorum contemptus, brevi consequi. Valete, Amicissimi Iuvenes, resque porro vestras bene gerite.

I N.

I N D E X

C A P I T V M.

L I B R I P R I M I

C A P V T . I.

V LPIANI in l. 39. D. de furtis, & PAVLI
in l. 82. § 2. D. eod. recepta lectio defendi-
tur.

C A P V T . II.

Exponitur PROCVLVS l. pen. D. de tritico, vi-
no, oleo, &c. iuncto VLPIANO l.4. § ult. D.
de doli mali & metus caussa exceptione.

C A P V T . III.

De Commodato dicis gratia, apud CAIVM in l.
4. D. commodati vel contra.

C A P V T . IV.

De Feris in Sylvis circumseptis, apud PAVLVM
in l.3. § 14. D. de adquirenda, vel amittenda pos-
sessione.

C A P V T . V.

De Mandato Legis actionum, servata scriptura
*** apud

IN DIE X

tura apud PAVLVM, l. 17. § 1. D. de manu-
missis vindicta.

C A P V T VI

Verba SCAEVOLAE, in h. ult. D. de Fluminib-
bus, sine emendatione exponuntur.

C A P V T VII

Receptam VLPIANP lectionem, in l. 13. § 1. D. de
pignoratitia actionie, defendi posse.

C A P V T VIII

Conciliantur VLPIANVS & PAVLVS in l.
15. § ult. l. 16. & l. 17. pr. D. de usufructu, &
quemadmodum quis utatur fruatur.

C A P V T IX

Interpretatio PAVLI in l. 7. pr. D. de capite minu-
tis.

C A P V T X

Ab emendatione liberatur VEPIANVS in l. 42.
D. de verborum significatione.

C A P V T XI

Nihil quidquam in princ. Institutionum, de rerum
divisione, mutandum videri.

C A

CAPITVM LIBRI I.

C A P V T XII.

Verborum POMPONII, in l. 30. § 3. D. de adquirendo rerum dominio, constans lectio defenditur.

C A P V T XIII.

Scripturam VLPIANI in l. 5. § 4. D. de his, qui effuderunt, vel deiecerunt, probam rectam videri.

C A P V T XIV.

Trium locorum lectio, in doctrina de Pignoribus vindicatur atque exponitur: MARCIANI in l. 5. pr. D. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur: DIOCLETIANI & MAXIMIANI in l. 23. C. de pignoribus: SEVERI denique & ANTONINI in l. 2. C. de remissione pignorum.

C A P V T XV.

Mendo haud laborare CAIVM in l. 7. § 2. D. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur.

C A P V T XVI.

In l. 10. C. de fideiussoribus & mandatoribus, vulgata librorum lectio confirmatur.

C A P V T XVII.

Verba VLPIANI, in l. 14. § ult. D. alimentis vel cibariis legatis, follicitanda non videri.

I N D E X

C A P V T XVIII.

Nihil turbatum esse apud VLPIANVM in l. 5.
§ 1. & PAVLVM in l. 6. D. de servitutibus praediorum rusticorum.

C A P V T XIX.

Non abundare negationem apud PAVLVM, in l. 3.
§ 3. D. de adquirenda vel amittenda possessione.

C A P V T XX.

De Bonis Ereptitiis apud VLPIANVM in l. 9. § 2.
D. de his, quae ut indignis auferuntur.

C A P V T XXI.

De Cessione servitutum apud PAVLVM in l. ult.
D. communia praediorum.

C A P V T XXII.

Exponitur fragmentum SCAEVOLAE in l. 29.
D. de vulgari & pupillari substitutione, iunctio
PAPINIANO in l. 11. § 1. D. de captivis &
postliminio reversis.

C A P V T XXIII.

Apud Papinianum, in l. 10, § 1. D. de captivis, &
postliminio reversis, verborum ordo restituitur.

C A P V T XXIV.

ARRIVS MENANDER, in l. 4. § 13. D. de re
militari, a correctione vindicatur. CA-

CAPITVM LIBRI I.

C A P V T XXV.

Locatio nominis apud PHAEDRVM, libro i. fabula xvi. initio, ex Iure Civili illustratur.

LIBRI SECUNDI.

C A P V T I.

EMENDATIO NERATII, in l. 2. pr. D. de servitibus praediorum rusticorum, retractatur.

C A P V T II.

De Reliquiis funierum & Cenotaphio: exponuntur MARCIANVS in l. 6. § ult. & VLPIANVS in l. 7. D. de rerum divisione.

C A P V T III.

Species facti, in l. 6. C. de pactis inter emptorem & venditorem, ex GLOSSA repraefentatur.

C A P V T IV.

Sana esse verba CELSI in l. ult. D. de conditione caussa data, caussa non sequuta.

C A P V T V.

Defenditur VVLGATA & NORICA lectio in l. 6. § 4. D. de iure patronatus. Et an cessante ratione cesset lex? *** 3 C A.

L E I D E X A O

C A P V T VI.

Exempla ἀλεύθερα: apud SCAEVOLAM, in l. 14. D. de transactionibus: apud VLPIANVM l. 15. § 3. D. ex quibus cauſſis maiores in integrum restituuntur: & apud EVNDEM in l. 1. § 14. D. de cloacis.

C A P V T VII.

Coniecturae ad CAIVM, in l. 2. pr.D. de adoptio-
nibus & emancipationibus, iunctis l. 2. 6. 8. & 9.
C. eodem.

C A P V T VIII.

Coniecturae ad MÖDESTINVM, in l. 8. & VL-
PIANVM in l. 17. § 1. & l. 19. D. de adoptio-
nibus.

C A P V T IX.

Receptarum Lectionum Δάδεινας prima:

1. PAVLI l.7. D. de nautico foenore.
2. VLPIANI l. un. § 2. D. de officio Consulis.
3. MARCIANI l. 19. D. de ritu nuptiarum.
4. VLPIANI l. 18. § 1. D. de minoribus viginti
quinque annis in integrum restituendis.
5. EIVSDEM l. 3. § 1. D. de sepulchro violato.
6. EIVSDEM d. l. 3. § 5. D. eodem.
7. EIVSDEM l. 5. § 1. D. de rebus eorum, qui
sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alien-
andis, vel supponendis.
8. AEMILI MACRI l. ult. D. de in integrum
restitutionibus.

CLAV.

CAPITVM LIBRI II.

9. CLAVDII SATVRNINI l. 16. § 8. D. de poenis.
10. VLPIANI l. 6. § 7. D. de officio Praefidis.
11. PAPINIANI l. 86. D. de acquirenda, vel omittenda hereditate.
12. VLPIANI l. 7. pr. D. de iure deliberandi.

C A P V T X.

Receptarum Lectionum *Διάδενας* secunda:

1. VLPIANI l. 1. D. de migrando.
2. IAVOLENI l. 14. pr. D. de interrogationibus in iure faciendis.
3. VLPIANI l. 71. pr. D. de legatis libro 1.
4. EIVSDEM l. 1. § 1. D. nautae, caupones, stabularii, ut recepta restituant.
5. EIVSDEM l. 3. § 1. D. eodem.
6. EIVSDEM d. l. 3. § 2. D. eodem.
7. EIVSDEM l. 1. § 7. D. eodem.
8. PAVLI l. 32. § 13. D. de receptis: qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant.
9. PAVLI l. 7. § 3. D. de bonis damnatorum.
10. VLPIANI l. 9. pr. D. de poenis.
11. MARCIANI l. 1. pr. D. ad Legem Iuliam peculatus.
12. AEMILII MACRI l. 7. § 1. D. eodem.

C A P V T XI.

Receptarum Lectionum *Διάδενας* tertia:

1. MARCELLI l. 72. D. de solutionibus & liberationibus.
2. VLPIANI l. 7. § 2. D. de iniuriis.
3. EIVSDEM l. 12. § ult. D. mandati vel contra.

I N D E X

4. CAH l. 13. D. eodem.
5. PAVLI l. ult. D. de solutionibus & liberationibus.
6. IVLIANI l. 18. § 2. D. de mortis causa donationibus.
7. VLPIANI l. 45. § ult. D. de ritu nuptiarum.
8. MARCELLI l. 50. D. eodem.
9. VLPIANI l. 1. D. de concubinis.
10. EIVSDEM l. ult. pr. D. de divorciis & repudiis.
11. EIVSDEM l. 1. § 3. D. de concubinis.
12. PAVLI l. 144. D. de verborum significatione.

C A P V T XII.

A verbis **PAPINIANI**, in l. 95. § 3. D. de solutionibus & liberationibus, manus critica removetur.

C A P V T XIII.

De interpretatione **IVLIANI**, in l. 6. D. de divorciis & repudiis.

C A P V T XIV.

MODESTINI lex pen. D. ad Legem Corneliam, de sicariis & beneficis, vindicatur atque illustratur.

C A P V T XV.

CALLISTRATI, in l. 17. § 4. & 5. D. de excusationibus tutorum vel curatorum, receptam electionem servandam esse ostenditur.

C A P V T XVI.

Illustratur **INSCRIPTIO** tituli, & legis unicae
D. de

CAPITVM LIBRI II.

D. de via publica, & si quid in ea factum esse dicatur.

* C A P V T XVII.

Dc Lege XII. TABVLARVM Testamentaria.

C A P V T XVIII.

De Lege FVRIA Testamentaria.

C A P V T XIX.

De Legis VOCONIAE Auctore & Aetate.

C A P V T XX.

De Legis VOCONIAE Argumento.

C A P V T XXI.

De Capitibus Legis VOCONIAE.

C A P V T XXII.

De primo Capite VOCONIAE Legis.

C A P V T XXIII.

De Legitima Feminarum Successione.

C A P V T XXIV.

Quaedam Veterum loca eiusdem argumenti illustrantur.

*** 5

C A-

* Sequentia XVI. Capita, tertio Lectionum libro a me destinata, festinantibus forte operis, cum XVI. antecedentib[us] libri secundi, me animatum haud advertente, coaduerunt.

INDEX CAPITVM LIBRI II.

C A P V T XXV.

De Legis VOCONIAE Capite secundo.

C A P V T XXVI.

De Fatis VOCONIAE Legis.

C A P V T XXVII.

De VOCONIAE Legis Poena.

C A P V T XXVIII.

De Perpetuis Praetorum Edictis.

C A P V T XXIX.

De Lege FALCIDIA, eiusque Capitibus.

C A P V T XXX.

Ad Legem FALCIDIAM Observationes miscellaneae.

C A P V T XXXI.

De Quarta FALCIDIAE Disputatio tripartita.

C A P V T XXXII.

De Lege IVLIA Viceimaria.

I N.

I N D E X

A V C T O R V M.

A.

- A** Bramus *Nic.* --- 278.
Accursius *Franc.* --- 6. 43. 77. 94. 105. *seq.* 121. 137.
seq. 145. 151. *seq.* 154. 156. *seq.* 162. 171. *seqq.*
175. 205.
Acta Diurna. --- 230.
Aelianus. --- 202.
Agathias in *Anthol.* --- 4.
Albericus *Glossator.* --- 106.
Albinovanus --- 62.
Alciatus *Andr.* --- 6. 126. 149. *seq.* 156. 235. 262.
265. *seq.* 286.
Alexander ab Alexandro. --- 181. 186.
Alexander *Gloss.* --- 235.
Ambrosius. --- 218.
Ammianus Marcell. --- 139.
Angelus de Vbaldis --- 175.
Appianus *Alexandr.* --- 11. 13. 20. 109. 210. 278.
Apuleius. --- 6. 13. 186. 203.
Arnobius. --- 13. 154. 156.
Asconius Paed. --- 20. 188. *seq.* 191. 230.
Athenaeus. --- 155.
Auctor ad Herenn. --- 146. 229.
Augustinus *Aur. D.* --- 35. 187. *seq.* 192. 218.
Augustinus *Anton.* --- 7. 14. 173. *seqq.* 180. 184. *seq.*
286. *Auso-*

I N D E X

Ausonius. --- 265. seqq.

Azo. --- 94. 275.

B.

B Achovius *Reinh.* --- 2. 7. 77. 106. 125. 173. 199.
247.

Balduinus *Franc.* --- 183. seq. 185. seq. 199. 213.
seq. 222. seq. 226. 234. seqq. 237. 239. 241. seq.
254. seq. 260. 268. 284. seq.

Baldus de Vbaldis. --- 237.

Barbosa *August.* --- 93.

Barbeyracius *Io.* --- 277.

Baro *Eguin.* --- 237. 241.

Barthius *Casp.* --- 268.

Bartolus de Saxo Ferr. --- 205.

Baudoza *Petr.* --- 45. 237.

Belloius *Petrus.* --- 281.

Best *Gul.* --- 103. 145. 132. 137. 139. 184.

Bodinus *Io.* --- 219.

Boekelen *Christ. Otho.* --- 98.

Boëthius. --- 200. 229.

Bologninus *Ludov.* --- 174.

Brenckman *Henr.* --- 18. 177. 184. 284.

Briffonius *Barn.* --- 100. 106. 138. 150. seq. 165. 168.
176. 229. 239. 277.

Broukhusius *Ian.* --- 232.

Brunner *Frid.* --- 9. 183.

Buchnerus *Aug.* --- 269.

Budaeus *Guil.* --- 7. 14. 62. 48. seq. 103. 120. 149.
seq. 273.

Bulengerus *Iul. Caes.* --- 173.

Bulgarus *Vzolin.* --- 79. 107.

Brunquell *Io. Sal.* --- 98.

Bur-

A V C T Θ R V M.

Burgius *Petr.* --- 18.

Burmannus *Petr.* --- 83. *seq.* 178. 211. 255. *seqqq.*
266. *seqqq.* 274. *seqq.* 277. 283. 285. 287.

Bynkershoek *Corn. van.* --- 15. 30. 45. 63. 67. *seq.*
96. *seq.* 119. 128. 137. 139. *seq.* 159. 165. 177.
179. 228. 250. 279.

C.

Caesar *C. Jul.* --- 20.

Calpurnius *L. Calp.* --- 18α.

Canterus *Guil.* --- 13.

Capitolinus *Iul.* --- 90. 112. 175. 259. 267. 281.

Casaubonus *Isaac.* --- 90. 103. 154. 176. 209. 221.
267.

Cassius *Dio.* --- 10. 11. 13. 89. 109. 175. *seq.* 192.
206. 220. *seq.* 230. *seq.* 234. 241. 256. 259. *seq.*
262. *seq.* 285.

Cassiodorus. --- 186. 203. 234. 266. 286. 287.

Catanaeus *Io. M.* --- 286.

Cato *M. Porc.* --- 155.

Censorinus. --- 190.

Charisius *Sofip.* --- 8.

Charondas *Ludov.* --- 45. 73. 147. 157. *seq.* 179. 237.
239. 241. 247. 255. 277. *seq.* 285.

Chassanaeus *Alex.* --- 25. 236.

Chesius *Barth.* --- 69. 77.

Chifletius *Cl.* --- 196. 207. 235. 247.

Cicero --- 10. 12. *seq.* 20. 31. *seq.* 35. *seq.* 54. *seq.* 84.
seq. 91. 109. 155. 161. *seq.* 178. *seq.* 184. 185.
seq. 187. *seq.* 190. *seq.* 192. *seq.* 194. 196. 198. *seq.*
205. 209. 218. 225. *seq.* 228. *seqq.* 231. *seq.* 255.
278. 284. 286.

Clericus *Io.* --- 268.

Coc-

I N D E X

- C**occeius *Ger.* — 190.
Colerus *Christoph.* — 154.
Collegium *Argent.* — 94.
Connarus *Franc.* — 31. 104. 278.
Conradi *Franc. Car.* — 113. 140. 229.
Contius *Ant.* — 7. 104. 186. 235. 237. 247. 274.
Conynenberg *Casp. Ant.* — 114. seq.
Coratius *Io.* — 6. 102. 186.
Cornutus. — 236.
Cortius *Gotl.* — 233.
Costa *Ian. a.* — 60. 208.
Covarruvias *Didac.* — 7.
Cragius *Nic.* — 202.
Crefollius *Lad.* — 224.
Cruceus *Io.* — 154. 158. 237.
Curaciis *Iac.* — 4. 9. 11. 17. 18. 25. 45. 62. 69. 71.
 75. 77. 78. 80. seqq. 94. seq. 96. 100. seq. 110.
 114. 117. seq. 121. 125. seq. 142. 147. 152. 156.
 seqq. 160. 165. 168. 181. 184. 199. 203. 206.
 208. 221. 233. 226. 235. seqq. 239. seq. 241. 245.
 247. seq. 250. 253. 255. 259. 261. seq. 265. 268.
 270. 273. 275. 284.
Curtius *Iac.* — 7. 181. 204.
Curtius *Quint.* — 79.

D.

- D**avifius *Thom.* — 32. 194.
Diomedes. — 115. 268.
Dio Cassius *vide* Cassius.
Dionysius Halicarn. *vide* Halicarnassensis.
Dodwellius *Henr.* — 230. 232.
Donatus *ad Terent.* — 162.
Donellus *Hugo.* — 49. 117. 172. 239. 241.

Douia-

A V C T O R V M.

- Douiatius *Io.* — 214.
Douza *Ian.* — 180.
Duarenus *Franc.* — 7. 13. 103. 130. 150. 184. 226.
236. *seq.* 238. 241.
Duirsema *Petr.* — 60.
Duker *Car. Andr.* — 35. 156. 171. 181. 194. 254.
268.
Dynus Ross. Mugell. — 235.

E.

- E** Berlinus *Georg.* — 23.
Eck *Corn. van.* — 268. *seq.* 279.
Ennius. — 162. 236.
Everhardus *Nic.* — 102.
Eusebius. — 233. 235.
Eutropius. — 79. 90. 108.
Excerpta *Peiresc.* — 263. *seqq.*

F.

- F** Aber *Ant.* — 64. 77. *seq.* 81. 94. 106. 125. 128.
seq. 138. 157. *seqq.* 161. 163. 246. 270. *seq.*
282. 286. *seq.*
— *Baf.* — 283.
— *Pet.* — 14. 279.
Fabrettus *Raph.* — 284.
Fabricius *Io. Alb.* — 180.
— *Franc.* — 191.
Fabrottus *Car. Annib.* — 27. 48. 147. 170. 180. *seqq.*
184. 193. 214. 236. 244. 252. 284.
Fasti *Oxonienses.* — 234.
Feldmannus *Ger.* — 128.
Festus. — 16. 190. 236.

For-

INDEX A

- Forcatulus *Steph.* — 7. 120.
 Fornerius *Guil.* — 35. 59. 116. 154 seq. 275.
 — *Radulphus*. — 185. 236. —
 Forsterus *Val. Guil.* — 102. 194.
 Freherus *Marq.* — 87. 127.
 Fresne *Car. du*. — 255.
 Funccius *Io. Nic.* — 284.

G₂

- G** Alvanus *M. Aur.* — 30.
 Gaudentius *Pagan.* — 102. 184. 186. 201.
 218. 272.
 Gebhardus. — 84.
 Gellius. — 10. 15. seq. 108. III. 154. 176. 182. seq.
 192. 200. 202. 216. 218. 229. 275.
 Gentilis *Alb.* — 175. 249. 272. seq.
 — *Scipio.* — 71. seq. 156. 262.
 Gesnerus *Io. Matth.* — 155. 279.
 Giphanius *Hub.* — 32. 49. 108. III. 113. 115. 231.
 245. 253. 277. 283.
 Glareanus *Henr. Lor.* — 216.
 Gloffa. — 65. seq. 74. seq. 86. seq. 93. seq. 117. 119.
 seq. 123. 125. 134. 140. 142. 155. 162. 278.
 Glossae Nomicae. — 244. seq.
 — Philoxeni. — 8.
 Goeddaeus *Io.* — 156.
 Goesius *Guil.* — 254.
 Goltzius *Hub.* — 234.
 Gonsalius de Salas *Ios. Ant.* — 284.
 Gordonius *Franc. Marf.* — 157. seq. 162.
 Gothofredus *Dionys.* — 17. 28. 30. 33. 123. 152. 171.
 279.
 — *Iacob.* — 52. 71. 114. 122. 152. 161. 206. 218.
 281.
 Go-

I N D E X

- Goveanus *Ant.* — 124. 279.
Graevius *Io. Georg.* — 84. *seq.* 189. 193. 206.
Gronovius *Io. Frid.* — 32. 84. *seq.* 100. 110. 154.
— 189. 207. 223. 229. 257. 267. *seq.* 269. 277. 283.
— *Laur. Theod.* — 140.
Grotius *Hugo.* — 7. 16. *seq.* 64. 126. 204. 231. 272.
280. 286.
Grupenius *Chr. Vlr.* — 200.
Gruteri *Inscriptt.* — 177. 185. 229. 265. *seq.*
Gruterus *Isaac.* — 267.
Gudii *Inscriptt.* — 175. 185.
Gudius *Marq.* — 211.
Gundling *Nic. Hier.* — 107. 202. 213.
Gutherius *Iac. Aug.* — 110.

H

- H**Adrianus *Cardin.* — 85. 189.
Halicarnassensis *Dionys.* — 12. 20. 155. 180.
190. 199. 203. 206. 258.
Haloander *Greg.* — 174. *seq.* 274.
Harduinus *Io.* — 181.
Heineccius *Io. Gotl.* — 60. 71. 100. 102. 119. 152.
seqq. 178. 199. 203. *seq.* 212. 221. 233. 239. 259.
262. 283.
Henniges *Henr.* — 16.
Heraldus *Desid.* — 7. 120. 125. *seq.* 154. *seq.* 184.
277. 281.
Hertius *Io. Nic.* — 219.
Hilligerus *Osw.* — 174.
Hoffmannus *Io. Guil.* — 61. 87. 118. *seq.* 127. 239.
262.
Homberg *Io. Frid.* — 168. 252.

* * * *

Ho-

A V C T O R V M.

Homerus. — 126.

Hornius *Casp. Henr.* — 102.

Hotmanus *Franc.* — 7. 16. 39. 49. 71. 73. seq. 118.
121. 145. seqqq. 152. 181. seq. 185. 193. 196. 199.

205. 208. 219. 228. 235. 237. seq. 267. 277. 284.

Huberus *Vlr.* — 28. 30. seq. 58. 103. 105. 134. 235.
249. 253. 278.

— *Zach.* — 207.

Hufmannus *Franc.* — 238.

I.

I Auchius *Stegm. Reich.* 73. 77. 157. 162.

Ioannes *Glossator.* — 116. 162.

Iidorus. — 234.

Iustinus. — 202.

Juvenalis. — 197. 203. 215.

K.

K Irchmannus *Io.* — 281.

Kuchenbecker *Io. Phil.* — 278.

L.

L Abbeus *Car.* — 254.

Labittus *Iac.* — 60. 86. 159. 268.

Lambinus *Dionys.* — 32. 193.

Lampridius *Aelius.* — 20. 266. seq.

Leeuwen *Simon van.* — 33.

Leoninus *Etb.* — 45. 141. seq. 157. 161. 182.

Leun.

A V C T O R V M.

- Leoniclavius *Io.* — 10. *seq.* 207. 234. *seq.* 241.
Linacer *Thom.* — 103.
Lindenbrogius *Franc.* — 190..
Lipfius *Iust.* — 90. 100. 176. 204. 232. 255.
Livius. — 10. 20. 84. 180. 180. *seq.* 186. *seq.* 188.
190. *seq.* 206. 216. *seq.* 255. 277.
Lopez. *Greg.* — 272.
Ludewig *Io. Pet. van.* — 202.
Lyyclama a Nyeholt *Marc.* — 59. 62.

M.

- M**Acrobius. — 154. 200.
Maior *Elias.* — 103.
Manutius *Paul.* — 258. 262. 285.
Maranus *Guil.* — 174. 235. *seq.* 237. *seq.* 239. 242.
280.
Marcilius *Theod.* — 113. 184.
Marlianus *Barth.* 234.
Martialis. — 176. 216.
Martianus *Capella.* — 204. 261.
Matthaeus *Ant.* — 277. 279.
Martinus *Glossator.* — 107.
Mascovius *Godofr.* — 98. 155. 243.
Mafius *Guil.* — 246.
Maurus. *vid.* Vertranius.
Melanchthon *Phil.* — 287.
Menardus *Iac.* — 184. 189. 231.
Mercerus *Io.* — 88.
Merenda *Ant.* — 129. 204. 253.
Merillius *Edm.* — 49. 74. 76. 147. 147. 206.
Merula *Paul.* — 180.

***** 2

Meur-

I N D E X

- Meurlius *Io.* --- 202. 281.
Minucius Felix. --- 139.
Miscellaneae Observatt. --- 23. *seqq.* 47. 94. *seq.* 97.
117.
Molinæus *Car.* --- 73.
Mornacius *Ant.* --- 128.
Mylius *Io. Henr.* --- 229.
Mynsingerus *Ioach.* --- 186.

N.

- N**annius *Pet.* --- 214.
Nepos *Corn.* --- 11. 155.
Niellius *Io.* --- 24. 278.
Nispen *Io. van.* --- 121. 281.
Nonius Marcellus. --- 154. 216.
Noodt *Ger.* --- 5. 17. *seqq.* 22. 24. 30. 33. 36. 39. *seqq.*
42. *seqq.* 45. *seqq.* 49. 51. 55. 58. 61. 64. *seqq.* 82.
86. 88. 94. *seqqq.* 102. 105. 114. 116. *seqq.* 136.
seqq. 143. 145. *seqq.* 148. *seqq.* 165. 169. 249. 277.
Noordkerk *Herm.* --- 86. *seqq.* 118. *seqq.* 122. *seqq.*
125. *seqq.* 279. 281.

O.

- O**Brechtus *Vlr.* --- 16.
Oifelius *Ant.* --- 235.
Otto Ever. --- 170. 173. 178. 238. 242.
Ovidius. --- 232. 277.

Paciüs

A V C T O R V M.

P.

- P**Acius *Jul.* --- 95. 124. 153. 158.
Paedianus. *vide Asconius.*
Palladius. --- 87.
Pancirollus *Guido.* --- 4. 179. 184. 186. 207. 254. 265.
274. *seq.*
Pareus *Io. Phil.* --- 283. 285.
Passeratius *Io.* --- 283.
Pausanias. --- 281.
Peckius *Pet.* --- 136. *seq.*
Perizonius *Iac.* --- 103. 116. 141. 150. 178. 181.
184. *seq.* 186. 188. *seq.* 190. 194. 199. 201. *seq.*
204. 206. *seq.* 208. 212. 218. 221. 223. *seq.* 225.
seq. 231. 268. *seq.* 283.
Petronius. --- 84. 224. 284.
Phaedrus. --- 83. *seq.* 117. 211.
Phedericus *Steph. de.* --- 102.
Pighius *Steph. Vin.* --- 180. 186. 193. 196. 230. 232.
246.
Pithoeus *Pet.* --- 7. 13. 168. 184.
Plato. --- 281.
Plautus. --- 203. *seq.* 215. *seq.*
Plinius *Maior.* --- 6. 13. 15. 181. 190. 193. 286.
--- *Minor.* --- 175. 185. 198. 207. 212. 220. 225.
seq. 256. 259. *seq.* 265. *seq.* 269.
Plutarchus. --- 191. 212.
Poggiius *Io. Franc.* --- 189.
Politianus *Ang.* --- 174.
Polybius. --- 192. 204. 209. *seq.* 256. *seq.*
Popma *Auf.* --- 13. 103. 260.
Propertius. --- 216. 232.
Pufendorffius *Sam.* --- 17. 219.

***** 3

Quin-

I N D E X

Q.

QVintilianus. — 55. 162. 166. 168. 179. 181.
183. 197. seq. 214. 221. seq. 224. seq.

R.

RAevardus *Iac.* — 109. 114. 118. 125. 174.
296.
Raguellus *Franc.* — 71. 253.
Ranchinus *Guil.* — 207.
Ranconetus *Aem.* — 236. seq. 241. 255. 279.
Regius *Gilb.* — 277.
Reinelii *Inscriptt.* — 155. 177. 230.
Reinoldus *Bern. Henr.* — 30. 32. 88. 126. 277. seq.
Relandus *Pet.* — 234.
Rescius *Rutg.* — 214.
Rigaltius *Nic.* — 139.
Rittershufius *Curr.* — 165. 203. 236. 253.
Rivallius *Aem.* — 235.
Robertus *Io.* — 18.
Roëll *Io. Alex.* — 279.
Romanus, al. Ludov. Pontanus. — 175.
Rotgerus *Art.* — 207.
Ruckerus *Io. Conr.* — 69. 73. seq. 77. seq. 80. seq.
Russardus *Lud.* — 149. 153. 158. 278.
Ryckius *Theod.* — 255.

S.

SAlis *N. a.* — 59. 65. 69. 78. 95. 107. 130. 147.
Salmasius *Claud.* — 7. 10. 85. 91. 126. 202. 211.
263. seq.

San-

A V C T O R V M.

- Sanctius *Franc.* — 116. 141. 150. 268. 283.
Sande *Io. a.* — 253.
Savaro *Io.* — 128. 254.
Scaliger *Iof. Iust.* — 8. 115. 150. 211. 233. 235.
266.
Scioppius *Casp.* — 79. 139. 189. 211.
Schiffordegherus *Casp.* — 282.
Schilterus *Io.* — 30. 202. 235. seq. 272. seq.
Schookius *Mart.* — 258.
Schultingius *Ant.* — 33. 71. 103. seq. 110. 138. 183.
seq. 186. 199. seq. 208. seq. 225. 232. 241. 259.
261. 265. 273. seq.
Schwartzius *Io. Conr.* — 31. 150. 283.
Seneca *Luc.* — 13. 85. 90. 176. 183. 196.
— *Marc.* — 176. 197. 212. 219.
Servius *ad Virg.* — 89. 200. 216.
Sidonius Apoll. — 128. 254.
Sigonius *Car.* — 185. seq.
Sozomenus. — 203.
Spanhemius *Ezech.* — 232. 261. 263. seq. 266. 275.
Spartianus. — 267.
Spartianus. — 20.
Stephanus *Henr.* — 103.
Stewechius *Godesch.* — 62. 28.
Strauchius *Io.* — 56.
Strebæus *Iac. Lud.* — 287.
Struvius *Ge. Ad.* — 30.
Suetonius. — 85. 90. 109. 115. 155. 175. 197. 206.
254. 259. 267. 278. 280.
Suidas. — 234.
Symmachus. — 266. 286.

**** 4

Tabulae

I N D E X

T.

- T**Abulae Capitolinae. — 186.
Tacitus *Corn.* — 11. 79. 109. 175. seq. 200.
202. 212. 216. seq. 225. 273. 286.
Taurellus *Franc.* — 123. 138. 144. seq.
— *Lael.* — 8.
Terentius. — 23. 287.
Tertullianus. — 218.
Thompsonius *Christ.* — 2. seq. 200. 233.
Thucydides. — 90. 281.
Tiræquellus *Andr.* — 185.
Tollius *Corn.* — 109.
Tommasinus *Iac. Phil.* — 240.
Torrentius *Laev.* — 221.
Toullieu *Pet.* — 104.
Trotzius *Christ. Henr.* — 30. 280.
Turnebus *Adr.* — 4. 7. 13. 32. 204. 287.
Turre *Phil. a.* — 274.
Tursellinus *Hor.* — 31. 283.

V.

- V**alerius Maximus. — 155. 197. 212. 225. 229.
Valesius *Henr.* — 139. 184. 187. 263. seqq.
Valla *Laur.* — 150.
Varro. — 8. 10. 15. seq. 176. 180. seq. 183. 204. 206.
277. seq.
Vegetius. — 278.
Velleius Paterculus. — 12. 20. 190.
Velserus *Marc.* — 230.
Vertranius Maurus. — 13. 173. 184. 203. 226. 284.
Victorius *Pet.* — 13. 32.
Vigilius *Znich.* — 214. 286.

Vinnius

A V C T O R V M.

Vinnius *Arn.* — 59. 186. 188. 199. 247. 249.

Virgilius. — 89. 141.

Vitruvius. — 88.

Vives *Lud.* — 185. 187.

Voetius *Io.* — 134. 251.

Voorda *Iac.* — 101. 107. 116. 129. *seqq.* 133. 135.
141. 143. 163. 283.

Vopiscus *Flav.* — 20. 109.

Vossius *Ger. Io.* — 103. 155. 177.

— *Isaac.* — 190. 268.

Vrsinus *Fulv.* — 180. 185.

Vulteius *Herm.* — 258. 278.

W.

W Aechtlerus *Chriſtfr.* — 24. *seqq.* 27. *seq.* 36. 42.
seq. 45. *seqqqq.* 55. 57. 62. 65. 82. 94. 117.
140. 156. 280. 282.

Water *Io. van de.* — 103. 110. 282.

Wechelus *Andr.* — 214.

Wesseling *Pet.* — 230. 281.

Westenberg *Io. Ortw.* — 103. 186.

Westerhovius *Arn. Henr.* — 162.

Wissenbachius *Iac.* 125. 165. 240. 245. 285. *seq.*

Wybo *Io.* — 133. 166.

X.

X Enophon. — 281.

Xylander *Gul.* — 10. 207. 234. 241.

I N D E X A V C T O R V M.

Z.

- Z** Asius *Vdalr.* — 137. 235. 262. 284.
Zieglerus *Casp.* — 16.
Zinzerlingus *Iust.* — 104.
Zoannettus *Franc.* — 173.
Zoesius *Henr. Iac.* — 279.
Zosimus. — 266. seq.



I N.

INDEX LEGIVN.

EX IVRE ANTE-IVSTINIANEO.

- L**eges Regiae. 202.
Leges XII. Tabb. 177.
202.
Lex Caducaria. 263.
— Cincia. 182. seqq.
— Claudio. 114. seqq.
— Contra de Edictis
Praet. 230.
— Cornelia de Sicar.
126.
— Decimaria. 263.
— Falcidia 227. 233. seqq.
242. seqq. 248. seqq.
— Furia Testamentaria. 179. seqq. 227.
Iulia de Aduit. 262.
— de fundo dot. ibid.
Lex Iulia & Papia. 151.
220. seqq. 259. 262.
Iulia Vicesimaria. 255. seqq.
Lex Laetoria. 114.
— Miscella. 263.
— Voconia. 183. seqq.
218. seqq.
Senatusconsultum de Edictis
Praet. 230.
Edicta Perpetua. 228. seqq.

EX FRAGMENTIS VETERVM IVRIS CONSULTORVM.

- C**aii Institutt. 108. 238.
seqq. 241.
Juliani Ed. Perp. 176.
Licinii Collatio LL. Moſ.
& Rom. 152. 261. 264.
Pauli Sententiae. 3. seqq. 127.
176. 184. 199. 200. 201.
208. 219. 240. 241. 259.
261.
Vlpiani Regulae. 68. 70.
seq. 79. 108. 110. seq.
115. 134. 178. 180. 182.
seqq. 201. 212. 227. 241.
261. 264. 265. 280. 285.

E X

INDEX

E X

CODICE THEODOSIANO.

Libro I.

Libro VI.

L. un. de responsis Prud. L. 13. de Praetor. & Quaest.
74. 161.

Libro III.

Libro IX.

L. 2. de tutor. & curat. 114.
seq.

L. 6. de sepulchro viol. 281.

Libro X.

Libro IV.

L. 5. de bonis vacant. 68.

L. 7. de testam. 265.

Libro XI.

L. 2. de usur. rei iud. 275.

L. 26. quor. adpell. non recip. 265.

NOVELLARVM.

Theodosii II. & Valentinianni III. 266.

E X

L E G V M.

E X

IVRE IVSTINIANEO.

INSTITUTIONVM

Lib. I.

pr. de codicill. 694. 212. 234

§ 3. de adoption. 116.

§ 3. de Attil. tut. 115.

pr. & § 3. de excus. tut. 172.

Lib. II.

pr. de rer. divis. 73. seqq.

§ 1. eod. 280.

§ 2. eod. 280.

§ 8. eod. 240.

§ 12. eod. 14. 17.

§ 23. eod. 42. seqq.

§ 25. eod. 44.

§ 2. de servit. praed. 61.

§ 7. de exh. libb. 225.

§ 1. de inoff. test. 225.

§ 1. de fideic. hered. 149.

246. 249.

§ 4. 5. 7. eod. 246.

§ 12. eod. 194. 246.

§ 2. de legatis. 134. seq.

§ 22. eod. 135.

§ 34. eod. 226.

§ ult. eod. 79.

pr. de L. Falcid. 178. seqq.

192. 213. 224.

§ ult. eod. 240.

Lib. III.

pr. de her. ab int. 226.

§ 9. eod. 222.

§ 15. eod. 219.

§ 3. de leg. adgn. succ. 199.

201.

Tit. & pr. de Sct. Tertull. 209. 220.

§ 4. eod. 219.

Tit. de Sct. Orphit. 220.

§ 2. & ult. quib. mod. re contr. obl. 26.

§ 4. de fideiuss. 54.

§ 5. de locat. cond. 26.

§ ult. quib. mod. toll. obl. 52. 147.

Lib. IV.

§ ult. ad L. Aquil. 46.

§ 10. de action. 52.

§ 25. eod. 182.

§ 26. eod. 254.

§ 30. eod. 57.

§ 35. eod. 56.

§ 3. seqq. de exceptit. 52.

P A N.

I N D E X

P A N D E C T A R V M

Lib. I.

- L.** 2. § 5. de orig. Iur. 179.
L. 1. de constit. Princ. 113.
 seq.
 — § 43. eod. 255.
 — § ult. eod. 264.
 — § 44. eod. 231.
L. 9. de his, qui sui vel al.
 iur. 172.
L. 2. pr. de adopt. 108. seqq.
L. 8. eod. 113.
L. 17. 18. seqq. eod. 110. 113.
 seq. 116.
L. 32. § 1. eod. 110.
L. 1. 2. 4. 6. de rer. div. 37.
 seqq.
L. 4. eod. 37. 279. seq.
L. 6. § ult. **L.** 7. eod. 89. seqq.
 284.
L. un. § 2. de off. Conf. 117.
 seq.
L. 2. & 3. de off. Procons.
 17. seq. 21.
L. 4. § ult. 1. 5. 6. pr. § 1. &
 1. 6. § 7. eod. 127.
L. 11. 12. eod. 19. seqq.
L. 13. 15. 20. § 1. eod. 20.
 seq.
L. 2. de off. Praef. 18.
L. 3. eod. 18.
L. pen. eod. 21.
L. ult. eod. 4.
L. un. de off. Praef. Aug. 18.
L. 1. pr. & § 1. de off. ei. cui
 mand. est iurisd. 19.

L. 2. 3. 4. § 1. 1. ult. eod.
 20.

L. 4. eod. 19. 21.

Lib. II.

- L.** 7. de iurisd. 229.
L. 13. § 1. eod. 170.
L. 27. § 4. de pact. 124.
L. 3. de transact. 103. 107.
L. 8. § 6. eod. 100.
 — § 10. sq. eod. 79.
L. 14. eod. 102. 282.

Lib. III.

- L.** 1. § 5. de postul. 279.
L. 51. de procurat. 159.
L. 11. de neg. gest. 26.

Lib. IV.

- L.** ult. de in integ. rest. 124.
L. 9. § 4. de dolo malo. 229.
L. 3. pr. de minor. 25. ann.
 121.
L. 7. § ult. eod. 8.
L. 13. eod. 159.
L. 16. § ult. eod. 120.
L. 17. eod. 116. 120.
L. 18. § 1. eod. 119.
L. 36. eod. 120.
L. 1. § 1. ex quib. caus. maior.
 129.
L. 5. pr. eod. 13.
L. 7. eod. 130.

L. 15.

L E G Y M.

- L. 15. § 3. eod. 102. 106.
L. 35. § 4. eod. 130.
L. 5. § ult. de cap. min. 34.
L. 6. eod. ibid.
L. 7. pr. eod. 33. seqq. 279.
L. 3. fin. de recept. arb. 170.
L. 32. § 13. eod. 138.
L. 1. § 1. naut. caup. 136.
— § 7. eod. 138. 282.
seq.
L. 3. § 1. & 2. eod. 136.
- L. 7. & 8. eod. 58. 64.
L. ult. eod. 76. seq.
L. 2. de serv. praed. urb. 86.
L. 18. & 19. eod. 88.
L. 1. pr. de serv. praed. rust.
61.
L. 2. pr. eod. 86.
L. 3. eod. 60. seqq.
L. 4. eod. 77.
L. 5. & 6. eod. 65. seqq.
L. 11. eod. 74.
L. 19. eod. 75.
L. 24. eod. ibid.
L. 1. comm. praed. 88.
L. ult. eod. 72.
L. 2. § 1. & 2. si serv. vind.
60. seqq.
L. 14. pr. quemadmodum serv. a
mitt. 280.

Lib. V.

- L. 12. § 1. de iudic. 21.
L. 21. eod. 275.
L. 8. § 8. de inoff. test. 207.
— § 15. eod. 110.
L. 15. § 2. eod. 106.
L. 19. & 24. eod. ibid.

Lib. VI.

- L. 20. de rei vind. 106.
L. 11. § 1. de Public. in rem.
act. 87.

Lib. VII.

- L. 3. pr. de usuf. 75. seq.
L. 15. § ult. L. 16. & 17. pr.
§ 1. eod. 30. seq. 33.
L. 62. pr. & § 1. eod. 15.
L. 10. § 2. quib. mod. usuf.
amitt. 41.
L. 13. eod. 79.

Lib. VIII.

- L. 3. de servitus. 87. seq.

- L. 7. & 8. eod. 58. 64.
L. ult. eod. 76. seq.
L. 2. de serv. praed. urb. 86.
L. 18. & 19. eod. 88.
L. 1. pr. de serv. praed. rust.
61.
L. 2. pr. eod. 86.
L. 3. eod. 60. seqq.
L. 4. eod. 77.
L. 5. & 6. eod. 65. seqq.
L. 11. eod. 74.
L. 19. eod. 75.
L. 24. eod. ibid.
L. 1. comm. praed. 88.
L. ult. eod. 72.
L. 2. § 1. & 2. si serv. vind.
60. seqq.
L. 14. pr. quemadmodum serv. a
mitt. 280.

Lib. IX.

- L. 31. ad L. Aquil. 44. 278.
L. 33. eod. 46.
L. 44. eod. 278.
L. 1. pr. de bis, qui effud. vel
dei. 44.
— § 1. eod. ibid.
— § 9. eod. ibid.
L. 5. § 4. eod. 44. seqq.

Lib. X.

- L. 14. § 1. comm. div. 163.

Lib. XI.

- L. 8. de interrog. in iure fac.
133.

- L. 13. eod. ibid.

L. 14.

I N D E X

- E.** 14. pr. eod. 132.
L. 16. § 1. eod. 133.
L. 2. § 7. & 8. de religiōs. 33.
L. 3. & 4. eod. ibid.
L. 6. § 1. eod. 90.
L. 42. eod. 89. seq.

Lib. XVII.

- L.** 10. § 1. mand. 159.
L. 12. § 11. eod. ibid.
L. 13. eod. 146. seq.
L. 26. eod. ibid.
L. 58. eod. ibid.
L. 45. & seq. pro soc. 36.
L. 63. § ult. eod. 166.

Lib. XII.

- L.** 6. de iure iur. 100.
L. 9. § 1. eod. ibid.
L. 14. eod. ibid.
L. 3. § 2. & 3. de condicō. caus. dat. 93. seqq. 281.
L. 9. § 1. eod. 204.
L. ult. eod. 96.

Lib. XVIII.

- L.** 1. de contrah. emt. 98. seq.
L. 7. § 1. eod. 99.
L. 35. § 4. eod. 26.
L. 2. § 1. de per. & comm. rei vend. 27.
L. 3. eod. ibid.
L. 8. eod. 92.
L. 12. & 13. eod. 176.
L. 4. § 2. de L. commiss. 95.

Lib. XIX.

- L.** 19. de act. emti. 36.
L. 20. eod. ibid.
L. 14. locat. 176.
L. 30. § 1. eod. ibid.
L. 1. de rer. perm. 95.
L. 5. § 1. praefcr. verb. 97.

Lib. XV.

- L.** 4. § 1. de pecul. 85.

Lib. XVI.

- L.** 17. de compensat. 176.
L. 8. depos. 84.

Lib. XX.

- L.** 4. in quib. caus. pig. vel hyp. tac. contrah. 88.
L. 7. pr. & § 2. de distract. pig.

L E G V I M.

- pign. 28.
L. 4. § 1. & l. 5. pr. quib. mod.
pig. vel hypoth. solv.
46. seqq.
L. 7. pr. eod. 50. seqq.
L. 8. § 1. eod. 48.
— § 6. 9. 13. 15. 17. eod.
50.

Lib. XXI.

- L. 63.** de Aedil. Ed. 176.

Lib. XXII.

- L. 6.** § 1. de usur. & fruct.
204.
L. 7. de naut. foen. 117.
L. 25. pr. de probat. 244.

Lib. XXIII.

- L. 19** de ritu nupt. 118.
L. 41. eod. 35. 154.
L. 45. § 5. eod. 149. seqq.
— § ult. eod. 148. 166.
L. 46. & 48. eod. 153.
L. 50. eod. 151.
L. 2. de iure dot. 203.
L. 9. § 1. de iure dot. 146.
L. 16. de fundo dot. 107.
seqq.

Lib. XXIV.

- L. 60.** § 1. de donat. int. vir.
& ux. 168.
L. 61. & seq. eod. ibid.

- L. 1.** de divorc. & repud. 166.
seqq.
L. 6. eod. 150. 164.
L. ult. pr. eod. 149. 150.
61. & 2. 152. seqq.
Tit. solut. matrim. 205.
L. 1. eod. 203.
L. 10 pr. eod. 166. seqq.
L. 56. eod. 168.

Lib. XXV.

- L. 1.** de concub. 158.

- L. 3.** eod. 154.

Lib. XXVI.

- L. 6.** § 2. de tutel. 21.
L. 19. de testam. tut. 112.
L. 1. § 1. de tutor. & curat.
dat. 21.
L. 8. pr. eod. 21.
L. 19 § 1. eod. 172.
L. 2. qui pet. tut. 14.
L. pen. eod. 172.
L. 1. § 4. de susp. tutor. 21.

Lib. XXVII.

- L. 1.** § 2. de excus. tutor. 173.
L. 6. § 5. 6. 13. 15. 16. eod.
172. seqq.
L. 13. § 6. eod. 14. seqq.
L. 15. § 2. 3. 4. 9. 12. eod.
ibid.
L. 17. § 2. 3. 4. 5. eod. 171.
seqq.

L. 23.

LIB. XX XI

- L. 28. pr. sec. 137.
L. 41. § 1. eod. 173.
L. 5. § 1. de respi. eod. qui nūf
est ut vel cōtra fuit, non
al. 123. s. 2. seq.

Lib. XXVIII.

- L. 11. qui testam. fac. 273.
L. 16. inscr. & § 1. eod. 112.
L. 20. § 6. eod. 179.
L. 67. de iniusto, rupto &c.
L. 72. de hered. iuste 143.
L. 29. de vulg. & pup. subit.
77. seqq.

- L. 7. pf. § 2. de iure delib.
129. seq. 282.

Lib. XXIX.

- L. 30. pr. de adqu. vel omitt.
her. 129. seq.
L. 63. inscr. eod. 112.
L. 81. eod. 129. seqq.
L. 86. eod. 128. seqq.
L. 89. eod. 159.
L. 4. testam. quemadmo. aper.
183.
L. 7. eod. 246.
L. 10. 11. 12. eod. 262.
L. 3. § 34. de S. & Silan. 144.
L. 9. eod. 68.
L. 14. eod. 19.
L. 2. si quis alio. test. proha
vel coeg. 68.

- L. 20. de legat. 1. 135.
L. 28. § 1. eod. 230.
L. 32. 1. eod. 135.
L. 37. § 1. eod. 134. seq.
L. 39. § 6. eod. 134.
L. 45. § 1. eod. ibid.
L. 47. § 4. eod. 26.
L. 55. eod. 179.
L. 21. pr. eod. 134.
L. 108. § 12. eod. 26.
L. 114. § 14. eod. 268.
— § 14. eod. ibid.

- ## Lib. XXXI.
- L. 17. pr. de legat. 2. 148.
L. 76. pr. eod. 225.
L. 77. eod. 148.

- ## Lib. XXXII.
- L. 91. de legat. 3. 87. seq.

- ## Lib. XXXIII.
- L. 26. de usu & usuf. leg.
76.
L. 1. § 12. de dōte prael. 140.
L. pen. de trit. vin. ot. 4
seq.
L. 8. § 8. de pecul. leg. 79.

- ## Lib. XXXIV.
- L. 9. de alim. leg. 270.
L. 14.

L E G V M.

- L. 14. § ult. eod. 58. 68.
280.
L. 35. de aur. arg. leg. 153.
L. 3. § 2. de liber. leg. 147.
L. 3. Sult. deadim. vel transf.
leg. 70.
L. 7. de reb. dub. 112.
L. 19. eod. 200.
L. 5. § 2. de his, quae ut in-
dign. 72.
L. 9. § 2. eod. 68. seq.

Lib. XXXV.

- L. 48. de cond. & demonstr.
112.
L. 1. pr. ad L. Falc. 229.
235. seqq. 238. seqq.
273.
— § 5. eod. 241.
L. 11. § 6. eod. 251.
L. 18. eod. 246.
L. 26. eod. 250.
L. 39. eod. 240.
L. 53. eod. 250.
L. 73. Sult. eod. 241.
L. 74. eod. 248.
— § 10. eod. 240.
— Sult. eod. 240.
— § 11. eod. 251.
L. 81. § 1.2. eod. 239.
L. 62. § 1. eod. 254.
L. 89. eod. 270.
L. 94. eod. 248. seq.
L. 87. § ult. eod. 255.
L. pen. eod. 270.
L. 68. pr. eod. 269. sq.
L. 69. eod. 129.
L. 1. pr. si cui plus, quam per
L. Falc. 251.

Lib. XXXVI.

- L. 4. ad Sct. Trebell. 249.
L. 22. eod. 248.
L. 27. § 2. eod. 248.
L. 43. eod. 248.
L. 5. § 1. quando dies leg. 76.
seq.
L. 7. pr. eod. 77.
L. 1. ut legat. causa cav. 251.

Lib. XXXVII.

- L. 5. § 4. de Carbon. Ed. 277.
282.
L. 1. § ult. si a par. quis ma-
num. 297.
L. 6. pr. de iure patron. 99.
seq.
— § 1. & 4. eod. ibid.

Lib. XXXVIII.

- L. 4. § 1. de gradib. 280.
L. ult. § 1. eod. ibid.
Tit. unde liberi. 212.
Tit. unde cogn. 220.
L. un. unde vir ux. 153.
L. 16. de suis & leg. her.
220.
Tit. de Sto & Orph. 220.
L. 2. § 32. ad Sct. Tertull.
14.
L. 9. eod. 112.
L. 2. § 20. eod. 207.

X N D E X

Lib. XXXIX.

- L. 24. de damno inf. 22, seq.
— 278. 280.
L. 1. pr. de donat. 243.
L. 2. de mort. caus. don. 243.
L. 18. § 1. eod. 244.
— § 2. eod. 147.
L. 27. eod. 245.
L. 29. eod. 243.
L. 30. eod. 244.
L. 35. § 3. eod. 243.
L. 38. eod. 143.
L. 42. § 1. eod. 245.

Lib. XL.

- L. 4. pr. de manum. vind.
— 146.
L. 7. eod. 18.
L. 17. § 1. eod. 17.
L. 41. § ult. de fideic. libert.
— 85.
L. 12. § 1. qui, & a quib. ma-
nam. non. 101.
L. 14. § 2. de liber. caus.
— 128.
L. 16. eod. ibid.

Lib. XLI.

- L. 3. § 1. de adqu. ter. dom.
L. 7. § 5. 6. eod. 42, seq.
— § 7. eod. 44.
L. 14. & 15. eod. 40.
L. 30. § 3. eod. 41.
L. 38. eod. 42.
L. 50. eod. 22.

- L. 1. § 1. de adqu. vel amitt.
poss. 14. 63. seq.
— § 2. eod. 63.
L. 3. § 1. eod. 14. 17. 63.
— § 3. & 6. eod. 63.
seqq.
— § 14. eod. 14. seq.
L. 6. § 1. eod. 62.
L. 8. eod. 63.
L. 44. pr. eod. 67. seq.
L. 55. eod. 14.

Lib. XLII.

- L. 2. de re iud. 121.
L. 31. pr. eod. 85.
L. 42. de separat. 158. seq.
L. 25. quae in fraud. cred.
84.

Lib. XLIII.

- L. 1. § 2. seqq. quod legat.
251.
L. 4. ne quid in loc. publ.
23.
L. un. inscr. de via publ.
174.
L. 1. pr. de flumin. 23.
— § 14. seqq. eod. ibid.
— § 9. eod. 41.
L. ult. eod. 22. seq.
L. 2. § 33. ne quid in flum.
publ. 23.
L. 3. § 1. eod. 22.
L. 2. de rivis. 61.
L. 1. pr. de cloac. 107.
— § 12. eod. ibid.
— § 14. eod. 192. seqq.
L. 8.

L E G I V M.

- L. 8. § 3. de precar. 25.
L. 1. de migrando. 132.

Lib. XLIV.

- L. 8. § 2. & 17. de except. 52.
L. 4. § 21. de dol. mal. & met. except. 204.
— § ult. eod. 4. seq.
L. 13. eod. 129.
L. 7. de div. temp. praescr. 38. 41.

Lib. XLV.

- L. 2. § 2. de verb. oblig. 159.
— § 5. eod. 75.
L. 3. § 1. eod. 124.
L. 5. pr. eod. ibid.
L. pen. de stip. serv. 112.

Lib. XLVI.

- L. 5. de fideiuss. 158.
L. 14. eod. ibid.
L. 21. § 4. eod. ibid.
L. 25. eod. 159.
L. 51. § pen. eod. 23. 128.
L. 72. de solut. & liber. 143.
L. 93 eod. 158.
L. 95. § 3. eod. 156. seqq.
L. ult. eod. 146.
L. 5. rat. rem'hab. 64.

Lib. XLVII.

- L. 39. de furt. 1. seqq.
L. 27. eod. 143.

- L. 82. § 2. eod. ibid.
L. 1. § 1. si is, qui test. lib. 79.
L. un. § 6. furti adv. naut. 136.
L. ult. de inc. ruin. 170.
L. 7. § 1. de iniur. 145.
— § 2. eod. 144.
— § 4. eod. 145.
L. 25. eod. 4.
L. 3. § 1. de sep. viol. 121.
— § 5. eod. 122.
L. 1. § 1. de praeyar. 120.

Lib. XLVIII.

- L. 6. pr. ad L. Iul. de adult. 4.
L. 13. § 1. eod. 152.
L. 27. § 6. eod. 101.
L. 1. pt. ad L. Corn. de sic. 177.
L. 3. eod. ibid.
L. 8. ad L. Corn. de fals. 170.
L. 26. eod. 69. 71.
L. pen. eod. 169. seqq.
L. 1. § 1. ad L. Iul. repet. 182.
L. 3. eod. 170.
L. 1. pr. ad L. Iul. pecul. 141.
— § 1. eod. 142.
L. 3. seqq. eod. ibid.
L. 7. pr. § 1. eod. ibid. 283.
L. 1. § 11. ad Sct. Turpill. 21.
L. 1. § 27. de quaest. 186.
L. 14. de quaest. 140.
L. 9. pr. de poen. 140.
L. 10. § 5. eod. 83.
**** 3 L. 15.

V N D E X

- L. 15. eod. 170.
L. 16. § 3. eod. ibid.
L. 27. § 1, 2. eod. 171.
L. 16. § 8. eod. 125.
L. 7. § 3. de bon. damnat. 139.
L. ult. eod. 185.
L. 2. § 1. de bon. cor. qui ante
sent. 171.

Lib. XLIX.

- L. 1. pr. quando adp. 171.
L. 1. § 1. quis a quo adpell. 20.
L. 2. eod. ibid.
L. 3. § 6. de iure fisc. 190.
L. 13. 15. 16. eod. 280. 286.
L. 31. 32. eod. 272. seq. 286.
— seq.
L. 34. eod. 129.
L. pen. eod. 68. 71.
L. 8. de captiv. 150. 166.
L. 10. § 1. eod. 78. 80. 102.
L. 11. § 1. eod. 77.
L. 12. § 4. eod. 166.
L. 14. eod. 150. 166. 168.
L. 9. § 2. seqq. de re mil. 83.
L. 4. § 8. eod. 162.
— § 13; seqq. eod. 82. seq.
L. 5. eod. ibid.
L. 13. § 5. & 6. eod. ibid.
L. 14. & 15. eod. ibid.

- L. 12. de cfr. pec. 5.

Lib. L.

- L. 12. de decur. 176.
L. ult. eod. 170.
L. 6. 8. 10. seqq. de mun. & hon.
ibid.
L. 4. de censit. 254.
L. 1. de verb. sign. 188.
L. 35. eod. 106.
L. 42. eod. 35.
L. 53. eod. 75. 178. seq.
L. 70. § 1. eod. 116.
L. 75. eod. 106.
L. 120. eod. 35. 178.
L. 144. eod. 154.
L. 195. § 1. eod. 178.
— § ult. eod. 205.
L. 196. § 1. eod. ibid.
L. 198. eod. 88.
L. 215. eod. 170.
L. 233. eod. 36.
L. 23. de reg. iur. 26.
L. 35. eod. 52.
L. 70. eod. 170.
L. 112. eod. 53.
L. 116. § 1. eod. 23. 123.
L. 155. eod. 159.
L. 158. eod. 50.

C O

L E G V M.

C O N D I C T I O N E S

Lib. I.

- L. 1. de SS. eccles. 183.
L. 49. de Episc. & cler. 251.
L. 2. de off. ei. qui vic. alc. iud. 18.

Lib. II.

- L. 2. de transact. 270. seq.
L. ult. de int. rest. min. 23.
L. 1. de fideiuss. min. 159.
L. 1. de rest. mil. 129. seq.
L. 3. si adv. rem iud. 120.

Lib. III.

- L. 6. de inoff. testam. 207.
L. 36. § 1. eod. 79.
L. 24. fam. ercisc. 248. 250.

Lib. IV.

- L. 26. § 1. de usur. 117.
L. 14. de resc. vend. 92. seq.
L. pen. de per. & comm. rei vend. 93.
L. 6. de aet. emti vend. 92. seq.
L. 3. de paet. int. emt. & vend. 94.
L. 4. eod. ibid.
L. 6. eod. 92. seq.

Lib. V.

- L. 4. de nupt. 154.

- L. 7. de repud. 160.
L. ult. de auct. praest. 114.

Lib. VI.

- § 8. de oper. libert. 153.
L. 15. de testam. 134.
L. 26. eod. 254.
L. 7. de iure deiib. 129.
L. 1. de hered. inst. 273.
L. 11. de leg. her. 207.
L. 4. de lib. praet. 219.
L. pen. & ult. eod. 260. seq.
L. 21. de legat. 134.
L. pen. eod. 71. seq.
L. 1. comm. de legat. 134.
L. 2. eod. 248.
L. 14. de fideicomm. 269.
L. 2. ad L. Falc. 246.
L. 5. eod. 245.
L. 6. eod. 240.
L. 9. eod. 247. 251.
L. 16. eod. ibid. 247.
Tit. de Edicto D. Hadr. toll. 261.
L. ult. eod. 263. 266.
L. un. § 1. & 5. de cad. toll. 76. 129.
----- § 12. eod. 68. 70.

Lib. VII.

- L. ult. de lib. cauf. 79.
L. 1. pro quib. cauf. serv. 246.
L. 9. de praefc. long. temp. 57.
L. 1. de alluv. 42.
L. 2. sent. resc. non posse. 56.
L. 1. de usur. rei iud. 274. seq. 276.
***** 4

L. ult.

I N D E X

- L. ult. pr. & § 1. cod. 275.
L. 18. de adp[er]mitt. 79. I
L. 4. de mort. cauf. don. 242.
L. 2. cod. 245.

Lib. VIII.

- L. un. quor. legat. 241.
L. 19. de pignor. 26.
L. 23. cod. 46. seqq.
L. 2. de remiss. pign. 46. 49.
52.
L. 4. cod. 50.
L. 9. cod. ibid.
L. ult. cod. 51.
L. 8. de exceptit. 57.
L. 10. de fideiuss. 54. seqq.
L. 2. 6. 8. 9. de adoption. 108.
seqq.
L. 4. de iure libb. 219.
L. ult. de donait. 9.

Lib. IX.

- L. 25. ad L. Iul. de adult. 4.
L. 3. 9. 12. de poen. 170.

Lib. X.

- L. ult. de bon. vac. 68.
L. 53. de decurion. 170.
L. 2. si serv. aut libert. 176.

Lib. XII.

- L. 1. de desertor. 281.

NO.

L E G V M.

N O V E L L A R V M.

Nov. IV. --- 54.	XCVII. cap. 3	203.
XXI. praef. 210.	CXVII. cap. 11.	168.
XXII. cap. 2. 178.	CXXIV. cap. 3.	182.
7. 165. seqq.	CXXXI. cap. 12.	251.
9. 166.		seqq.
14. 168.	CXXIII. praef.	266.
LXIX. cap. 3. 4.		

E D I C T O R V M.

III. cap. 1.	219.
--------------	------

A V T H E N T I C A R V M.

Auth. Similiter C. de Episc. & Cler. 234.

C O N S T I T U T I O N V M

A L I A R V M.

Const. *Deo auctore*, de concept. Dig. § 2. 140.

M N D E X I

M V R A E X E V O N

IVRE POST-IVSTINIANEO.

- Theophilus. 43. 153. 147. 170.
181. 182. 192. 199. 213.
seq. 249. 280.
- Iulianus Anteceſſor. 168. 252.
254.
- Novellae Leonis,
Basilica cum Scholasticis. 2. 3.
27. 28. 29. 34. 35. 37. 38.
39. 40. 45. 46. 48. 49. 51.
53. 55. 57. 61. 69. 70. 96.
102. 104. 105. 113. 120.
124. 125. 126. 127. 132.
133. 136. 139. 141. 142.
143. 144. 145. 146. 147.
148. 150. 151. 154. 155.
156. 157. 159. 164. 168.
170. 173. 174. 235. seqq.
244. 246. 251. seq. 254.
271 seq. 284.
- Synopsis Basilicorum. 3. 38.
252.
- Phōn Nomocanōn. 252. 277.
284.
- Theod. Balsamo. 252. 277.
284.
- Cyrillus. 45. 70. 96.
- Harmenopulus. 51. 135. 136.
235. 253.

M V R A E X E V O N

36. 37. 38. 39.

E X

X VI

L E G V M.
E X
IVRE CANONICO.

DECRETALIA.

D E C R E T I

Part. I.

Can. 6. Dist. 2. 234.

Can. 8. Dist. 6r. 100.

D E C R E T A L I V M.

Lib. II.

Cap. 60. X. de Adpellatt.

100.

N

Ne pagellae vñarent, quædam primi ordinis Iurisconsultorum iudicia, de vero usu Artis in Iure Criticae, eiusque vulgari hodie abusu, in gratiam Iuris nostri Studiosorum subiicere visum est.

A L B . G E N T I L I S

in *Antipatro*, p. 653. ed. Lips.

Ego ad humilitatem refero id ipsum, in quo laueram quaerunt Recentiores, pérpetuum *emendandi* studium. *Necessarias* quidem *emendationes* admitto, & in eis, quæ magis consentiunt auctoris emendati rationibus, has magis probo — Non illas, sine quibus rei scriptae veritas, aut scripturae rectitudo, vel elegantia, consistere non potest; etsi has quoque morofus non respuam, si absque periculo sententiarum fiant; sed eas, quæ sensum repoununt, ubi nullus est; & verbum, quod alias stultum, nullius soni erat. — Istae *necessariae* sunt *emendationes*, quia nec sermo alias conisteret, & fatuum praesumere non debemus ullum scriptorem. At ad veritatem eundem velle reducere, id non patior iusta tritaque ratione, quia *bonus quandoque dormitet Homerus*: nec sunt scriptores semper sui similes, & deficiunt etiam non raro. Vid. Ant. Augustinus *lib. 1. Emend. cap. 2. & 3.* & Turnebus *lib. xxx. Adv. cap. 35.*

I O.

I O A R I O B E R T V S,

in. *Dedic. Librorum receptae lectionis.*

Non exiguum quidem literarum studiis adiumentum adferre videntur, qui depravata Veterum scripta emendant; & abstersis, quas vetustatis stū librariorumque error adsperserit, *maculis*, nitori suo restituunt. Quoque id & maius est, & maiorem inde laudem ii referunt, quibus istud succedit; eo plures in id certatim incumbere conspicimus, ut eius cui se addixerint disciplinae Coryphaeos *emaculeno*. Qua in re, ut illis magnam habendam gratiam duco, qui intra modum consistentes vetusta quaeque exemplaria conquerunt; & ex *variis lectionibus*, quas deprehenderint, illam, quae auctoris sententiae magis conveniat, restituunt; quin & illis applaudo, qui nonnūquam id *exigentibus* deplorati alioqui locis, cum exemplarium ope destituantur, ipsi etiam *averticōi* idem sincere praestare conantur: Ita mihi male de literis meriti videri solent, qui cum nihil opus sit, & nullius exemplaris testimonio nitantur, *receptam* authorum *lectionem* passim immutare, sive eorum sententiam, levī quovis momento acti, invertere nihil verentur: id sat habentes, quod ei quam commenti sint lectioni sensum / aE quem aptare possint. — In hac Iuris nostri arte quis iam paullo plus ceteris in ea promotum se credens, *Iuris authorum* verba, ac clausulas nonnunquam integras, arbitrio suo non ubique figit & refigit? aut quisnam *Scripta* nunc *sua*, sine *emendarum* plurium *legum* ostentatione, fore grata sibi persuadet? & quae seqq.

I A C.

LAC. GOTHOFREDVS.

init. Differt. ad L. Barbarus 3.

D. de off. Praet.

A Rcanorum, seu Mysteriorum Iuris, quae hodie feliciter prodita sunt, multi haud satis, neque ad ostium tempore occasionem inmemores, neglectis iis, ad ea sepe protinus conferunt, quae extrema esse debuerant, ad Legum, inquam, correctiones; quae familiis, ut sic dicam, remedii satari poterant; ceterummodi sunt ista, quae in speciem minima, contemptuque digna multi putarent: puta, divisio seu *discretio diversarum rerum*: dictionumve, quae in una perperam coahuere, *interpunctio* accurata: *ambiguarum* vocis eruditio: *Sententiarum* denum, quae in una eademque constitutione, seu lege occurunt; sed diversos saepe auditores habent, *discretio*: de quibus omnibus &c.

IAN. VINC. GRAVINA,

Praet. III. p. 126.

INVENTA iam diu corrigendi libertate, quae ab optimis quidem orta initis nunc proh nefas! ad eam processit audaciam, ut ne sacrorum quidem liborum auctorati pepercere. Itaque *Ars Critica*, quae discrimen erat veritatis & temporum, atque falsi errorum; nunc seditionum literiarum fontes, ac turbo ingeniorum evasit.

I O.

IO. GOTL HEINECCIVS,

Orat. de *Ictis semidoctis*, p. 81.
edit. Franeq.

QVAM multi soli *Critices* studio dediti, id unice per omnes vitam agunt, ut leges regant refi-
gantque; modo *syllabam*, nimirum de republica male meritam, in exilium agentes; modo electam ab alio, ac veluti deportatam, restituentes in integrum; modo sumpto *Hypercriticorum supercilios*, ubique *errantibus* confectantes, ipsumque Ius constitutum exigitantes tam petulantem, rabi ut propemodum relinquant integrum, intratum, illibatum. — Eorum labor, qui castigandis emendandisque legibus bene de Iurisprudentia mereri conantur. & necessarius est in primis; nec unquam, si brutus absit, uen-
di secundique impetus, sua laude defraudandus. Sed quia eo solo Iurisprudentiae ambitum circumscribunt, nae istos ego *Penalopes procis* simillimos esse dixerim, qui repudiati a domina, vota sua mittebant in crucem, & in ancillarum amplexus tarpiter ruerant: artem enim *criticam*, cum aliis disciplinis, tum & Iurisprudentiae ancillari, nemo temere habet inficias.

E R.

J

AVIATORIUM ETICORI

AB A. C. 1800. 1801. 1802. 1803.

ANNO MDCCLXXXVII. DEDICATIS. V. T. S. P. R. E. T. O. M. I. S. S.

E R R. E T O M I S S.

R E L I Q V I A.

- X Praef. pag. 14. vers. 26. pro *huius lege suae*.
pag. 31. vers. 7. pro 17. lege 16.
— 151. — 21. lege: *quasi ex L. Italia*.
— 166. — 15. lege: *de ritu nupt.*
— 170. — 2. lege: *iunc. 1.6.8.10. seqq.*
— 183. — 9. Vid. similis fere ab *Augusto* san-
cita lex, qua renovata & aucta est lex *Cincia*,
anno Vrbis 737. auctore *Dione Cassio lib. LIV.*
ad d. ann. Conf. hac de re Frid. Brummerus,
ad L. Cinc. cap. IIII. § 9. seqq.
— 201. — 3. lege: *d. l. pen. C.*
— 261. — 6. verba *huius capitii* ita constituit
Pet. Burmannus, in *Diss. Inaug. ad h. l. § v.*
Quae hereditates, legata, donationes mortis
caussa, in municipiis, coloniis, oppidis, praefecturis,
vicis, castellis, conciliabulis, reli-
ctae extraneis, & non in opibus erunt, ea-
rum pars vicesima ad fiscum pertineat.
pag. 279. — 14. pro *ut. lege act.* X

L E.



LECTIONVM IVRIS CIVILIS LIBER PRIMVS.

C A P V T I.

Vlpiani in l. 39. D. de furtis, & Pauli in l. 82.

§ 2. D. eod. recepta lectio defenditur.

Vopianus lib. XLI. ad Sabinum, quo furti actiones persequitur, inter alia quaesitum refert: an qui alienam ancillam meretricem rapuit vel celavit, furti crimine aut plagii teneatur? Consultusque ex facto, quod inciderat, neutri remedio locum esse respondit, d. l. 39. Verba adscribo: *Verum est, si MERETRICEM alienam ancillam rapuit quis vel celavit, furtum non esse; nec enim factum quaeritur, sed caussa faciendi: caussa autem faciendi libido fuit, non furtum.* Et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit, libidinis caussa; & fures non ab eo inducti, sed alias ingressi, meretricis res egesserunt, furti non teneri. An tamen vel Fabia teneatur, qui suppressit scortum libidinis caussa? Et non puto teneri; & ita etiam ex facto, cum incidisset, dixi: hic enim turpis facit, quam qui subripit: sed secum facti igno-

A

mi-

L E C T I O N . I V R . C I V .

miniam compensat, certe fur non est. Contra Paulus lib. II. Sentent. in d. l. 82. § 2. eum qui ancillam alienam *non meretricem* subripuit, furti actione, & qui suppressit, poena legis Fabiae coerceri ait: *Qui ancillam, inquit, NON MERETRICE M libidinis caussa subripuit, furti actione tenebitur; & si suppressit, poena legis Fabiae coeretur.* Non dissentire autem ab Vlpiano Paulum, diversa Iuris ratio duabus istis casibus facile evincit. Alienam enim ancilla, quae *meretrix* est, apud Vlpianum, libidinis tantum caussa; *non meretrix* vero, in fragmento Pauli, lucri faciendi animo, subripi vel celari praesumitur. Nihil itaque caussae vel Thomasio fuit, vel Bachovio, verba Pauli modo relata urendi ac secandi. Ille enim in peculiari dissertatione, in cit. l. 82. § 2. negationem plane delendam; hic vero ad *Weſenb. tit. de Furt.* § 6. eam transponendam censet, hoc modo: *qui ancillam meretricem non libidinis &c.* Quam vero perperam uterque, tum ex ratione adlata, tum Graecorum in Basilicis auctoritate, quam adferam, liquabit. Verba enim Vlpiani ex d. l. 39. postrema periodo omissa, hoc modo ibi repraesentantur, lib. LX. tit. XII. p. 290. fin. tom. VII. 'Ο ἀρπάζων, ἢ δ ἀποιρύπτων ἄλλοτραν δέλην, ΠΟΡΝΗΝ ΟΤΣΑΝ, ζεται, ζεται τη περι κλοπῆς ἀγωγῆ οιτέχεται. Ω γὰρ κλοπῆς, ἀλλ' ἡδονῆς χάριν ἐποίησε τότο. Εἰ γὰρ καὶ τὰς θυρίδας κλάσει τις τῆς πόρνης, καὶ ἐσελθόντες ἔτεροι μὴ παρ ἀυτῷ εἰσαγχέντες ιλέψοι τὰ πράγματα ἀυτῆς, οὐκ ἐνέχεται τῇ περι κλοπῆς ἀγωγῆ. *Qui rapit vel celat MERETRICE M, alienam ancillam, neque in metallum dammatur, neque aetione furti tenetur; quia non furti, sed libidinis caussa hoc fecit.* Nam & si fores meretricis effregerit, & ingressi alii, non ab ipso inducti, res eius subripuerint, non tenetur furti. Deinde ex Paulo in d. l. 82. § 2. p. 312. adiiciuntur sequen-

quentia: 'Ο διὰ ήδονὴν, δέλην ΜΗ' ΟΤΣΑΝ ΠΟΡΝΗΝ' ιλέψας, ἐνέχεται τῇ περὶ ιλοπῆς ἀγωγῇ ἐι δὲ ιρύφει, παὶ τῇ τῶν ἀνδραποδίσθων ἀγωγῇ. *Qui ancillam NON MERETRICE M libidinis caussa subripuit, furti tenetur: quod si suppressit, etiam actione de plagiariis.* Conf. scholiaettes *ibid.* p. 368. fin. Equidem fateor, in Basilicorum *Synopsi lib. LX.* p. 507. memoratam negationem deficere, esse vero ut genuinam ibi restituendam, iam Leunclavius in margine admonuit, nec scholiaettes *d. l.* p. 528. dubitare nos sinit, locum illum superiorem ita exponens: δι αρπάζων, η απουρύπτων ἄλλοτριαν δέλην, ΠΟΡΝΗΝ ΟΤΣΑΝ, ετε μεταλλίζεται, ετε τῇ περὶ ιλοπῆς ἀγωγῇ ἐις τὸ δικλεῦν κα- τέχεται. δι γὰρ ιλοπῆς, ἀλλ' ήδονῆς χάριν, ἐποίει τέτο. *Qui rapit vel celat alienam ancillam MERETRICE M, nec in metallum damnatur, nec furti actione in duplum tenetur; quia non furti caussa, sed voluptatis hoc fecit.* Posteriorem vero speciem mox tractans haec subiicit: δι ήδονὴν ΜΗ' ΟΤΣΑΝ ΠΟΡΝΗΝ ιλέψας, ἐνέχεται τῇ περὶ ιλοπῆς ἐις τὸ δικλά- σιον ἀγωγῇ. ἐι δὲ ιρύφει, παὶ τῇ τῶν ἀνδραποδίσθων ἀγωγῇ. *Qui ancillam NON MERETRICE M libidinis caussa surripuit, furti in duplum tenetur; quod si celaverit, etiam actione de plagiariis.* His adde Cuia- cii & Schultingii notas ad Paulum *d. lib. II. Sent. tit. XXXI. § II. & 31.*

Iuvat autem hoc loco & alteram Thomasii crisi in verbis Vlpiani in *d. l. 39. fin.* removere. Ait Juris- consultus: *sed secum facti ignominiam compensat.* Mavult vir illustris, vel secum facti ignominia, vel sc. cum facto ignominiam. Sed nulla opus correcti- one hic esse, qui latine sciunt, facile ut opinor lar- gientur. Ipse etiam Vlpianus in *l. 38. D. de iure dor- de muliere agens, quae sua ex dote accepto quid ferre maritum iussicerat, mandati propterea actioni ob-*

4 LÉCTION. IVR. CIV.

noxia : si coferit, inquit, de dote agere, ipsa *SE-CVM* debet *COMPENSARE iussum suum.*

De facti porro *ignominia*, cuius meminit Vlpianus, alienarum stupratoribus ancillarum iniuri folita, videndus quoque Paulus *d. lib. II. Sentent. tit. xxvi. § 16.* & Imp. Diocletianus & Maximianus in *I. 25. C. ad I. Iul. de adulst.* Ceterum tamen & iuris quoque infamia notatos lego, qui ancillas *alienas*, *non meretrices*, mites acerbaver, compressillement, *I. ult. D. de offic. Praef. I. 25. D. de iniur. & I. 6. pr. D. ad I. Iul. de adulst.* fecus, si *proprias*. Quo notissimum illud Agathiae scholaisticide *Amore* epigramma referto, *lib. VII. Anthol. num. LXXX. p. 971. ed. Lubini.* *

Superest, ut periodum : *hic enim turpius facit, quam qui subripit*, apud Vlpianum *d. I. 39.* suo motam loco, levi transpositione restituam, hoc modo : *An tamen vel Fabia teneatur, qui suppressit scortum libidinis causa?* *hic enim turpius facit, quam qui subripit.* Et non puto teneri : & ita etiam ex facto, cum incidisset, dixi ; sed secum facti *ignominiam compansat*, certe sur non est. Similem traiectionem infra observabimus *cap. XVII. hui. lib.*

C A P V T . I I .

*Exponitur I. pen. D. de tritico, vino,
oleo, &c. iunc. I. 4. § ult. D. de
dol. mal. & met. caus. except.*

Non repetam, quae Interpretes data opera hunc in locum sunt commentati : Iac. Cuiacius, tum ambi, tum *lib. II. Observ. cap. 36.* Guido Pancirolius *lib. I. Var. Lect. cap. 61.* Adr. Turnebus *lib. I. Advers. cap. I.* & alii. Vnum mihi consilium est ab emen-

emendatione recentiori negantem huius legis orationem defendere. Verba Proculi in *d.l. ex lib. II. Epistol.* haec sunt : *Vinum cum vasis legavit : negat Trebatius, quod in doliis sit deberi, & sensum testatoris alium putat esse, verborum alium : CETERVVM dolia in vasis vinariis NON ESSENT.* Ego et si dolia in vasis vinariis non sunt, tamen non concederem Trebatio, *vinum quod in doliis esset, id est, quod in vasis non esset, non esse legatum.* Ita Florentiae legitur : mallem tamen ex vulgatis libris pro *essent*, rescribere *esse*; quam lectionem Noodtio quoque, viro summo, placuisse video, *lib. II. Observ. cap. 14.* Deinde particulam *ceterum* non cum Cuiacio & Noodtio pro *alicquin*, sed caussaliter pro *etenim, namque*, hic accipi censeo, pariter ac apud Vlpianum in *I. 4. § ult. D. de dol. mal. & met. &c.* Illud, inquit, *sciendum est, hanc exceptionem de metu eum obiciere debere, qui metum non a parente passus est, in cuius fuit potestate; CETERVUM parenti licere deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiariis facere.*^x Equidem plerique Interpretum & hoc quoque loco *rō ceterum* exponunt *alicquin*, sensuque negante Vlpianum accipiunt, propter *I. 12. D. de castr. pec.* Sed, si quid video, mendose. Papinianus enim in *d.l. 12. de peculio agit castrensi*, cuius intuitu filium sui plane iuris esse vel tirones norunt : Vlpianus vero in *d.l. 4. de peculio profectitio* loquitur, *adventitiis bonis ea aetate adhuc incognitis.* Licere autem patri imminuere peculium *profectitium*, & vel totum filio adimere, quis necit? Vult itaque Vlpianus, ideo metus exceptionem a filiofamilias patri obici non posse, quod huic suo utique iure liceat deteriorem conditionem liberorum suorum in rebus peculii *profectitii* facere.^x

Nunc ad Noodtii emendationem pergo, qui *d.lib.*

6 L E C T I O N . I V R . C I V .

11. *Obs. cap. 14.* omissa negatione sic verba constituit: *ceterum dolia in vasis variis esse.* Nititur vero omnis haec emendatio expositione Cuiaciana *τε ceterum pro alioquin.* Et sane posito hoc sensu negationem abundare ultro largior: quia vero haec particula, in pluribus significationibus aliis, *vim quoque habet causalem,* ut dixi, idcirco in recepta lectio-
ne negativa adquiescendum censeo.

C A P V T III.

*De Commodato dicis gratia, in
l. 4. D. ~~commodati.~~*

Liceat quaeso & mihi, post sexcentas aliorum operas, qualicunque industria illustrare Caium, in l. 4. *D. commodati:* cuius, ex libro 1. de verborum obligationibus, haec sunt verba: *Saepe etiam ad hoc commodantur pecuniae, ut DICIS GRATIA numerationis loco intercedant.* Libri Vulgati & Norici habent *ditis causa:* * quod Accursius satis festive de debitore non solvendo, ac divitiam interea simulante, interpretatur: *qui plurium, inquit, accepit pecuniam, ut dives adpareat, & sui creditores non sint acerbi, quasi cito eis possit solvi.* Sed frivola haec dudum risit Alciatus lib. IV. *Disputet. cap. 15.* pro *ditis* ex coniectura substituens, vel *dantis*, vel *titis*, sive *filitis;* reprehensus propterea a Io. Corasio lib. IV. *Miscell. cap. 8.* Sed hac veterum librorum ca-

* Neque infrequens in aliis etiam auctoribus τὸν ε & τι permutatio. Apud Plinium certe lib. xxxxi. *Hist. Nat. cap. 2.* in plerisque olim exemplaribus *ditis* pro *dicis* corrupte legebatur; quemadmodum & in Apuleio, *de habit. dostr. Plat.* qua de re infra hoc cap. p. 13.

caligine, quae Accursio & Alciato obfuerat, quo minus veram Caïi mentem perspicerent, tandem a Taurellio dispulsa, nemo hodie de vera Caïi lectio-*ne, dicis gratia*, est qui ambigat. Vid. Ant. Augustinus lib. II. *Emend. cap. 2.* & Did. Covarruvias lib. IV. *Var. Resol. cap. 8. ibiq. Vffel.*

Ceterum adeo obscura plerisque Interpretibus haec formula visa est, ut de vero eius sensu nonnulli prorsus desperaverint. Adscribo verba Duarenii *ad titulum de Pactis*, p. 60. *Quorum verborum obscuritas cum nos aliquando mirum in modum exerceret, memini consultum a nobis Gulielmum Budaeum, singularis eruditioris virum, cuius tum dulcissima consuetudine fruebamur, respondere, neque ea verba a se unquam intellecta, neque apud ullum auctorem latum lecta esse.* Quam falsus vero sit vir summus, infra pluribus ostendetur.

Primum de *etymologia* videamus. Eam se ignorare ingenue profitetur Ant. Augustinus d. I. Verum Adr. Turnebus lib. XI. *Advers. cap. 20.* eumque sequuti Ant. Contius lib. I. *Disp. cap. 16.* & Cl. Salmasius in *Observ. ad Ius Att. cap. 17.* religionis esse formulam volunt a *dicendo traductam*, quasi *dicationis causa*. Desid. vero Heraldus in *Observ. & Emend. cap. 14.* ex Graeco derivat fonte, quasi *δειγματος ἔνεση*, ut ad pompam & ostentationem referatur, de qua in *I. 3. § ult. D. eod.* Satis vero poenarum Salmasio ea propter Heraldus dedit, *loc. cit. & in praef.* quamvis & Grotius in *Flor. spars. ad d. I. 4.* & Bachovius *ad Treutl. vol. I. disp. xxiv. th. I. lit. G.* cum Heraldo sentire maluerint: quibuscum etiam facit Forcatulus in *Necyom. dial. VII.* Hotmanus denique in *Comm. Verb. Iur. b. v.* a *dicendo dicis, dicem*, quasi a casu recto *dix vel dex*, hanc vocem deducit, ad stipulantibus Iac. Curtio *tom. I. Coni. lib.*

8 L E C T I O N . I V R . C I V .

i. cap. 35. & Pet. Pithoeo *lib. II.* *Advers. cap. 8;*
 Mihi videtur *Iuris* esse formula, ἀπὸ τῆς δίκης, a
iure, sive *lege*, quasi *dices causa*, & ex corrupta
 deinde τῇ ἡτα procunciatione, *dicis causa*; quemad-
 modum ἀπὸ τῆς ἐρήμης δίκης, *Iurisconsulti nostri ere-*
modicum, & hinc recentiores Graeci ἐρημοδίους ef-
 finixerunt, *l. 7. § ult. D. de Minoribus, iunc. Novella*
LXIX. cap. 3. Vnde in Gloffis Philoxeni: *Dicis causa*, νόμος χάριν, ὡς παρὰ Γαῖᾳ τῷ Νομοῖ. Vbi nostrum
 hoc ex Caio fragmentum indicatur. Accedit Chari-
 sius *lib. I. p. 23. & 73. edit. Putsch.* Sunt quaedam,
 quae declinationem non admittunt, & in quibusdam
 casibus tantum inveniuntur, & dicuntur ἀπτωτα:
 ut *dicis causa*. *Hic* tantum genitivus est: verum
 plurali numero deficiunt. Addo Varronem *lib. v.*
de Ling. Lat. p. 60. ed. Steph. qui ἀπὸ τῆς δικαζειν* ver-
 bum *dicere*, nostramque hanc formulam, quanquam
 minus recte, arcessit: *hinc*, inquit, *antiqua illa: dicis immo, & dicis causa*. Ceterum haec, quam de-
 dimus, originatio arridere olim quoque cooperat vi-
 ris maximis, Pithoeo & Salmasio *dd. II.* verum ille
 postea auctoritate Varronis *a dicendo*, hic *a dicando*
 declinare maluit.

Ad primam porro & propriam huius locutionis
 significationem & usum quod attinet, is quem paulo
 ante laudabam Ant. Augustinus *d. lib. II. cap. 2.*
 praeeunte Laelio Taurelio *de Miliis ex casu*, *p. 258. ed. Bas.* nihil aliud *dicis causa* significare exi-
 stimat, quam quod ipsi Iureconsulti *perfunctorie*,
 aut *defunctorie* adpellitant, sive ut defungi quis tan-
 tum suo munere videatur. Eadem est sententia Franc.

Du-

* Ios. Scaliger pro δικαζειν apud Varronem mavult δικεω, in *Con-*
iect. ad d. l.

L I B . I . C A P . I I I . 9

Duarenii, d. l. & lib. i. Dispp. Anniv. cap. 47. Adr. Turnebi, d. l. & plerorumque, quos laudavi.

Sed convenienter etymologiae supra traditae, formulam hanc *iuris* & *iudiciorum* esse, ac Iurisconsultorum propriam coniicio, ex rituali veterum iurisprudentia derivandam. Adhibebatur enim in negotiis solemnibus, sive *Iuris* ea *Privati* essent, sive *PUBLICI*, sive *Sacri*. Vnde postmodum quibuslibet in rebus, etiam quotidianis & vulgaribus, *sensu* quoque *deteriore*, usurpari coepta est. De singulis ordine videbimus.

A *Iure autem Privato* incipiemus, quo laudatum Caii fragmentum pertinet. Veteres Romanos, ante pecuniam signatam, in emtionibus venditionibus, rudi aere & libra pendula usos fuisse; post introducitam vero monetam, quod vere antea intervenerat rude aes, velut ipsum rei pretium, simulate duntaxat, ac per imaginem adhiberi coepisse, in vulgus notum est. Neque in emtione tantum venditione, verum in plurimis caussis aliis, ubi dominium iuris Quiritium, vel in res, vel in personas, solemniter transferretur, vetus ille aeris & librae usus ad Iustinianum fere usque frequentatus est: veluti in adoptionibus, emancipationibus, testamentis, donationibus, aliisque. Vid. post alias Frid. Brummerus de *L. Cincia*, cap. 13. Ceterum loco rudusculi, sive aeris rudit, insequenti tempore nummum festertium unum intervenisse, auctor est Iustinianus *I. ult. C. de donationibus*. Conf. inscriptiones, aliaque huc facientia, apud Brummerum *d. l. cap. 14.* cui tamen iam praeiverat Cuiacius *lib. x. Observat. cap. 37.* ex cuius etiam sententia nullus dubito vocem *pecunias* apud Caium in *d. l. 4. de nummis eiusmodi festertiis exponere*, quos *ad hoc saepe commodari* ait, ut *dis gratia*, id est, quo *Iuri Civili*, & solemnibus ri-

A 5

tibus

10 L E C T I O N . I V R . C I V .

tibus satisfiat, *numerationis loco*, id est, tanquam veri pretii symbola atque imagines, *intercedant*. Ita Livius *lib. xli. cap. 8.* manumissionem, aliosque modos civitatem Romanam adquirendi, *Iuris imagines* dixit. Et vindicationum *dicas causa* Cicero quoque meminit, *pro Muraena, cap. 12.*

Pergimus ad *Ius Publicum*, cuius partem comitia, & magistratum creatio faciebant, certo ac solemnni ritu, etiam posito vexillo, & exercitu imperato, olim peragenda. Qua de re ita Dio Cassius *lib. xxxvii. ad ann. v. c. 691.* Τέτο δὲ ἐν μόναις ταῖς πατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐπιλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τῆς τείχους, καὶ ὅτι πάντες δι τὰ δόπλα ἔχοντες. ἀνάγκην εἶχον ἐς ἀυτὰς συνιέναι, καὶ ἔτι τε καὶ νῦν ὉΣΙΑΣ ἘΝΕΚΑ ποεῖται. Vertit Xylander: *Is autem mos solis centuriatis comitiis observabatur, quum extra urbem omnes in armis adesse res postulabat: & id hodieque RELIGIONIS CAVSSA fieri solet.* Rectius Io. Leunclavius reddidit, *dicas causa*. Militare enim hoc signum erat, publicae securitatis causa, non religionis, ipso in praecedentibus Dione auctore. Vocabulum quoque *ὅσιας* non sacrorum proprium, sed in publicis etiam & solemnibus negotiis usitatum. Est enim *ὅσια* idem quod θέμις & δίκη; eodemque sensu τὸ ἀφωνόσεως, vel *ὅσιας* εἴη, ac τὸ νόμος χάριν adhiberi, observat Salmasius *ad Ius Att. d. l.* Potuisse etiam exponi, *moris*, *ritus*, vel *consuetudinis* causa, priscae nempe & publicae, uti Gellius loquitur *lib. iii. cap. 18.* Ita Livius *lib. xxxiv. cap. 9.* de Emporiis, maritimo Hispanorum oppido, verba faciens, *nocte*, inquit, *pars tertia civium in muris excubabant: neque MORIS tantum, aut LEGIS causa, sed quanta, si hostis ad portas esset, & servabant vigilias, & circumibant cura.* Addo locum Varronis ex *lib. v. de Ling. Lat. sub fin.* ubi de eorum-

corundem celebratione comitiorum inter alia haec
notat: *Consul auguri imperare solet, ut in lictum vo-
cet, non accenjo, aut praeconi.* Id incepsum credo,
cum abesset accensus, & nihil intererat, cui impera-
ret: & DICIS CAVSSA fiebant quaedam, neque
item facta, neque item dicta semper. Haec de Co-
mitiis libera republica. Sub Tiberio deinde, eum-
que proxime insequitis Caesaribus, quaedam adhuc
veterum comitiorum imago creandis solemniter ma-
gistratibus, cum in Senatu, tum in foro, represe-
tabatur, eodem auctore Dione lib. LVIII. ad ann. V.
C. 785. ubi postquam Tiberii morem in sufficiendis
eodem anno Consulibus exposuit, de ceterorum
candidatis munerum haec subiicit: Τῶν δὲ, δὴ καὶ τὰς
ἄλλας ἀρχὰς ἀποῦντας ἔξελέγετο, δύσις ἥθελε, καὶ σΦᾶς ἐς
τὸ συνέδριον ἐσέπεμπε, τοὺς μὲν συνιζάς ἀντῷ (διπέρ ὑπὸ^{τάντων ἡροῦντο}) τοὺς δὲ ἐπίτε τοῖς δικαιώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ
διολογίᾳ, τῷ τε κλῆρῳ πουβλενος. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τε
τὸν δῆμον, καὶ ἐς τὸ τλῆθος δι προσήκουτες ἐκπέρφ. ΤΗΣ
ΑΡΧΑΙΑΣ ΟΣΙΑΣ ΕΝΕΚΑ, καθάπερ καὶ νῦν ὡς ε ΕΝ
ΕΙΚΟΝΙ δουεῖν γιγνεσθαι, ἐσίόντες ἀπεδείκνυντο. Eorum
vero, qui ceteros magistratus peterent, electos quo
videbatur in Senatum misit, alios ei commendans,
(iisque omnium suffragia auferebant) alios petitioni,
professionique, & sorti permittens: tum ad populum,
plebemque, qui utroque modo candidati erant magi-
stratum, progressi, ANTIQVI RITVS CAVS-
SA (cuius nunc etiam IMAGO extat,) designaban-
tur. In margine Leunclavius dicens causa, pariter
ac loco superiore, adscripsit. Simulacrum in re si-
mili dixit Tacitus lib. vi. Annal. cap. II. προσποίη-
μα, ὄπόρισιν, σχῆμα Appianus lib. I. de Bello Civ.
p. 603. 686. 690. In eandem fere sententiam Corn.
Nepos, vit. Attici, cap. 8. ex emendatione Cuiacii
lib. v. Observ. cap. 33. Bruto ait & Cassio dicens causa
datas

12 L E C T I O N . I V R . C I V .

datas esse a Consulibus provincias: utpote quas iam antea sine senatusconsulto vi invaserant, auctore Particulo lib. II. cap. 62. ^X

Supereft, ut formulae huius usum in *Iure* etiam *Sacro* delibemus. De evilescente indies auspiciorum ritu, totoque augurio iure, ita Dionysius Halicarnassensis lib. II. cap. 6. post originem eius a lege Romuli repetitam: Διέμενέ τε μέχρι πολλοῦ Φυλατόμενον ὑπὸ Ρωμαίων τὸ περὶ τὰς διωνισμάς νόμιμον — πέτανται δὲ ἐν τοῖς ιαθ' ἡμᾶς χρόνοις πλὴν τον ἘΙΚΩΝ τις ἀυτοῦ λειπεται, τῆς ΟΣΙΑΣ ταύτης ἜΝΕΚΑ γινομένη. Verunt Gelenius & Sylburgius: *Ejusque haec auspicii lex apud Romanos longo tempore observata — Nostra vero tempestate IMAGO tantum quaedam huius iuris remanet RELIGIONIS GRATIA.* Apud eundem lib. IV. cap. 79. fin. Brutus, abolito Regum imperio, de creando Rege Sacrificulo ita ad populum: "Iva δὲ καὶ τάνομα τῆς βασιλεῖς ἔξοδίας, πάτριον ὑπάρχον ἡμῖν, καὶ σὺν διωνοῖς ἀισίοις θεῶν ἐπικυρώσαντων παρεληλυθός ἐις τὴν πόλιν, ἀντῆς ἜΝΕΚΑ ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ Φυλάττηται ἱερὸν, ἀποδεικνύσθω τις ἀεὶ βασιλεὺς, δὲ τὴν τιμὴν ταύτην ἔχων διὰ βίς &c. Sed ut nomen quoque regiae potestatis, quod patrum nobis est, diisque per faustas aves adprobantibus in urbem receptum, RELIGIONIS CAVSSA servetur sacrosanctum, creetur semper rex, cui honor hic sit perpetuus &c. Sic quae comitia, a Romulo instituta, populus in xxx. curias divisus olim celebraverat, aetate postea Ciceronis, ad speciem tantum & usurpationem vetustatis, per xxx. lictores, quorum singulos singulae curiae habebant, auspiciorum, imperiique iam delati rite & more maiorum mandandi causa, adumbrari solebant, ipso auctore, *Orat. II. Agrar. contra Rull. cap. 12.* Inaugurationum quoque, sacrificiorum, aliisque epulis, ex solemnī maiorum

con-

consuetudine, *dicis caussa* interfuisse Pontificem, auctor est Plinius *lib. xxviii. cap. 2.* Ita enim ex veteri codice restituit Adr. Turnebus *lib. xviii. Advers. cap. 26.* Ita Caligulam ob mortem Drusillae ludos non edidisse refert Cassius, *lib. lxi. ad ann. V. C. 791.* τὴν τῆς ὁσίας ἔνεα, nisi *dicis caussa.* Latinam formulam hoc sensu acceptam bis Arnobio restituit Gul. Canterus, *lib. iii. adv. Gent. p. 109. & lib. iv. sub init. Conf. Pet. Victorius Var. lect. lib. viii. cap. ult. fin.* Plura nunc addere supersedeo.

Atque haec de proprio loquutionis nostrae usu in *Iure* tum *Privato*, tum *Publico*, tum *Sacro*. Inde vero, uti fit, ad omnia alia, etiam quotidiana & vulgaria, quae perfunctorie, simulate, vel in fraudem legis, ac uti vulgo loquimur, *pro forma* fiunt, extendi coepit, quod Graeci appellant *ἐν ὑπό-*
κρίσει. Vid. Appianus Alexandrinus, *lib. i. de Bello Civ. p. 606.* Seneca *moris caussa* dixit, *epist. xcix.* Quo sensu etiam Ciceronem ita loquentem intelligo, *lib. i. ad Attic. epist. 18.* ex emendatione Pithoei *d. lib. ii. Advers. cap. 8.* Conf. Popma *ad Cic. d. i.* Addo alterum eiusdem Tullii locum ex *lib. iv. in Verr. cap. 24.* & similem Apuleii *de Habit. doctr. Plat.* emendatum a Cantero *ad Arnob. d. lib. iv. init.* Neque insolens postrema haec significatio τοῦ *dicis causa* apud Iureconsultos. Ita Vlpianus in *l. 5. pr. ex quibus causis maiores &c.* privilegio absentium reipublicae caussa eum gaudere negat, qui *dicis gratia*, id est, in speciem tantum, & falso obtentu, quasi reipublicae caussa, abesse coepit; quemadmodum feliciter restituit Duarenus *ad. tit. de Paetis, p. 60. & lib. i. Dispp. Amiv. cap. 47.* nec non Vertranius Maurus *ad Varr. lib. v. p. 276.* Vulgo in omnibus adhuc libris *litis gratia* habetur, quam etiam lectionem contra Duarenum & Vertranium tueri ex professo voluit

Pet.

14 L E C T I O N . I V R . C I V .

Pet. Faber *lib. 1. Sem. cap. 20.* *sub init.* Idem porro Vlpianus *l. 1. § 34. D. de Scto Silaniano*, excusari inquit servos, qui auxilium tulerunt sine dolo malo; ei vero, qui innxit se auxilium ferre, vel *dicis gratia* tulit, nihil hoc commentum prodeesse. Alibi *defunctorie* adpellat, *l. 2. § 32. D. ad Sctum Tertullianum*, cuius contrarium est *data opera*. Modestinus graece reddidit *δοίας ἔνεκται*, in *l. 2. D. qui petant tutores*, quod perperam vulgo versum *puritatis causa*, vel uti in aliis libris eit, *pietatis*, vel *pravitatis causa*. Primus vero Ant. Augustinus, Gul. Budacum sequutus, ex textu Graeco *defunctorie* convertit, *lib. sing. ad Modest. p. 186. ed. Bas.* Conf. ipse Budaeus *Adnot. prior. ad π. ad l. 11. § 12. D. de act. emti. p. 224.* Fandem formulam idem Modestinus alibi expressit *ἀφωτιώσεως χάρην*, *l. 13. § 6. D. de excusat. tut.* ubi videtis Ant. Augustinum *p. 220.* nec non Gul. Budaeum, tum *d. l.* tum in *Comm. Ling. Gr. p. 247.*

C A P V T I V .

*De feris in sylvis circumseptis, apud Paulum
in l. 3. § 14. D. de adquirenda, vel
amittenda possessione.*

Feras bestias, ne in nostro quidem vagantes fundo, aliter a nobis adquiri, quam adprehensione naturali, quae vel manibus fit, vel instrumentis, nec dupondii ignorant, § 12. *Inst. de rer. div. l. 3. § 1. D. de adqu. rer. dom. iunc. l. 55. D. cod.*, quo sensu dominium a naturali possessione coepisse Nerva filius ait apud Paulum in *l. 1. § 1. D. de adqu. vel amitt.*

mitt. poss. Vid. Ampl. Bynkershoekius, *de Dominio maris, cap. i.* Neque adeo quidquam interest, sive loco omnibus opportuno, sive clauso naturaliter, vel humana opera circumsepto, ferae divagentur. Aliud vero iuris est in iis, quae per adprehensionem corporalem naturali libertati exemptae privato in dominio iam esse, privataque custodia coerceri coeperrunt: feras puta *vivario* inclusas, & pisces in *piscinam* coniectos, uti auctor est Paulus *d. l. 3. § 14. D. de acquirenda vel amittenda possessione*: Item feras bestias, inquit, quas vivariis incluserimus, & pisces quos in piscinas coniecerimus, a nobis possideri. Sed eos pisces qui in stagno sint, aut feras quae in *SILVIS CIRCV M SEPTIS* vagantur, * a nobis non possideri; quoniam relictæ sint in libertate naturali: alioquin etiam, si quis silvam emerit, videri eum omnes feras possidere, quod falsum est. Eadem quoque distinctione Tryphoninus utitur, *l. 62. pr. & § 1. D. de usufructu*. Distinguit itaque Iureconsultus, cum inter *vivarium* proprie dictum, & *silvam circumseptam*; tum *piscinam* inter & *stagnum*. De singulis breviter videamus. *Vivarium* Procopio, aliisque recentioribus Graecis, βιβλίου, sive spatioius sit, quod θηριοτροφεῖον; sive angustius, quod *roborarium* vel *leporarium* dicebatur, in genere quemlibet locum vel naturalem vel artificiale significat, feris quibuscunque habendis alendisque idoneum. Vid. Varro *lib. III. de Re Rust. cap. 3. 11. 12. 13.* & Gellius *lib. II. cap. 20.* Proprie vero, & apud Iurisconsultos, eum peculiariter locum denotat, qui humana providentia ei fini destinatus praeparatusque est. Quo sensu Plinius suum silvestrium, ostrearum, muraenarum, & cochlearum variarum

* In edd. Vulg. Veneta, Baudozae, &c alii, evagantur.

16 L E C T I O N . I V R . C I V .

varia vocavit, *lib. viii. hist. nat. cap. 52.* & *lib. ix. cap. 54.* *Silva* locus est natura factus, ferisque alen-
dis quam maxime opportunus, quem propterea &
saltum dixerunt. Et quia de feris in *silva* undique
pervia nullum esse dubium potest, quin sint nullius;
idcirco solius silvae circumseptae Paulus meminit. *Pis-
cina*, haud secus, ac *vivarium*, vel de quocon-
que receptaculo, natura vel arte piscibus alendis
apto, vel specialiter de loco eum in finem effosso
accipitur; qui sensus posterior huius est loci. Vid.
Varro *d. l. cap. 17.* & Gellius *d. l. Stagnum* vero
aquam naturaliter continet, Graecis *σερνδη*, aucto-
re Festo *b. v.* qui & *lacus* adpellatur, qua de re
Isidorus *lib. xiii. cap. 19.* Ex dictis patet, falsum es-
se Accursium *ad b. l.* qui rationem diversi juris ex
angustiore viviorum ac piscinarum spatio, laxiore
vero silvarum & stagnorum, repetendam voluit; quod
nihil quidquam ad rem facere merito censuit Hugo
Grotius *lib. ii. de Iure Belli & Pacis, cap. viii. § 2.*
Minus vero curate, Zieglerus, Henniges, Obrech-
tus, ibid. in *not. stagnum & silvam a piscina & vi-
vario* ita differre scribunt, quod ex illis ferae elabi-
possint, ex his non item.

Maxime vero omnium a vera Pauli mente abierunt,
qui nodum sibi visum gladio secare adgressi sunt, in-
serta negatione, hoc modo: *feras quae in silvis NON
circumseptis vagantur*; quum tamen praeter mani-
festam Iuris differentiam modo relatam, vel sola *sta-
gnorum*, undique a natura clausorum, mentio a vi-
olenta eos crisi revocare debuisset, quibuscum silvae
arte humana circumseptae a Paulo comparantur. De
fluminibus enim, aut *rivis*, iugi cursu alienas in a-
quas sepe exonerantibus, haud magis oriri dubium
potuit, quam de *silvis* circumquaque patentibus.
Emendationem tamen isthanc, ab Hotmano exco-
gitatam,

gitatam, & a Dionysio Gothofredo textui adscriptam, data opera defendere instituit Ger. Noodt d. l. eumque hodie sequuti non pauci.

Coronidis loco moneo, quod Pufendorffius rationem Nervae & Pauli contra Grotium optime adseruerit lib. iv. de *Iure Nat. & Gent.* cap. vi. § 11. in eo tamen lapsus, quod silvae circumseptae, & stagni domino, facultatem competere scripsit, non solum extra-neos a captura arcendi, quod facile largimut, sed etiam quod captum est vindicandi, contra manife-stam Iuris decisionem^x, in d. § 12. *Inst. de rerum di-
visione*, & l. 3. § 1. D. de *adquirendo rerum dominio*.

<sup>naturae
zone subsecu-</sup>

CAPUT V.

*De mandato legis actionum, servata scriptura
apud Paulum l. 17. § 1. D. de manum. vind.*

Verba Pauli in l. 17. pr. & § 1. D. de manum.^x vind. Florentiae ita habent: *Apud Proconsul-
lem, postquam urbem egressus est, vindicta manu-
mittere possumus. Sed & apud Legatum EIVS MA-
NV MITTERE possumus.* * Contrarii his pu-tantur, quae de Legato Proconsulis ex Marciano & Vlpiano in l. 2. & 3. D. de offic. Procos. ita referuntur. Marcianus: *Omnes Proconsules, statim quam Urbem
egressi fuerint, habent iurisdictionem; sed non con-
tentiosam, sed voluntariam: ut ecce, manumitti a-
pud eos possunt, tam liberi quam servi; & adoptio-
nes fieri. Apud Legatum vero Proconsulis nemo ma-
numittere potest, quia non habet iurisdictionem ta-*

B lem.

* In Vulgata & Norica editione adduntur sequentia, ex quo provin-
cianus ingressus est: *invito Culacio lib. 1. obf. cap. 1.*

L E C T I O N . I V R . C I V .

Iem. Vlpianus porro in *d. l. 3.* *Nec adoptare potest;*
omnino enīps non est apud eum legis actio. Hanc ut
ātrivopisāv interpres tollerent, varia sunt commenti.
 Iac. Cuiacius *lib. 1. obs. cap. 1.* ex vetere, ut ait, *ms.*
 in *d. l. 17. § 1.* negationem inseruit hoc modo: *Sed*
& apud Legatum eius manumittere NON possumus.
 Quam deinde emendationem contra Io. Robertum
lib. 1. Rec. Lect. cap. 28. acriter est tuitus *lib. xv. obs.*
cap. 19. Aliam a Cuiacio emendandi viam postea
 ingressus est Pet. Burgius in *Lect. cap. 2.* pro *eius* le-
 gendo *Caes.* id est, *Caesaris*, ut legatus, non Pro-
 consulis, sed *Caesaris*, id est, Praeses provinciae,
 intelligatur; cui legis actionem competere totidem
 verbis Caius docet, *l. 7. D. eod.* & Vlpianus *l. 2. D.*
de offic. Praef. Atque hoc sensu ferri posse ἐπιβλημα
 Vulgatae & Noricae, tum Burgius *d. l.* tum Nood-
 tius ostendit, *lib. 11. de Iurisd.* & *Imp. cap. 7.* Huic
 tamen pro *Legatum e.* id est, *eius*, restitui proba-
 bilius posse visum est, *Legatum c.* eodem sensu, id
 est, *Legatum Caesaris.* * Praeter hanc vero emen-
 dationem & duas alias idem Noodtius *d. l.* prodidit,
 pro *eius manumittere* substituens *eius mandatis*,
 vel *ex mandatis*, arg. *l. un. D. de offic. Praef. Aug.*
l. 3. de offic. Praef. & *l. 2. C. de offic. ei. qui vic. alic.*
iud. vel Praef. obt. citatis quoque siglarum compila-
 toribus, Diacono, Probo, Magnone. ^x Rationem
 omnium harum emendationum unam adferri video,
 quod nimis sola ordinaria, & contentiosa iurisdi-
 ctio mandari potuerit, non extraordinaria, aut
 voluntaria; utpote non iure proprio omnibus magi-
 stribus, sed speciali tantum concessione nonnullis
 competens: ac proinde nec merum imperium, nec
 legis

* Cui emendationi adfinitas faver literatum &c in codice Florentino,
 apud V. Ampl. Henr. Breinkmannum in *Hist. Pand.* *lib. 11. cap. 2.*

legis actiones, aliaque similia, excerceri a Legatis Magistratum potuisse; siquidem nec ulla ipsis lege unquam data, neque mandato iurisdictionis comprehensa.

Verum enim vero, quo minus in hanc descendere sententiam possum, *duo* in primis faciunt: *unum*, quod Veteres Iureconsulti mandatum iurisdictionis *generale* a *speciali* sollicite distinguant; *alterum*, quod aliud in *Legato Proconsulis*, aliud in *mandatario* magistratus *privato*, sit iuris. Ad *primus* quod attinet, inficias neminem iturum puto, mandato iurisdictionis *generalis* solam propriam, ordinariam, & contentiosam iurisdictionem transferri, *I. i. pr. & § 1. & l. 4 pr. D. de off. ei. cui mand. est iurisd.* mandato autem *speciali* extraordinariam quoque & voluntariam, quemadmodum plurimis Veterum locis edocemur. Ita enim de *mero imperio* Marcianus in *l. 14. D. de Sēto Silan. Excipiuntur*, inquit, *Senatus consulto Silaniano impuberes servi: Trebius autem Germanus Legatus etiam de impubere sumi iusfit supplicium*, &c. Distincte hac de re Papinianus *d. l. i. pr. D. de off. ei. cui mand. iurisd. Lege*, inquit, *Iulia de vi nominatim cavitur, ut is cui obtigerit exercitio, possit eam si proficiscatur mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse coepit, cum alias iurisdictionis etiam a praesente mandetur.* Atque hoc sensu, salva nimirum exceptione absentiae, intelligendus quoque Vlpianus est, *d. l. 6. pr. D. de offic. Praef.* Solent etiam (Praefides) *custodiarum cognitionem mandare Legatis: scilicet ut praecauditas custodius ad se remittant, ut innocentem ipse liberet.* Sed hoc genus mandati extraordinarium est: nec enim potest quis gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercitionis ad alium transferre, &c. Conf. Venuleius in *l. II. D. eod.* Tantum de distinctione priori. De posteriori porro nulla

20 L E C T I O N , I V R I C I V .

etiam subesse dubitatio potest, quum publico nomine Legati, a Senatu, vel Principe; Magistratum autem arbitrio mandatarii alii constituerentur, si quando nempe copia Legatorum non esset. Vid. l. 4. § ult. D. de offic. Procons. & Leg. l. 5. l. 6. § 1. l. 20. § 1. l. 13. l. 15. D. eod. iunc. l. 2. 3. 4. § 1. & l. ult. D. de offic. ei. cui mand. est iurisd. l. 1. § 1. & l. 2. D. quis a quo adpell. In hosce vero mandatarios privatos solam ordinariam iurisdictionem, eiusve partem aliquam, non extraordinariam transferri potuisse, ex defectu publicae auctoritatis palam est, qua soli Magistratus, & eorum vicarii, sive Legati, censebantur: privati mandatarii non item. Vid. Cicero in Vatin. cap. 15. Lampridius in *Alexandro Sev.* cap. 46. & Vopiscus in *Probo* cap. 13. Vnde & Magistratum adiutores, & muneris provincialis ministri adpellati Legati. Cicero lib. v. ad Attic. epist. 21. & lib. 1. ad Q. Frat. epist. 1. num. 3. & 7. Caesar lib. 11. de Bello Civ. cap. 17. Livius lib. XXXIII. cap. 43. Appianus Alex. lib. 1. de Bello Civ. p. 633. fin. ed. Toll. Iccirco & imperium iis, & fasces cum securibus publice tributi. Vid. Cicero lib. XII. ad famil. epist. ult. & lib. 1. in Verr. cap. 22. * Velleius Paterc. lib. II. cap. 99. & Spartianus in *Severo*, cap. 2. Vere itaque Dionysius Halicarn. lib. XI. cap. 28. personam Legati omnium apud Romanos honoratissimam atque sacratissimam esse scribit, nec magistratus tantum potestatem ac vim, sed venerationem etiam habere sacerdotis. *

Quis proinde ex tota provincialium Magistratum iurisdictione, generaliter, vel specialiter mandari solita, solas legis actiones exceptas dixerit, caussa-

rum

* Quo loco nihil movendum, tum auctoritate Ascosii, tum quod de legatione cum mandato iurisdictionis coniuncta ibi agatur.

rum omnium maxime favorabiles? Nullas igitur Pro-consule absente, aliterve impedito, adoptiones, manumissiones, emancipationes, tota provincia celebratas dices? An cui merum imperium ex causa absentiae mandari potuit, ei unius manumissionem servuli mandatam negabis? Verum tamen diserta, inquies, Marciani & Vlpiani verba, in *d. l. 2. § 1.* & *l. 3. D. de offic. Procos. & Leg.* id ipsum evincunt. Sed respondemus, nostrae illa sententiae nihil quidquam officere, id quod tota orationis series *dd. ll.* abunde ostendit, ubi postquam de legis actione Pro-consulis urbem egressi Marcianus egisset, talem Legato potestatem non competere subiicit, utpote cui non ante mandari iurisdictio cum effectu possit, quam in sui magistratus provincia, *l. 4. § ult.* & *l. 5. D. eod.* Atque hanc eandem sententiam Pauli esse in *d. l. 17. § 1. D. de manum. vind.* non solum ex *d. l. pr.* verum etiam ex Vulgata, Haloandrina, aliisque editionibus constare puto.

Atque haec de *tutoris* etiam *datione* intelligo, quae in provinciis ex Lege Iulia & Titia a solis celebrari magistratibus primum potuit, eorumve speciali mandato a Legatis, *l. pen. D. de offic. Praef.* non mandatariis aliis, *l. 8. pr. D. de tut. & cur. dat.* postea vero Oratione effectum D. Marci, ut sine speciali etiam mandato a Legatis, ordinariam iurisdictionem adeptis, dari tutor posset, *l. 1. § 1. D. de Tutor. & curaf. dat.* salvo interim iure veteri in *l. 6. § 2. D. de tutel.* quae de Magistratibus agit ordinariis, eorumque propria iurisdictione, non vero de Legatis, eorumque mandato speciali. Conf. *l. 12. § 1. D. de iudic. iunc.* *l. 12. D. de offic. Procos. & l. 1. § 11. D. ad Sct. Turp.* *l. 1. § 4. D. de susp. tut. iunc.* *l. 4. pr. D. de off. ei. cui mand. iurisd.*

222 L E C T I O N . I V R I C I V .

C A P V T VI.

*Verba Scaevolae in l. ult. D. de flumin.
sine emendatione exponuntur.*

Maris, litorum, fluminumque usum Iure Gentium publicum esse, ignorat nemo. Vnusquisque igitur aedificando in mari, litore, aut flumine, sibi iure adquirit, modo usus publicus deterior non fiat, cuius rei notio ad Praetorem pertinet, *l. 24. D. de damno inf. iunc. l. 3. § 1. D. ne quid in flum. publ. & l. 50. D. de adqu. rer. dom.* Huic doctrinae, tam certa Iuris ratione subnixae, verba Scaevolae in *l. ult. D. de flumin.* ex vulgata omnium librorum lectione, contrariari putat Noodtius *lib. IV. Prob. cap. 1. Quacsum est; an is, qui in utraque ripa fluminis publici domus habeat, pontem PRIVATI IVRIS facere potest? respondit, non posse.* Mendi ex iis postulat Noodtius *rā privati iuris,* reponitque *privato iure, i. e. privata auctoritate:* caussatus aedificatum in publico flumine privati utique iuris esse, si modo publice impetrata facultas aedificandi fuerit, *d. l. 50. D. de adqu. rer. dom.* Ita ille. Forte autem in proposita facti specie id unum apud Scaevolam quaeritur; an domuum utraque in ripa, alveique adeo intermedii dominus, iure sui dominii, pontem in flumine iuris privati, i. e. suo subiectum dominio, extruere possit? Quod negat Iurisconsultus, non alia opinor ratione, quam quod publicus fluminis usus extructo ponte fiat deterior, locumque interdicto faciat, *ne quid in flumine publico, ripave eius facias; ne quid in flumine publico, ripave eius immittas, quo statio iterue navigio de-*
terior

L I B. I. C A P. VI.

terior fit, Vlpianus l. i. pr. § 14. seqq. D. eod. Eandem rationem prohibitae in publico aedificationis, & nominatum extuendi pontis, reddi video in l. 2. § 33. D. ne quid in loc. publ. ubi Vlpianus: Scio tractatum, an permittendum sit species & PONTEM per viam publicam facere? & plerique probant, interdicto cum teneri: non enim oportere cum DETERIOR EM viam facere. Neque alius videtur verborum sensus eundem apud Vlpianum in l. 24. D. de damn. inf. Fluminum publicorum communis est usus, sicuti viarum publicarum & litorum. In his igitur PVBLICE licet cuilibet aedicare, & destruere, dum tamen hoc sine incommmodo cuiusquam fiat. Particulam publice Noodtius praeeunte Baldo interpretatur publica auctoritate, quo significatu & aliis in Iure locis ait occurtere. Mihi secus videtur: non quod negem, eo etiam sensu usurpari particulam posse; sed iis, quae laudat Noodtius, Iuris locis ita non adhiberi, est quod contendō. In nostra certe l. 24. τὸ publice nihil esse aliud videtur, quam publico & communi omnium iure, uti in l. 115. § 1. D. de reg. iur. iunc. l. 51. § pen. D. de fideiuss. & l. ult. C. de in integ. restit. minor. & apud Terent. in Phorm. act. II. sc. III. vers. 65. Intelligitur autem hoc loco Ius Gentium, quo istae res censentur, ut etiam diserte testatur Scaevola, eodem unde excerpta est l. ult. D. de flumin. libro quinto Responsorum, in l. 4. D. ne quid in loc. publ. In litore, inquit, Iure Gentium aedicare licere, nisi usus publicus impedit. Reliqua ad illustrationem materiae pertinentia ab erudito anonymo nuper admodum occupata vidi in Miscell. Observ. vol. III. tom. I. p. 114. seqq. Quare actum non agam.

L E C T I O N E I V R U C I V .

C A P Y T . V I I .

*Receptam lectionem in l. 13. § 1. D. de
pign. act. defendi posse.*

IN *commodito* levissimam, in *pignore* levem dunt taxat culpam regulariter venire norunt tirones. **V**lpianus autem eahdem utroque in *contractu* exigeret videtur, *d. l. 13. § 1.* *Venit*, inquit, *in hac actione* (*pigneratitia*) & *dolus* & *culpa*; *ut in commoda-*
to; *venit* & *custodia*: *vis maior non venit.* Missis Accurrit, Contii, aliorumque conciliationibus, dum explosis, de ratione emendationis agam, sive mutationis, ab Io. Niellio * quondam tentatae, in *Diff. feud. III. § ult. ad lit. k. p. m. 47. seq.* & ab Illustri Icto, Ger. Noodtio eruditis postea argumentis illustratae, *lib. I. Prob. cap. 4.* denique adversus Waechtleri crisi in *not. ad Prob. d. l.* ab eodem denuo confirmatae *lib. IV. Prob. cap. 3.* & nuper adeo in *Misc. Obs. vol. III. tom. I. p. 122.* ab Anonymo; Viro

* Eruditissimus hic iuvenis Vesalia otiundus, exente saeculo xvi: Marpurgi operas Iuris navans, post instituta inter commilitones privatarum disputationum exercitia, nequitiam spernenda, Iuris tum Civilis, tum Feudalis, illustrandi causa; repentina morte, annos vix quinque & viginti natus, Casselis oppressus, maximas orbis erudit spes destituit anno 1597. V. id. Iaq. Postumorum eius operum duobus tomis in 4. tres, quantum novi, editiones in Germania exierunt, Marpurgi & Francfurti. Atque haec, ne quis de Niellio eiusque scriptis dubitationem nescio quam porro iniiciat, monere studiosos volui. Tres vero coniecaras de l. 13. § 1. Niellius proposuit. Rem omninem ipsiusmet verbis repraesentabo: *Constat*, inquit, *in commod. venire ex contractus natura culpam levissimam: in pignore levem tantum*, *d. § 2.* (l. 5. *commod.*) & *d. § 5.* (l. 9. de

Viro Doctissimo, contra postumas Waechtleri notas
ex professo defensae.

Meam de hac re sententiam paucis abhinc annis
dixi in adnotationibus ad Challanæi Paratitla Insti-
tutionum, tit. qu. mod. re contr. obl. p. 176. seqq.
Quia enim *culpæ*, *custodiae*, & *diligentiae* vocabu-
la prōmiscue fere a Iureconsultis adhiberi noveram,
intelligenda pro indele negotii, de quo agitur, se-
cundum certas hac de re in l. 5. § 2. D. *Commod.* re-
gulas: iccirco in d. l. 13. § 1. utramque vocem *cul-
pæ* & *custodiae* in genere usurpatam credidi pro ea,
quam singuli horum contractuum exigunt, *maiori*
nempe in *commodato*, *minori* in *pignore*. Neque in-
frequens in Iure id esse, Veterum locis in medium
adlatis ostendi. Verbi caussa ad *culpam* quod attinet
simpliciter positam pro *levissima*, Pomponius in l.
16. D. *de conduct. furt.* non facile ultra CVLPAM
teneri *commodatarium* scribit. Pariter Vlpianus in
l. 8. § 3. D. *de precar.* eum, qui *precario* rogavit,
solum dolum; qui vero *commodatum* suscepit, non
tantum dolum, sed etiam CVLPAM praestare. De
negotiorum quoque gestione is quem laudavi Pom-

B 5

ponius

de reb. auct. iud.) ratio expressa d. § 2. quod *pignus* utriusque
gratia contrahatur, *commodatum* plerumque accipientis tantum.
Quid igitur magis ratione & textibus Iuris convariarum dici po-
tuisse, quam quod dicitur in d. § 1. *venire in act. pignor.* Et
custodiæ, id est, *culpam levissimam*, non tantum dolum &
culpam (*levem*) ut in *commodato*: quasi in hoc contraktu (se-
cundus quam in *pignore*) ea tantum culpa praestanda sit. Non due-
bito incuria librarii pro AT^r *repositum*: VT: (fatilis fuit lapsus
ob harum literarum similitudinem) vel, VT, a non intel-
ligente *comparisonis* rationem, adiectum: vel denique transpo-
sitionem esse verborum, VT IN COMMOD. quae legi debent
post verbam CVSTODIÆ: cum scilicet *pignus* ultro dasar credi-
turo absque *pignore* de quo causa. Cf. Cgi. 19. obs. 24. hunc
§ accipit, cuius tamen difficultates non solvit. Cf.

16 L E C T I O N . I V R . C I V .

ponius ita habet, l. 11. D. de negot. gest. Si negotia, inquit, absentis & ignorantis geras, & CVLPAM & dolum praestare debes. Sed Proculus interdum etiam casum &c. De custodia, pro levis tantum culpae praestatione, ita Caius in l. 35. § 4. D. de contrah. emt. Si res vendita per furtum perierit, prius animadvertisendum erit, quid inter eos de CVSTODIA rei convenerat: si nihil adpareat convenisse, talis CVSTODIA desideranda est a venditore, quantum bonus paterfamilias suis rebus adhibet. Quo sensu & in l. 19. C. de pignor. accipi nec ipse Noodtius diffitetur. Vocabulum denique diligentiae eodem levis culpae significatu usurpari, ex Vlpiano discimus, l. 47. § pen. D. de Legat. Ist ubi in re legata non solum dolus ab herede, & culpa levis, verum & diligentia praestari dicitur; quum tamen nihil certius sit, quam ob mutuam heredis & legatarii ex testamento utilitatem, ad levem duntaxat culpam heredem teneri; quod etiam diserte docet Africanus in l. 108. § 12. D. tod. Addo Vlpianum in d. l. 5. § ult. D. commod. ubi in vehiculo *commodato*, vel *locato*, verius esse ait, & dolum, & culpam, & diligentiam, & custodiā, praestari debere. Ita quoque Imperator § 2. & § ult. Inst. quib. mod. re contr. obl. in pignore non minus quam in commodato exactam diligentiam requiri ait. Quid? in § 5. Inst. de locat. cond. conductor ad tales teneri *custodiā* dicitur, qualem *diligentissimus* paterfamilias rebus suis adhibet. Quid vero vel tironi notius est, quam *levem* duntaxat culpam a conductore exigi? Alia nunc loca accumulare supercedeo, quum vel sola l. 23. D. de reg. tur. omne hic dubium eximat.

Quod vero tum Noodtius, tum ipsius Defensor, in primis contra Waechlerum urgent: si quando pignoris obligatio cum ea, quae ex commodato venit,

nit, comparetur, *custodiae & diligentiae* vocabula proprie accipi & ex arte, pro maiori illa & accuratiore, cuius neglectus *levissimam* ini culpam incidit; probari mihi adhuc non potuit, immo alia omnia ex variis Veterum locis constare putō. Adscribam Caii & Pauli verba in l. 2. § 1. & in l. 3. D. de peric. & *comm. rei vend.* ubi venditorem non minus quam commodatarium ad *custodiā* & *diligentiā* obligari dicunt. *CVSTODIAM*, inquit Caius, *ante admetiendi diem, qualem praestare venditorem oporteat, utrum plenam, ut & DILIGENTIAM praefet, an vero dolum dantaxat?* videamus. Et puto eam *DILIGENTIAM* venditorem exhibere debere, ut *fatale damnum, vel vis magna, sit excusatum*. Paulus subiicit: *CVSTODIAM autem venditor talem praestare debet, quam praestant hi, quibus res commoda est, ut DILIGENTIA M praefet exactiorem, quam in suis rebus adhiberet.* Simili omnino ratione commodatarii & fullo-nis obligationem Imperator comparat, & utrumque ad *custodiā* teneri scribit, § 16. *Inst. de oblig. ex del.* Ut fullo, inquit, mercedem accipiendo *CVSTODIAM* praefat, ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet *CVSTODIAM* praefare.

Atque ex his omnibus liquido adparere olim arbitrabar, nulla Vlpianum emendatione, in d. l. 13. § 1. indigere. Firmabant coniecluram Basilica lib. xxv. tit. 1. p. 6. tom. iv. Vlpianum d. l. hac paraphrasi illustrantia: Ἀπαιτεὶς η̄ περὶ τῆς ἐνεχύρας ἀγωγὴ δόλου, οὐαὶ βαθυμίᾳν, ὡς η̄ περὶ τῆς ἐν χρήσει δοθέντος ἀγωγῆς, οὐαὶ η̄ περὶ Φιλακῆν ἀγωγῆς δι μὲν οὐαὶ η̄ μείζουν βίᾳ κατάγεται εἰς ἀντην. Plenius Fabroto ita convertit Waechterus in *not. ad lib. I. Prob. cap. 4. Actio prigeratitia exigit dolum & negligentiam, sicut actio com-*

28 L E C T I O N . I V R . C I V .

*commodati, & actio de custodia: * non igitur & vis
major in eam deducitur. Non ἀλλα, sed &c Graeci red-
dunt τὸ ut, vel quemadmodum in nonnullis Pandecta-
rum codicibus est, sicut, notante Alberico, veteri
interprete, de quo Gothofredus ad h. l. Et ita quo-
que Caius in l. 18. D. *commod. sub fin. princ. ut ita,*
*inquit, culpae fiat aestimatio, SICVT in rebus pi-
gnori datis & dotalibus aestimari solet.**

Quanquam vero haec tenus dicta adserendae h. l.
lectioni sufficere videantur, tamen Vlpiani verbis
paullo accuratius inspectis, eorum mihi sensus unice ex iis, quae proxime antecedunt, pendere iam vi-
detur. Sunt autem haec: *Si, cum venderet creditor
pignus, convenerit inter ipsum & emptorem, ut si
solverit debitor pecuniam pretii emtori, liceret ei re-
cipere rem suam: scripsit Julianus, & est rescriptum,
ob hanc conventionem pigneratitiis actionibus teneri
creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem
adversus emtorem: sed & ipse debitor aut vindicare
rem poterit, aut IN FACTVM ACTIONE
adversus emtorem agere.* Intempestivam crisi in Ant.
Fabri, postremam periodum, in Basilicis omissam,
ceu tribonianismi suspectam, una litura inducentis,
dudum refellit Vlr. Huberus in *Eunom. Rom. ad h. l.*
p. 540. Ceterum conferendum hac de re Marcianus in
l. 7. pr. & § 1. D. *de distract. pign.* ubi haec eadem
ex Juliano species proponitur, in qua praeter pigne-
ratitiam contra creditorem, *tres* actiones aliae debi-
tori, pignoris domino, tribuuntur; *una* realis, *duae*
per-

* Poste autem interpres Graecus omisso τῷ venit in latino exempla-
ri legit & custodia; vel ita distinxit: ut in *commodato* venit, &
custodia depositum intelligens. Hinc enim profecta videri possunt
erronea haec: καὶ οὐ περιφύλακτον αὔγουστον, pro καὶ ἀπαιτεῖ φυ-
λάκτον; quod Waechteri diligentiam fugisse minor.

personales; *directa* scilicet venditi ex cessione, & *actio in factum*, sive *utilis* venditi, cessione non facta. Et de hac ipsa actione, quam in proposita specie, contra emtorem pignoris, debitori competere Vlpianus scribit, verba *ἀπέστως* sequentia unice capienda existimo: *Venit autem in HAC ACTIONE & dolus & culpa, ut in commodato; venit & custodia: vis maior non venit.* Comparatur itaque haec actio, ad praestationis effectum quod attinet, cum actione commodati: & merito. Emotor enim rei pigneratae, a creditore iure venditae, verum dominium quamvis revocabiliter acquisiverat, ac proinde inter alios dominii effectus utendi quoque facultatem erat nactus. Quia autem pretio recepto, secundum conventionem, rem restituere debitori debet, eandem scilicet speciem, & non factam deteriorem; sane si quid in re datum damni fuerit, instar commodatarii, de dolo, lata, levi, & levissima culpa debitori tenebitur: quum alioquin creditor, ius utendi per se non habens, de levi tantum culpa obligetur. Non itaque de ordinaria actione pigneratitia, uti visum hactenus, sed illa reali, vel personali, directa vel utili, memorato casu prodita, Vlpianus *d. §. i.* intelligendus est. Perperam etiam Basilicorum auctores *d. l.* omissa illa principii clausula, verba *§. i.* & ne haec quidem incorrupta, uti diximus, subiecerunt. Ita autem pulcherrime & suum Vlpiano sensum, & suam receptae lectioni auctoritatem salvam puto.

30 L E C T I O N . I V R . C I V .

C A P V T V I I I .

*Conciliantur l. 15. §. ult. l. 16. & l. 17.
pr. D. de usufructu.*

Quod de sectis philosophantium Grotius dixit, unam earum omne verum non pervidisse, nullam tamen non aliquid ex vero: idem si de Iuris Interpretum ad has leges commentis praedicavero, nihil forte a vero alienum dixisse videbor. Non repetam quae contra Struvium & Schilterum Reinoldus in *Var. cap. 16.* contra Galvanum, Gothofredum, & Noodtium Ampl. Bynkershoekius *lib. 1. Obs. cap. 11.* quae denique contra Huberum Cl. Trotzius in *praef. ad Opus. Iac. Gothfr. p. 28.* erudite monuerunt.

Id dicam, servata omnium codicum perpetua lectione, Vlpiani Paulique verba in *dd. II.* exponi satis commode, ut consonantia posse. Primum *tres* species distingendas puto: *unam* Vlpiani initio *d. § ult. l. 15.* de servitute fructuario noxia: *alteram* eiusdem Iurisconsulti, & Pauli, *d. l. sub fin.* & *l. 16.* de servitute usufructus caussam non adficiente, ac propinde innoxia: *tertiam* denique Vlpiani in *l. 17. pr.* de mortuo in fundum fructuarium inferendo.

Ad speciem *primam* refero haec Vlpiani, ineunte *§ ult. d. l. 15.* Sed nec servitutem imponere fundo potest proprietarius, nec amittere servitutem: *adquirere plane servitutem cum posse, etiam invito fructuario, Julianus scripsit.* Verba *invito fructuario* ad omnia pertinere antecedentia arbitror, sensumque Iurisconsulti hunc esse: Proprietarium invito fructuario, vel imponendo servitutem, vel amittendo, dete-

deteriorē reddere usumfructū non posse, neq; rem adquirendo posse. Ipse etiam Vlpianus in l. 17.
§ 1. eod. hanc velut eorum, quae dixerat, summa & regulam proponit: *ne deteriorē conditionē fructuarii faciat proprietarius.*

Speciem alteram in verbis Vlpiani d. § ult. fin. & Pauli in l. 16. eod. colloco: *Proprietatis dominus, ne quidem consentiente fructuario, servitutem imponere potest: nisi qua deterior fructuarii conditionē non fiat; veluti si talē servitutē vicina concer-rit, ius sibi non esse altius tollere.* Agitur de servitute fructuario non noxia, quam a solo proprietario domino imponi iure posse uterque Iurisconsultus tradidit, manifesta Iuris ratione, quod proprietatis tantum caussam eiusmodi servitus adficiat, non ususfructus. Neque reperi ex Interpretibus, qui vere dissentiat, ad rem quod attinet: in verbis vero tum Vlpiani, tum Pauli, multum disputant. Mihi in utroque exponendo prae aliis Connani conjectura semper placuit, lib. IV. *Comment. Iur. Civ. cap. IIII. § 13.* parenthesi, velut circumscribentis verba intermedia, *ne quidem consentiente fructuario*, id est, eo etiam invito, sensus ac in specie priori, uti diximus. Neque opus cum Charonda & Russardo nec quidem hic legere, quum promiscue hoc sensu utraque loquendi ratio passim sit obvia. *Ne quidem pro etiam non*, apud Ciceronem lib. VI. ad Attic. epist. I. p. 1277. ed. Verb. in 8. *NE ad Catonem QVID E M* provocabo. Similiter in Orat. pro Deiot. cap. 13. &c alibi. Vid. Hor. Tursellinus de Partic. cap. cxxii. p. 692 seq. ibid. Schwartzius.

Ad Paulum porro quod attinet, satis quoque feliciter idem Connanus d. l. particulam *nisi pro dunta-xat positam* coniecit. Neque est, quod auctoritatem Veterum hic desiderari putet. Huberus, in *Eur.* b. I.

32 L E C T I O N . I V R . C I V .

b. l. Etenim a Turnebo, ad Cicer. lib. 11. de Legib. cap. 20. Giphanio, de Partic. p. 148. Reinaldo d. l. exempla huius locutionis non pauca producta memini, quanquam non eiusdem omnia fidei, vel ponderis. Non ibo per singula, qui plerisque non utor: provoco autem ad Columellae locum, certae in libris editis, quantum vidi, lectionis, lib. VII. cap. 3. * *Quoniam saepe frigorū atque hiemis saevitia pastorem decipit, & eas oves interimit, quas ille tempore autumni, ratus adhuc esse tolerabiles, non summovet: quo magis etiam propter hos casus, NISI validissima, quae non comprehendatur hie-mē, novaque progenie repleatur numerus.* Geminum locum Ciceronis, dubiae fere scripturae, Criticorum nostrorum acumini commendo: lib. XVI. ad Attic. epist. I. p. 2007. ibiq. Victor. moriar, NISI face-te. Et d. lib. I. de LL. cap. 20. ibiq. Davis. Hic NISI quod honestum esset, putavit bonum. Quod si quis pro nisi apud Columellam, & Paulum, ex regula geminationis existimet legendū non nisi, haud multum adversabor; eoque minus, si ex eadem regula integra oratio hoc modo constituantur: *Non nisi si qua deterior fructuarii conditio non fiat.*

Supereft *tertia species* apud Vlpianum in d. l. 17. pr. quam de mortuo in fundum fructuarium inferendo conceptam esse diximus. Verba adscribo: *Locum autem religiosum facere potest consentiente usufructuario. Et hoc verum est favore religionis. Sed interdum & solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest: finge enim, cum testatorem inferre, cum non esset tam opportune, ubi sepeliretur.* Duplicis argumenti haec species est; unum genera-le,

* Mendi tamen ex conjectura haec postulant Lambinus ad Cicer. de LL. lib. I. cap. 20. & Gronovius ad Liv. lib. xxxiv. cap. 26.

le, de inferendo quovis mortuo: speciale alterum de sepeliendo testatore, qui usumfructum legavit. *Pri-
ori* casu, ut locus fiat religiosus, fructuarii consensus requiritur, ne ei invito deterior conditio inferatur: *po-
steriori* autem, ne fructuarii quidem consensu opus esse Vlpianus ait; eandemque doctrinam, iisdem fere verbis, alio rursus loco, libro nempe xxv. ad Edictum, inculcat, in l. 2. § 7. & 8. & l. 4. D. de religios. conf. Paulus l. 3. D. eod.

Quia vero rei fructuariae substantia per exemptionem loci religiosi salva atque integra non servatur, siccirco contra rigorem iuris solo religionis favore utrumque obtinuisse Vlpianus scribit, d. l. 17. pr. Quo etiam refero formulas *magis esse, rationem habere, utilius
esse*, apud eundem Vlpianum in d. l. 2. § 7. & 8. & apud Paulum in d. l. 3. Ceterum hic religionis favor multo maior in sepeliendo est testatore, quam extra-neo alio; *naturaliter enim*, inquit Vlpianus l. 4. D. de religios. videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur.

C A P V T I X .

*Interpretatio Pauli in l. 7. pr. D. de
capite minut.*

VExatissima sunt haec Pauli verba in d. l. 7. *Tu-
telas etiam non AMITTIT capititis minutio,
exceptis his, quae in iure alieno personis positis de-
feruntur.* Hinc foecunda emendationum seges, a Gothofredo, & Sim. van Leeuwen, ad h. l. notata. Conf. Noodtius & Schultingius ad h. t. Ingeniosa nuper coniectura Vir longe Doctissimus veram Pauli

C

lectio-

§4 L E C T I O N . I V R . C I V .

lectionem restituere adgressus est; *admittit*, sive *am-mittit*, legendo pro *missit*. Forte autem, quae antecedunt in l. 5. § ult. eiusdem Pauli ex eodem libro, & in l. 6. Vlpiani verba, emendationi huic quantumvis eleganti minus favere videbuntur. Loca integra, quia minus prolixia, subiicio: *Nunc respiciendum, quae capitum diminutione PEREANT: & primo de ea capitum diminutione, quae salva civitate accidit, per quam publica iura non INTERVERTI constat; nam manere magistratum, vel senatorem, vel iudicem, certum est. Nam & cetera officia, quae publica sunt, in eo non FINIVNTVR: capitum enim minutio privata hominis & familiae eius iura, non civitatis, AMITTIT. Tutelas etiam non AMITTIT capitum minutio.* &c. Mihi ab omni verborum correctione abstinentum videtur, tum ob constantem codicum lectionem, tum auctoritatem scholiaстae Graeci. Textus Basilicorum ex Vlpiano & Paulo ita habet, lib. XLVI. tit. II. p. 154. tom. VI. οὐαὶ τὰ ἴδιωτικὰ δίκαια, οὐαὶ τῆς Φαρισαϊκῆς Φθείρει, ὃ μὴν τὰς ἐπιτροπάς πλὴν τῶν ἀπὸ τῆς δυώδεκα δέλτων. Verba scholiaстae, ib. p. 159. "Οὔτε τὰς ἐπιτροπὰς η̄ ιάκωτις Φθείρειν δύναται δεμιουρτίων, ὑπεξηριμένων ἐκείνων τῶν ἐπιτροπῶν, ὅσαι προσώποις ιατραφέρονται, τοῖς δόσιν ὑπὸ ἀλλότριου δίκαιου, τυτέσι τοῖς διαιμείνασιν ὑπεξεστοῖς μέχρι τῆς τῆς πατρὸς τελευτῆς. Vertit Fabrottus: *Privata & familiae iura perimit (capitis diminutio) non etiam tutelas. Exceptis his, quae deferuntur ex lege XII. Tabularum.* Versio scholiaстae apud eundem: *Neque tutelas potest perimere capitum diminutio, exceptis illis tutelis, quae in iure alieno personis positis deferuntur; hoc est, quae remanerunt in potestate usque ad mortem patris. Verba, ad quae potissimum haeserunt Interpretes, in iure alieno personis positis,*

sitis, casu sexto^{*} absolute sumta, * nihil aliud hic significant, quam *pupillis non emancipatis*, quibus pater testamento non prospexerat, & quos iccirca in legitimam agnatorum tutelam ex XII. Tabulis transire necesse erat. Proprie enim tutela lege & *ἀπέρων* deferri dicitur; *dari* autem, *legari*, *constitui*, vel testamento, vel a magistratu. Ita Paulus in nostra l. 7. dictae regulae consectaria persequens, *igitur*, inquit *testamento DATI, vel ex lege, vel ex Senatus consilio, erunt nihilominus tutores: sed LEGITIMA E tutelae ex duodecim tabulis intervertuntur,* &c. conf. l. 120. D. de verb. signif.

C A P V T X .

*Ab emendatione liberatur l. 42.
D. de verbor. signif.*

Vlpianus libro LVII. ad Edictum, de Praetoria iniuriarum actione agens, inter alia Iuris vocabula exponit *probrum*, cuius & Cicero eandem de iniuriis materiam persequens meminit in fragmentis lib. IV. de Republ. apud Augustinum de C. D. lib. II. cap. 9. Conf. l. 41. D. de ritu nupt. & Cl. Dukerus ad Opusc. de latin. Vett. Ictt. p. 120. ubi Valla, alii que Iuris verborum temerarii censores, in ordinem rediguntur. Verba Vlpiani: *Probrum & opprobrium: id est, &c.* Gul. Fornerius ad h. l. rā id est deminute ait

C 2

poni

* Graecus tamen Scholiastes, d. l. licet consentiens, dandi casu accepisse videtur: *αἱ γὰς ἀτὰ τῷ δυωδεκάτῃ τοῖς ἐμαυγάστοις καταφέρονται, διὰ τὴν γενεύην ἀντοῖς κάπτεις δεμοντίσαια.* Tutelas enim ex XII. Tabulis non deferuntur *emancipatis*, propter capitis diminutionem, quam passi sunt: *emancipatis* scilicet *pupillis*.

36 L E C T I O N . I V R . C I V .

poni pro *idem est*; uti contra *idem est* pro *id est*, in *l. 19. & 20. D. de action. emt.* nec non in *l. 45. & 46. D. pro soc.* quae etiam Cuiacii sententia est, *lib. ix. Observ. cap. 15.* aliis probata, aliis reiecta. Mihi in *d. l. 19. 20. & l. 45. 46.* quia ex diversis, vel Iurisconsultis, vel libris, sunt decerpiae, a lectione Florentina recedendum non videtur: nostro autem loco in *l. 42.* ita forte constitui verba possent: *PROBRVM, id est, opprobrium.* Similiter apud Caium in *l. 233. D. eod.* pro & rescribendum *id est*, hoc modo: *SI CALVITVR, id est, moretur & frustretur.* Sed haec, quia levicula, obiter tantum, & *ως ἐν παρόδῳ.*

Ad maiora pergimus. Sequitur apud Vlpianum: *Probra quaedam natura turpia sunt, quaedam civiliter, & quasi more civitatis: ut puta furtum & adulterium natura turpe est. Enimvero tutelae dannari, non natura probrum est, SED MORE CIVITATIS. Nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum cadere.* Distinguit Iurisconsultus inter duplicitis generis probrum; *unum* ex naturali, *alterum* ex civili iure, utriusque exemplis adiectis. Eadem fere apud Ciceronem legas *lib. IIII. de Offic. cap. 17.* Pariter in *titt. D. & C.* alia est conditio ob *turpem causam*, i. e. natura talem; alia ob *iniustam*, iure nempe civili. Ut ut vero clara haec & perspicua aliis, Noodtio tamen difficultia, & infeliciter hactenus exposita arguuntur, *lib. I. Probab. cap. ult.* Ipse velut a sciollo inserta e contextu relegat verba, *sed more civitatis*; ac si Iurisconsultus propositae divisioni unius tantum generis exempla subiecisset, non utriusque. Ita ille.

Evidem nota sunt, quae Waechtlerus *ad Prob. d. l.* iam olim monuit, ad cuius tamen dubia nihil, quod sciam, responsi usquam Auctor dedit. Ego quamvis Waechtleri expositionem procul habeam, nec

nec Noodtii tamen emendationi adsentire possum. Quod enim vult Noodtius, *tutelae damnari*, neutro genere probrum esse, nec natura, nec more civitatis, mihi contra videtur. Neque enim verbum *damnari* de solo hic dolo, verum de lata etiam culpa accipiendum puto; adeoque nec de *iuris* tantum infamia, quae damnatos ob dolum sequitur, verum & de ea, quae *facti* dicitur, intelligendum esse, hoc fere sensu: furtum & adulterium, quia non nisi dolo committuntur, semper natura turpia & probra sunt; tutelae autem damnari non ita semper natura probrum est; sed quia & latam ob culpam, ut suspe-
ctus damnari, ac removeri tutor potest, alioquin idoneus & vitae integer; idcirco more tantum civitatis hoc turpe habetur, siquidem Iure Civili lata etiam culpa pro dolo est, eaque damnati pudor apud viros graves non parum oneratur. Denique omnis dubii tollendi, firmandaque lectionis huius caussa, ex graeca integrae legis versione haec subiicio: ἡ ιλοκή
καὶ μοιχεία, Φύσει ἀισχρὸν ἐσὶ, τὸ δὲ τῇ τετέλαιῃ καταδι-
κασθῆναι, τέτο γέ Φύσει ἀισχρὸν ἐσὶν, ἌΛΛ' ἜΘΕΙ
ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ, lib. I. Basilic. tit. II. p. 46. tom. I.

C A P V T XI.

*Nihil quidquam in princ. Instit. de rer.
div. mutandum videri.*

Res humani iuris dupli fere modo Iurisconsulti partiuntur: *uno* generali in publicas & privatas, ut Caius in *I. I. D. de rer. div. altero* speciali in communes, publicas, universitatis, nullius, & singulorum, ut Marcianus in *I. 2. D. eod.* Adpellatio-
ne generali rerum *publicarum* Caius tres species, a

38 L E C T I O N . I V R . C I V .

Marciano distinctas, communes, publicas, & universitatis, complectitur. Hunc sequuti sunt auctores *Basilicam*, lib. XLVI. tom. III. num. 1. p. 162. tom. VI. eorumque Synopsios p. 413. & Attaliata tit. II. sub init. in tom. II. *Iur. Gr. Rom.* p. 5. Marciani vero divisione utitur Imperator, pr. *Inst. eod.* Et quamvis in fragmento Marciani d. I. 2. D. eod. nulla rerum publicarum a communibus distinctarum mentio nunc reperiatur; eas tamen ab ipso Iurisconsulto diferte connumeratas, ac nominatim expressas fuisse, vere iam olim Accursius coniecit, collatis quae eodem titulo sequuntur Marciani fragmentis, in I. 4. & 6.
x nec non I. 7. D. de divers. tempor. praescr. adiuncta denique auctoritate Justiniani in dicto princ. Ceterum iste, quem dixi, hiatus in I. 2. D. si non ipsum vitio compilatorum, certe antiquis Digestorum librariis imputandus videtur; quum in libris etiam Basilicis, eorumque scholiis, ita reperiatur, d. lib. XLVI. tit. III. num. 2. p. 163. ubi haec e Marciano representantur: Τίνα πάντων ἔισι, τίνα τῆς ὁμάδος, τίνα δέδενται, τίνα τῷ καθ' ἔναξον. Quaedam sunt omnium, quaedam universitatis, quaedam nullius, quaedam singulorum.

Quumque e Marciano in I. 4. D. eod. Florentiae habeatur: *SED flumina pene omnia, & portus publica sunt*: in Basilicis d. I. num. 3. copulative haec efferuntur: ΚΑῙ οἱ ποταμοὶ σχεδὸν, καὶ οἱ λιμένες δημόσιοι ἔισιν. *ETIAM fluvii pene & portus publici sunt*. Quocum editio Accursiana convenit, *SED ET flumina &c.* Neque aliter scholia Graecus d. I. p. 166. Marciani verba expressit: Τῶν πραγμάτων τὰ μὲν Φυσικῶν ποντά πάντων ἔισι τὰ δὲ τῆς ὁμάδος, ὅτοι πόλεως ἐπάγεις τὰ δὲ δέδενται, πλεῖστα δὲ καθ' ἔναξον. *Rerum aliae naturali iure communes sunt omnium, aliae nullius, pleraeque singulorum.* Et paucis interiectis: οἱ μὲν

τοι ποταμοὶ κάντες σχεδὸν, καὶ οἱ λιμένες, πεθλινοὶ ἐίσιν, ὅτοι τῆς πολιτείας ἔκεινης, καθ' ἣν καὶ ἐίσιν. *Fluvii quidem omnes pene, & portus publici sunt, sive eius respublicae, sub qua sunt.*

Vt ut vero cum verbis, d. l. 2. Graecorum conspirat ἐπιτομὴ, tamen quin Marcianus libro IIII. Institutionum, unde citata fragmenta in l. 2. 4. 6. D. de rer. div. & in l. 7. D. de div. temp. praescr. sunt descripta, non minus *publicarum*, quam *communium* rerum, promiscua nonnunquam adpellatione insuper habita, mentionem fecerit, ego quidem nullus dubito: tum propter manifestam Iuris utrasque inter differentiam, nulla ut puto probatione indigentem, proprietatis nempe & usus; tum propter diserta ipsius Marciani in l. 4. § 1. D. eod. & nostri denique Imperatoris verba, in d. pr. Inst. Ex integris enim veterum operibus, eodemque tempore, & ab iisdem architectis compositae sunt Institutiones, non minus, quam Digesta; secus ac volumen Basilicorum, aetatis non tantum recentioris, verum & ruddoris. Et ut omnem dubitandi ansam studiosis praecidam, Theophili aequalis Iustiniani & συνεργύς, ex Graeca paraphrasi adponam verba, d. pr. Inst. de rer. divis. *Tίνα, inquit, Φυσικῇ δικαιῷ, ὅτοι iure γεντίῳ, ὡς προϊόντες Φύσομεν, κοινὰ κάντων ἐσι.* **TΙΝΑ ΠΟΤΒΛΙΚΑ.** *τίνα univeritatis:* τίνα ἀδέσποτα πλεῖστα δὲ ὑπὸ τῶν καθ' ἔκαστου δεσποζόμενα. *Alia iure naturali, id est, iure gentium, ut poslea dicemus, communia sunt omnium;* **ALIA PVBLICA;** *alia universitatis;* *alia nullius;* pleraque in singularum dominio. Ex hisce iam patet, nihil causae fuisse Cl. Noodtio, Hotmanum fere sequuto, lib. I. Prob. cap. 7. & 8. e verbis Imperatoris d. pr. Inst. eliminandi τὰ *quaedam publica*; vel emendandi, *quae eadem publica:* nec maiori specie alteram Hotmani

46 L E C T I O N . I V R . C I V .

coniecturam commendari posse, legentis: *quorum quaedam publica*, in *Comm. ad Inst. d. I.*

Antequam vero manum de tabula, non possum non de fragmento Marciani in *d. I. 6. D. de rer. divis.* lectorum admonere, minus illud accurate a Cl. Noodtio *sub fin. d. cap. 8.* cum *I. 4. § 1. D. eod.* fuisse coniunctum, ac si de fluminum iure utrobique ageretur; quum tamen in *d. I. 6.* de solius iure maris & litorum tractetur, non fluminis; quemadmodum & quae antecedit *I. 5.* & praeterea apertissima Iuris ratio evincit, & a Neratio in *I. 15. D. de adqu. rer. dom.* diserte traditur, iunc. *I. 14. D. eod.* Conf. Basilica lib. L. tit. I. num. 14. & 15. p. 605. Me itaque auctore fragmenta illa Marciani, ex libro III. Institutionum decerp ta, hoc forte ordine recte collocabuntur: *Quaedam naturali iure COMMVNIA sunt omnium, quaedam PVBLICA, quaedam universitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum: quae variis ex caussis cuique adquiruntur.* L. 2. pr. D. de rer. div. *Et quidem naturali iure, omnium COMMVNIA sunt illa: aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris.* L. 2. § 1. eod. *In tantum, ut & soli domini constituantur, qui ibi aedificant; sed quamdiu aedificium manet; alioquin aedificio dilapso quasi iure postliminii revertitur locus in pristinam caussam, & si aliis in eodem loco aedicaverit, eius fiet.* L. 6. pr. eod. *Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur piscandi caussa; dum tamen villis, & aedificiis, & monumentis abstineatur, quia non sunt iuris gentium, sicut & * mare: idque & Divus Pius piscatoribus Formianis, & Capenatis, rescripsit.* L. 4. pr. eod. *Sed flumina pene omnia, & portus, PVBLICA sunt.*

* Forte legendum: est. Schol. Basilicorum *d. I. αντερ ιδανης, sicut mare.* x

sunt. L. 4. § 1. eod. Si quisquam in fluminis P V B L I C I diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure uti prohibet. L. 7. D. de div. temp. praescr.

C A P V T XII.

*Verborum Pomponii in l. 30. § 3. D. de adqu.
rer. dom. constans lectio defenditur.*

A It Pomponius: *Alluvio agrum restituit eum, quem impetus fluminis totum abstulit. Itaque si ager, qui inter viam publicam & flumen fuit, inundatione fluminis occupatus esset, SIVE P A V L A T I M O C C V P A T V S E S T, SIVE N O N P A V L L A T I M, sed eodem impetu, recessu fluminis restitutus ad pristinum dominum pertinet. Flumina enim censitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum. Itaque, sicuti hic fundus, cum alveus fluminis factus esset, fuissest publicus; ita nunc privatius eius esse debet, cuius antea fuit. Non immorabor illustrandae certae Iuris doctrinae, de observando discrimine inter agrum ad tempus inundatum, sive aquis tantum coopertum, agri forma non mutata; & inter agrum, pristina facie penitus extinta, in novam alvei speciem conversum, l. 1. § 9. D. de flumin. & l. 10. § 2. D. quib. mod. ususfr. amitt. Inter omnes enim Interpretes convenit, prioris generis agrum eius manere, cuius fuerat, aquisque subsidentibus eodem quo antea iure censi; posterioris vero generis fieri publicum, ita ut derelictus postea, non ad pristinum dominum, sed vicinos utriusque ripae possessores pertineat.*

Quia vero tres diversae species ex d. l. 30. § 3. l. 7.

C 5

§ 5.

48 L E C T I O N . I V R . C I V .

§ 5. *D. de adq. rer. dom.* & § 23. *Inst. de rer. divis.*
confundi vulgo solent, de iis unum alterumque ob-
servatione non indignum, in gratiam studiosorum
adscribere constitui.

Et *primum* quidem in d. l. 30. § 3. haec Pomponii:
sive paullatim occupatus est, sive non paullatim,
~~rapere~~ vulgo comprehensa, Cl. Noodtius lib. 1. Pro-
bab. cap. 1. ceu glofiam reiicienda censuit, reprehens-
sus propterea a Waechtlero ad Prob. d. l. qui, et si recte
salva Iuris doctrina retineri ea posse scribit, in eo
tamen videtur lapsus, quod verba quae sequuntur,
sed eodem impetu, a prioribus separata cum reliquis
coniunxerit; quum tamen totius orationis ~~etiam~~, &
argumentatio Pomponii, satis ni fallor evincant, eā-
dem illa ~~rapere~~ concludēndā esse, hoc modo:
*Itaque, si ager, qui inter viam publicam & flu-
men fuit, inundatione fluminis occupatus esset (sive
paullatim occupatus est, sive non paullatim, sed eo-
dem impetu) recessu fluminis restitutus ad pristinum
dominum pertinet.* Ita in casu, quem vocant *inun-
dationis*, alveum flumine eundem servante. Aliud
vero iuris est, si propter rapidum fluminis cursum,
longo tempore, per alluvionem proprie dictam, quae
mutato fit paullatim alveo, occupatus ager ulteriori
fundo accreverit; hunc enim dominium mutare, &
ne post recessum quidem fluminis priori possessori
restitui Alfenus respondit, l. 38. *D. de adq. rer. dom.*
Conf. Gordianus l. 1. C. de alluvion.

Alterum est de sensu verborū Caii, in d. l. 7. § 5.
vix esse, ut stricta iuris ratio obtineat. Integra legis
verba adposui: *Quod si toto naturali alveo relicto, flu-
men alias fluere coepit: prior quidem alveus eorum
est, qui prope ripam praedia possident, pro modo sci-
licet latitudinis cuiusque praedii, quae (latitudo)
prope ripam sit; novus autem alveus eius iuris esse
inci-*

incipit, cuius & ipsum flumen, id est, publicus iuris gentium. Quod si post aliquod temporis ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam eius praedia possident. Cuius tamen totum agrum novus alveus occupaverit, licet ad priorem alveum reversum fuerit flumen; non tamen is, cuius is ager fuerat, *STRICTA RATIO NE* quidquam in eo alveo habere potest: quia & ille ager, qui fuerat, desit esse, amissa propria forma; & quia vicinum praedium nullum habet, non potest ratione vicinitatis ullam partem in eo alveo habere. *SED VIX EST, VT ID OB- TINEAT.*

Ex tribus Accursii coniecturis primam probo, *u-*
tilitatem nempe *iuri stricto* a Caio praeferri: hoc enim & genuina verborum significatio, & tota orationis series, & auctoritas denique Graecorum, attentantur; quemadmodum ex scholiaste Theophili dum Fabrottus monuit, ad d. § 23. *Instit.* & ex Basiliis Waechtlerus, lib. I. tit. I. num. 7. p. 604. tom. VI. In alia vero omnia Cl. Noodtius d. l. transiit, altera Accursii coniectura adoptata, ita distinguentis: *utrum aliquo modo adpareat primi agri qualitas, an non adpareat.* Sed quum palam sit, agro in alveum converso, quae species est d. l. 7. § 5. primam eius qualitatem simul immutari atque extingui, ultro sequitur, alteram istam distinctionem a mente Caii alienissimam esse. Denique nec fortiori tibicine tercia Accursii expositio suffulta est, interesse existimantis, *utrum aqua cum impetu recesserit, nec ne?* hanc enim distinctionem unice ad casum inundationis, de quo in d. l. 7. § 6. non mutati alvei pertinere, quivis facile intelligit.

Tertium denique, hic monendum, ad illustrationem d. § 23. pertinet, in quo Cl. Noodtius d. l. Tribonianum con-

44 L E C T I O N . I V R . C I V .

consulto delevisse ait verba finalia d. l. 7. § 5. Sed vix est, ut id obtineat; ne scilicet quis imprudentior, contra Caui mentem, aliam esse caussam aequitatis, aliam stricti juris, suspicaretur. Contra vero Waechterus in *not.* sententiam Caui ab Imperatore in pauciores tantum lineas contractam putat, omissis quoque verbis, *stricta ratione*. Mirum sane est, eiusmodi quid excidere tam acutum cernentibus potuisse, quum vel obiter Caium inspicienti non possit non liquere, verba d. § 23. *Instit.* de parte agri in alveum conversa ex priori membro d. §. 5. l. 7. descripta esse; posterius vero membrum, ubi de toto agro in alveum mutato Caius agit, strictamque rationem vix obtinere ait, a Iustiniano prorsus omissum fuisse: uti saepe aliis Institutionum locis factum novimus: verbi caussa in § 25. *eod. tit.* iuncto eodem Caio in l. 7. § 7. *D. de adqu. rer. dom.*

C A P V T X I I I .

Scripturam l. 5. § 4. D. de his, qui effud. vel deiec. probam rectam videri.

Quem publice utile sit, sine metu & periculo per itinera commeari, summa cum utilitate Praetor edixerat, se dupli actionem laeso datum in coenaculi habitatorem; sive ipse, sive alius inde quid effuderit, vel deiecerit, l. 1. pr. & § 1. & 9. *D. de his qui effud. vel deiec.* iunc. l. 6. § 2. *D. eod.* Ceterum, si de ipsius facto habitatoris constet, elecio laeso dabitur, utrum ex hoc Edicto, an ex Aquiliae capite tertio experiri malit, l. 31. *D. ad L. Aquil.* Atque secundum hanc distinctionem verba Vlpiani capienda puto, in d. l. 5. § 4. ubi de utraque actione

actione agitur, *L. Aquiliae ex facto proprio, & honoraria ex alieno*: sed habitator conventus hac posteriore regressum contra deiectorem habet, instituta vel in factum, vel locati actione. Verba Vlpiani haec sunt: *Cum autem L. AQUILIAE ACTIONE properter hoc quis condemnatus est; merito ei, * qui ob hoc quod homines vel quis alius de coenaculo detecit, IN FACTVM dandam esse Labeo dicit adversus deiectorem: quod verum est. Plane si locaverat deiectori, etiam EX LOCATO habebit actionem.* In Basiliis lib. LX. tit. IV. p. 119. tom. VII. breviori oratione, sed minus accurate, ita haec efferuntur: *Καὶ καταδικασθέντες τῷ Ἀκούιλῳ ἔχοσι κατὰ τῶν βιψάντων ἐν Φάντρῳ, ἢ τὴν ἐπὶ μισθώσεως ἀγωγὴν, ἐὰν ἐμίσθωσαν ἄντοις.* Et *condemnati Aquilia habent adversus deiectores actionem in factum, vel locati, si eis locaverint.* Quae verba p. 126. scholia stes ἀνίστημος, (quem ex Waechteri notis ad edit. prim. Noodtius postea lib. I. Probat. cap. 10. fin. Cyrillum vocavit,) errore Basilicae compilationis inductus, de utili Legis actione, veteri incertus sic interpretatur: *"Ηγεν τῇ ἐν Φάντρῳ τῷ δυτικῷ Ἀκούιλῷ πῶς δὲ καταδικάζονται τῷ Ἀκούιλῷ, καὶ εἰ τῇ ἐν τῇ παρόντος νόμῳ ἐν Φάντρῳ: Hoc est in factum VITILI AQUILIA. At vero, qua ratione hoc ita fit, ut damnentur lege Aquilia, non ex hoc Edicto in factum actione?* Longe vero alia mens nostri Iurisconsulti, uti partim iam ostendimus, & praeterea ex iis, quae Vlpianus adiecit, constare potest. Etenim *in factum actio*, contra deiectorem instituenda, sane ex hoc Edicto non est, verum ex interpretatione Aquiliae Legis; si neque corpore, neque corpus laesum, damnum tamen datum est: veluti hoc casu, quo habitator ex Edicto conventus, danni

* Vid. Baudoza, & Charondas ad h. l. Cuiac. ad § 1. de obl. qu., ex del. Leoninus lib. III. cap. 18. & Bynkersh. lib. I. cap. 13.

46 L E C T I O N . I V R . C I V .

ni ab hospite suo dati, in duplum condemnatus est. Vid. § ult. *Inst. de L. Aquil.* & l. 33. § 1. D. cod. Et ita quidem, si gratis hospes receptus sit: quod si paclia mercede, ex locato hoc damnum inquilinus persequetur, Vlpiano auctore, in d. l. 5. § 4.

Ex his itaque patet, Vlpiani mentem, nec ab auctoribus *Basiliscis*, eorumve scholiastis, satis recte perceptam fuisse; nec Cl. Noodtii censuram, Vlpianum reprehendentis, quod memoriae forte lapsu actionem L. Aquiliae pro in factum actione nominaverit, valde probabilem videri: aberrasse denique & Waechlerum non semel; primum, quod a Praetore non minquam ob aequitatem dari ait actionem in dominum potius, quam habitatorem, perperam citata d. l. 5. § 2. eamque porro actionem non ex Edicto esse, sed ex Aquilia lege directam: denique in factum actionem, contra defactorem ab inquilino instituendam, ex Edicto esse *de effusis*, &c. Omnia perquam mendose, ita ut refutatione opus non habent.

C A P V T X I V .

Trium locorum lectio in doctrina de pignoribus vindicatur, atque exponitur, l. 5. pr. D. qu. mod. pig. solv. l. 23. C. de pignor. & l. 2. C. de remiss. pign.

Actum non agam, nec litem de pignoris per partium solutione, ipso iure, ani per exceptionem? inter eruditos dudum peroratam; nunc vero principum Iurisconsultorum calculo, Civile inter & Praetorium ius apte distinguentium, tantum non decisam, denuo contestabor. Videri possunt, quae post superioris saeculi Interpretes, novissime hac re sunt commentarii, Noodtius in *Prob. lib. II. cap. 8. &*

8. & lib. iv. cap. 10. Waechterus *ibid. in not.* & qui inter praecipuos huius controversiae iudices censeri meretur, eruditus anonymous in *Miscell. Observ. vol. IIII. tom. II. p. 279. seqq.* Mihi iam constitutum est, trium, quos vocant, textuum receptam scripturam partim a crisi, ut videtur, supervacua, partim ab interpretatione minus congrua liberare, initio a verbis Marciani sumto, in d. l. 5. pr. qu. mod. pig. vel hyp. solv. sunt autem haec: *Solvitur hypotheca, si ab ea discedatur; aut pacificatur creditor, ne pecuniam petat: nisi si quis dicat pactum interpositum esse, ut a persona non petatur. Et quid si hoc actum sit, CVM FORTE ALIVS HYPOTHECAM POSSIDE BIT? Sed cum pactum conventum exceptionem perpetuam pariat, Eadem (et) in hoc casu POSSVN'T dici, ut et ab hypotheca discedatur.* Duas hic emendationes tentat Noodtius dd. II. primo enim eliminat ceu spuria, *cum forte alius hypothecam possidebit: deinde pro eadem possunt dici* mavult *eadem* (sc. exceptione) *poteſt dici.*

Vt vero de ingenuitate lectionis receptae constet, age tres modos solvendi pignoris cum Marciano distinguamus: *unum* si specialiter ac nominatim convenierit, *ne hypotheca petatur*; quod indicatur his verbis, *si ab ea discedatur*: *alterum*, si generaliter in *rem pacti* fint, *ne pecunia petatur*; extincta enim obligatione principali, pignus ut accessorium solvatur necesse est: *tertium* denique, si pactum conventum sit specialiter, in *personam* duntaxat debitoris principalis, *ne pecunia ab eo petatur*; alio forte, creditoris permisso, hypothecam possidente: quo tamen casu eatenus ab hypothecae non minus, quam ipsius debiti, petitione simul discessum esse Martianus scribit. Quum enim perpetua exceptio isthoc ex pacto debitoris personae competit, quis negaverit extra-

48 L E C T I O N . I V R . C I V .

extraneo hypothecae possessori exceptionem eandem prodesse? siquidem principalis debiti actione cessante, non possit non accessoria quoque pignoris, vel hypothecae, obligatio cessare. Commodo itaque in § 1. d.l. 5. Marcianus subiicit: *Si paciscatur creditor, ne intra annum pecuniam petat, intelligitur DE HYPOTHECA QVOQVE IDEM PACTVS ESSE:* sive debitor, sive alius, creditore non invito, hypothecam possideat. Quemadmodum vero hoc casu post annum utraque exceptio cessat, ita & in specie priori, mortuo debitore; nisi quoque heredi pactum sit, l. 8. § 1. D. eod. Addo eiusdem Iuris consulti eodem ex libro speciem, quod ad Iuris rationem attinet, huc omnino pertinentem, in d.l. 8. § 17. D. eod. *Si debitor forte, concessa venditione, desierit possidere; & NOVVS POSSESSOR vendiderit, an duret pignus, quasi PERSONAE permiserit creditor?* Quod & MAGIS est: nam si novo possessori, non debitori, a quo hypothecam accepit, concessit creditor vendere, dicendum est, nocere ei exceptionem. Hoc est, quod pacta secundum, non ultra, intentionem pacientium operari vulgo dicimus. Hisce denique omnibus auctoritatem adiungo Basiliorum, lib. xxv. tit. viii. num. v. p. 84. tom. iv. quae omisfa clausula d. pr. l. 5. verba Marciani ita reddunt: "Ειτε τὴν ὑποθήκην συγχωρήσει, εἴτε τὸ χρέος, λύεται τὸ ἐνέχυρον, ΚΑΝ ΑΔΛΟΣ ΝΕΜΗΤΑΙ· εἰ μὴ ἄρα τὴν προσωπικὴν μόνην ἡθέλησε συγχωρῆσαι. Vertit Fabrotius, latina Marciani verba mutuatus: *Si creditor hypothecam remiserit, vel debitum, pignus solvit, LICET ALIVS POSSIDEAT; nisi hoc actum sit duntaxat, ut a persona non petatur.* Waechterius paullo accuratius: *nisi forte solam (actionem) personalem remittere voluerit.*

Tantum de Marciano. Pergimus ad l. 23. C. de
pignor.

pignor. ubi rescriptum habetur Diocletiani & Maximiani ad Macedonianum , in haec verba contrarium: *Maior annis xxv. pignoris conventionem remissam, cum hoc solum pactum, vel iurisdictio, secundum ipsius voluntatem tueatur, persequi non potest.* Interpungit Noodtius: *cum hoc solum pactum vel iurisdictio &c. accepta particula vel pro etiam.* Aliis iam olim interpretibus eandem verborum distinctionem explicationemque placuisse , ipse Noodtii defensor confitetur, Donello, Hotmano, Merillio, aliis. Sed haec transeo, pariter ac emendationem Giphani, & Waechtleri hariolationes, nescio quas. Simplicissimum vero hunc inde sensum eruendum puto: *Creditor annis xxv. maior, ex obligatione pignoris hypothecaria, pacto primum constituta, ac deinde remissa, agere cum effectu non potest; quoniam istiusmodi pignus solo pacto nititur, vel edicto Praetoris, qui exceptione data remitti huius pignoris conventionem tueretur.* Quod si itaque nova opus interpunctione videtur, ita ego distinguendum censerem: *Maior annis xxv. pignoris conventionem remissam (cum hoc pignus, solum pactum, vel iurisdictio secundum ipsius voluntatem, tueatur) persequi non potest.* Graeci breviori omnia oratione ita extulerunt, *d. lib. xxv. Basilic. tit. II. num. LX. tom. IV. Ο μεῖζων τῶν οὐ. ἐνιαυτῶν, ἀποταξάμενος τῷ ἐνεχύρῳ, ἀσφαλῶς ἀποτάττεται. Maior annis xxv. pignori valide renunciat.*

Supereft l. 2. C. de remiss. pign. in qua Impp. Severus & Antoninus rescribunt Materno hunc in modum: *Si probaveris te fundum mercatum, possessionemque tibi traditam, sciente & CONSENTE NTE ea, quae sibi eum a venditore obligatum dicit, exceptione (eum) removebis. Nam obligatio pignoris CONSENSV & contrahitur, & dissolvitur.* Ait Noodtius, & cum eo Waechtlerus, Mae-

50 L E C T I O N . I V R . C I V .

viam in specie proposita consensisse quidem pignoris venditioni, & traditioni, non autem remissioni: ac propterea exceptionem pacti sine haesitatione Materno competere; ceterum (ita enim particulam *nam* interpretatur Noodtius) & ipso iure, uti pacto priori contractam, ita posteriori rursus sublatam, hypothecam videri. Ita Noodtius. Quo minus vero huic accedam sententiae, primum certa iuris ratio me prohibet, quae non patitur hypothecam censeri remissam, in cuius nudam alienationem creditor consensit: durare enim eo casu pignus disertis verbis Marrianus docet, *d. l. 8. § 17.* Neque ullo modo adversantur, quae in *§ 6. 9. 13. 15. d. l. 8.* idem Marrianus, & quae Paulus *l. 10. pr. D. eod.* hac de re tradunt: omnibus enim hisce locis non venditioni tantum, verum & pignoris remissioni, saltim tacite, creditor consenserat; secus ac in specie *d. l. 8. § 17.* Caius etiam in *l. 7. pr. D. eod. & l. 158. D. de reg. iur.* de utroque illo consensu aperte loquitur, ceu ex *§ 2. d. l. 7.* abunde constat. Conf. Vlpianus *l. 4. § 1. D. eod. tit.* Talis itaque consensus hic requiritur, ea mente interpositus, ut pignoris quoque vinculum penitus dissolvatur, auctoribus Diocletiano & Maximiano, in *l. 9. C. de remiss. pign.*

Quapropter & in nostra *l. 2. C. eod.* idem dicendum existimo: creditricem Maeviam non minus remissioni pignoris, quam venditioni, omnino consensisse; quemadmodum ex postremis *d. l.* verbis manifestissimum est: *nam*, inquit Imperatores, *obligatio pignoris CONSENSV & contrahitur & dissolvitur.* Eodem itaque modo in *d. l. 2.* intelligendi Severus & Antoninus, quo Gordianus in *l. 4. C. eod.* ita rescribens Aquilino: *Cum te a debitore mercatum proponas eam rem, quae alii pignorata erat; si sciente eo ac PIGNVS SVVM REMITTENTE eam mercatus es: cum eius CONSENSV nexus pignoris evanuerit;*

L I B. I. C A P. XIV: 51

*nuerit; si non nova voluntas intercesserit, quae de-
novo obligationem pignoris constitueret; ea res velut
obstricta non potest vindicari.* Conf. l. ult. C. eod. &
Harmenopulus lib. IIII. tit. v. § 20. Quamvis itaque
dietae particulæ nam, incipiendi & separandi vim, nul-
lus negem, tamen in d. l. 2. nonniſi cauſaliter, uti
dixi, exponendam censeo. Audiamus vero & Graecos,
d. lib. XXV. *Basil.* tit. IIII. num. XII. & XIV. p. 51.
tom. IV. iisdem fere verbis utrumque Codicis frag-
mentum, in dd. II. 2. & 4. minus tamen proprie, ita
exprimentes: Ἐὰν ἀγρὸν ἐνεχυρασθέντα ἡγόρασις παρὰ
τῷ χρεώς, ἐδίσει τῷ δανεισῷ, δύνασαι ἔξωθεν ἀυτὸν τὸν
κινθντα πατὰ σῷ, ἘΠΕΙΔΗ ΣΤΝΑΙΝΕΣΑΣ ΦΑΙΝΕ-
ΤΑΙ. Si fundum pigneratum emisti a debitore, scien-
te creditore, potes cum adversus te postea agentem
exceptione submovere, *QVIA CONSENSISSE VIDETVR.* Paullo postea: Ἐὰν ἐδότος τῷ δανεισῷ
δ χρεώντις πωλήσῃ τὸ ἐνέχυρον, ΔΟΚΕΙ ΣΤΝΑΙΝΕΙΝ,
παὶ ἀπόλλυσι τὴν ὑποθήκην ἐι μὴ νέα βάλησις παρηκολεθη-
σεν. Si debtor sciente creditore pignus vendiderit,
CONSENTIRE VIDETVR, & ius pignoris a-
mittit; nisi nova voluntas subsequatur.

C A P V T X V.

*Mendo haud laborare Caium in l. 7. § 2. D.
quib. mod. pig. vel hyp. solv.*

Nondum hypothecarias quaestiones mittimus,
Noodtium sequuti lib. IV. *Probab. cap. II.*
gloslām ex Caio eximentem, in l. 7. § 2. D. quib. mod.
pig. &c. Ait ille: d. l. pr. *Si consensit venditioni cre-
ditor, liberatur hypotheca.* Deinde interiectis non
paucis, in § 2. *Sed si cum debitoris procuratore conve-*
D 2 *nit,*

52 L E C T I O N . I V R . C I V .

nit, NE SIT RES OBLIGATA, &c. Hanc pacti formulam, *ne sit res obligata*, vel ab interprete nescio quo, Iuris tamen parum perito, primum margini male adlitam, ac deinde ab altero aequo intelligenti, multo peius in contextum intrusam, proindeque illuc, unde malis avibus irrepserit, relegandi esse, Noodtius statuit. Caulsam emendationis hanc video adferri, quod pacto *ne hypotheca petatur*, sive quod idem est, *ne res sit obligata*, ipso iure pignus solvatur: sed pacto creditoris, *ut vendere pignus liceat*, propter quorundam dubitationem, *pacti potius exceptione hypothecam extingui*. Verum quum ab aliis iam animadversum videam, non alias obligationes *omnino* aut *ipso iure* tolli a veteribus dici, quam civiles, stipulationum puta, & contractuum consensualium, non Praetorias; hac lite me abstineo, postquam verbo monuerim, *ipso iure* nihil aliud esse, quam civili iure, uti in § 10. *Inst. de actionib.* Ex toto autem Praetorio iure quae proficiuntur obligationum solutiones, unice fieri per exceptionem dicuntur; eoque pertinere pacta quibuscunque negotiis ex intervallo adiecta, & remedia postmodum oblata, certissimi iuris est. Vid. § 3. seqq. *Inst. de exception.* Quotiescunque igitur in pignoris remissionem, expresse vel tacite, directe vel per consequentiam, creditor consensit, ac nihilominus pignus petat, nonnisi exceptione pacti rite opposita, & quia in facto consistit, post litem contestatam iudici probata, submovebitur. Vid. 1. 8. § 2. & 17. *D. eod. & 1. 2. C. de remiss. pign.* Quae omnia secus se habent, si obligatio *ipso iure*, nempe civili, sit sublata, § ult. *Inst. quib. mod. toll. oblig. iunc. 1. 35. D. de regul. iur. ibiq. Iac. Gothofredus.* Ceterum tamen, quia eventu litis inspecto nihil interest, sive quis obligatione ipso iure sublata actionem

nem non habeat; sive ea non sublata habeat quidem actionem, sed talem, quae opposita mox exceptione infirmari possit, l. 112. D. eod. idcirco non adeo accurate semper, & ex arte, praesertim in Codice, Veteres loquutos videmus.

Synonymice igitur hisce formulis: *liberari*, *per exceptionem tolli*, &c. praeter iam laudatos, & Caius utitur d. l. 7. pr. & § 2. Nec frustra: qui enim ea mente in pignoris venditionem creditor consentit, ut vinculum eius dissolvatur, licet huius dissolutionis mentionem expresse non fecerit; eodem tamen loco habendum est, ac si nominatim ita pactus esset, *ne hypotheca petatur*, vel *ne res sit obligata*. Neque alia unquam mens antiquis Prudentibus sedit, quos tamen hac de re dubitasse vult Noodtius: ipsone iure an per exceptionem obligatio tollatur, si convenerit *ne pecunia petatur*? Sane enim una cum debito & pignora corruere, & fideiussores liberari, quis quaeso negaverit? Et quemadmodum creditori pecuniam, ita & pignus, contra pactum petenti, sola opponi exceptio potest, sive directe & nominatim de pignore ita convenerit; sive per consequentiam & tacite. Retinenda igitur dicta Caii verba, tanquam ingenua & legitima, ab ipsisque Basilicorum Augustis parentibus suscepta & agnita, d. lib. xxv. tit. VIII. num. 7. § 1. p. 85. tom. IV. Εἰ δὲ συμφωνήσει ὁ δανειστὴ μετὰ τῆς συμγόρει τῆς χρεώς, ΑΤΟΗΝΑΙ ΤΟΥ ΕΝΕΞΤΡΟΝ, ι. τ. Λ. Si vero creditor cum debitoris procuratore convenerit, VT PIGNVS LIBERETVR, &c.

C A P V T X V I .

*In l. 10. C. de fideiuss. & mandat. vulgata
librorum lectio confirmatur.*

Divisionis beneficium Hadriano deberi, non Di-
vo Pio, dudum notatum est: eo porro non
ipso iure actionem ex stipulatu tolli, sed exceptione
demum, litis contestatae tempore rite opposita elidi,
pluribus tum argumentis, tum Iuris locis solide mon-
stravit Illustris Noodtius *lib. ii. Probab. cap. i.* Hanc
vero materiam, de fideiussorum beneficiis, quum nu-
per repeterem, *duo* observare mihi videbar, forte non
indigna, quae studiosorum caussa hie legantur. *V-*
num de beneficio ordinis a Iustiniano primum intro-
ducto: *alterum* de beneficio divisionis, ex epistola
D. Hadriani.

Ad *prius* quod attinet, sunt qui illud iure veteri
iam obtinuisse, sed iure Digestorum & Codicis in
desuetudinem lapsum, a Iustiniano deinde in *Nov. iv.*
revocatum potius, quam recens constitutum, senti-
unt. Vid. Cl. Otto *ad § 4. Inst. de fideiuss.* Cui o-
pinioni firmandae geminum Ciceronis, & unum
Quintiliani locum excitari video. Perlustremus sin-
gula. Et Cicero quidem *lib. xii. ad Attic.* non *e-*
piſt. xv. quae citatur, sed *xiv. xvii. & xix.* ni-
hil aliud scribit, quam scire se velle, quando &
pro quo sponçonterit. Deinde in *epiſt. xv.* non *xiv.*
lib. xvi. plane contrarium habet iis, quae inde ex-
sculpuntur. Quid enim apertius? *Etsi sponſo-*
res adpellare, videtur habere quandam δυσκίαν
tamen hoc, quale sit, consideres velim. Possimus e-
nīm, ut sponsores adpellentur, procuratores introdu-
cere: neque enim illi litem contestabuntur, quo fa-
cto

Eto non sum nescius sponsores liberari. Idem de Quintilianni testimonio dicendum puto. Verba eius Declam. CCLXXXIII. haec sunt: Ut intelligatis, non esse exigendum a sponso creditum, nisi iure summo. De quo priusquam loquor, etiamnum ea quae humanitatis & consuetudinis gratia dici solent, non omitto. Debitorum adpellasti: cum ipso, cui dederas pecuniam, egisti. Non enim aliter salvo pudore ad sponsorem venit creditor, quam si recipere a debitore non possit. Deinde sub fin. ita fideiussor creditorem adloquitur: integro statu debitoris mei si a me petere maluisses, ad debitorem reverterer. Quis non videt, integrum adhuc Ciceronis & Fabii aetate creditoribus fuisse, fideiussorem ante debitorem convenire: quamvis aliud humanitas exigere, bonorumque consuetudo sequi videretur. Addo alium Ciceronis locum ex lib. I. ad Attic. epist. VIII. fin. Tulliola, deliciolae nostrae, tuum munuscum flagitat, & me, ut sponsorem, adpellat: mihi autem abiurare certius est, quam dependere.

Ad alterum pergo, beneficium divisionis, de quo ita Imp. Alexander, in l. 10. C. de fideiuss. & mandat. rescritbit Vitali: *Fideiussor, SEV MANDATOR, si in usuras quoque obligatus est, iustam causam recusandi eas solvere non habet.* § I. *Vt autem is, qui cum altero fideiussit, non solus conveniatur, sed dividatur actio inter eos, qui solvendo sunt, ante CONDEMNATIONEM ex ordine postulari sollet.* Duobus haec mendis laborare putat Noodtius, tum d. lib. II. Probab. cap. I. tum lib. I. de Iurisd. cap. ult. & primum quidem initio legis haec delet, seu mandator: deinde in § I. pro condemnationem reponit *contestationem*. Emendationem priorem quantum satis est refutatam vide a Waechtlero in not. cui obiectum Graecorum in Basilicis adeo mutilatis si-

56 L E C T I O N . I V R . C I V .

lentium nihil quidquam puto officere: de *posteriori* vero,
quamvis ea & mihi displiceat, tamen nec cum Waecht-
lero Strauchium sequuto satis convenit; quemad-
modum nec expositionem *I. 2. C. sent. resc. non pos-
se*, qua ille utitur, meam facio. Missis itaque Waecht-
lerianis, quid mihi videatur, paucis edifferam. Lu-
bens Noodtio largior, in *stricti iuris* iudiciis, non
solum sub Alexandro Severo, adeoque ante Diocle-
tianum & Maximianum, verum & diu postea, sub
ipso quoque Iustiniano, sub initium iudicij allegari a
reto exceptionem debuisse, iudici deinceps causam
cognoscendi adprobandam. Verumtamen, veterem
fori rigorem, maxime post Antoninorum tempora,
uti in causis aliis, ita & in litis contestatione, non
parum remittere coepisse, aequitate strictum ius paul-
latim subigente, nullum mihi dubium videtur. Quum-
que olim formulae tanquam glebae adscriptus iudex
nullam exceptionis in iure non allegatae habere ratio-
nem posset; postea tamen ex edicto, in integrum restitu-
tio petenti reo, etiam maiori, ob quamlibet iustum
causam facile concedebatur, non minus quam acto-
ri, si plus forte petisset, § 33. *Inst. de actionib.* Inte-
grum quidem iudici antiquitatis amanti, rigorem ae-
quitati hac in re praeferre, & reiecta exceptione, post
contestationem demum allegata, secundum acto-
rem ferre sententiam: attamen ne sic quidem omni
restitutionis auxilio reum ita condemnatum exci-
disse, Imp. Diocletianus & Maximianus, in *d. I. 2.*
C. sentent. resc. non posse attestantur. Aiunt enim:
*Peremptorias exceptiones omissas in initio, antequam
sententia feratur opponi posse, Perpetuum Edictum
manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in
integrum restitutio permittitur. Nam iudicatum
contra maiores annis xxv. non oppositae prae scriptio-
nis velamento, citra remedium appellations rescin-*
di

di non potest. Ita in iudiciis stricti iuris. In *bonaे* autem *fidei* iudiciis exceptionum rationem semper & ultro habebat iudex, ut adeo nec opponi eas litis initio, nec formulae inferi necesse videretur, auctore Iustiniano, § 30. *Inst. de actionib.*

& *Realia* denique iudicia formam imitabantur personarum *stricti iuris*, ita ut exceptions, puta praescriptionis longi temporis, regulariter simul contestandae essent; omissae tamen & postea uti diximus opponi in iudicio potuerint: quo sensu accipio, secus ac alii, verba Imp. Diocletiani & Maximiani, in *I. 9. C. de praescript. longi temp. Emptor*, inquiunt, *bona fide contra praesentem decennii praescriptionem, (in) cuius initio contestationem haberi SVFFICIT, posteaquam suam impleverit intentionem petitor, exhibita probatione iustae possessionis defensus, absolvire recte postulat.* Aiunt, *sufficit*, quo verbo ita uti dixi usi quoque sunt in *I. 8. C. de Exception. Praescriptionem peremptoriam, quam ante contestari SVFFICIT, OMISSAM, priusquam sententia feratur, obiicere QVANDO QVE licet.* Recte addunt *quandoque*, nimirum si iulta iudici omissionis causa videatur, *I. I. § 1. fin. D. ex quib. caus. mai.*

Optimo igitur sensu in *d. I. 10. C. de fideiuss.* Imp. Alexander actionis divisionem ante condemnationem ex ordine postulari solere rescripsit; nimirum vel *regulariter* in litis contestatione, vel *quandoque* etiam in iudicio, adeoque nonnisi ante condemnationem. Firmemus denique lectionem, hactenus defensam, auctoritate Basilica, Waechtlero recte laudata, *lib. xxvi. tit. I. num. 80. p. 112. tom. IV.* Οὐκ ἀλλως ιρατεῖται καὶ εἰς τόνις δέ έγγυητής, εἰ μὴ καὶ εἰς αὐτὸς ένεγγύησατο. πολλῶν δὲ ὄντων έγγυητῶν έυπόρων, μερίζεται ἡ ἀγωγὴ περ' αὐτοῖς, ἐν φ' ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ τέτο έλέχθη· έτει META' ΚΑΤΑΔΙΚΗΝ δύνατόν. Non aliter fide-

58 L E C T I O N . I V R . C I V .

iussor in iurias tenetur, quam si & in eas fideiusserrist. Si plures autem sint fideiussores idonei, in partem actio dividitur, si hoc A B INITIO desideraverint: quia POST CONDEMNATIONEM non possunt. Eant iam in consilium, quibus ius suffragii est.

C A P V T X V I I .

*Verba Vipiani l. 14. § ult. D. de alim.
leg. sollicitanda non videri.*

Generis nomen speciei in primis excellentiori persaepe adhaerescere, dudum est observatum. Exemplum e multis unum in servitute habemus praediali, quae *νατ' εξοχὴ servitus* simpliciter nuncupatur, *l. 7. D. de servit. l. 6. l. 24. D. de servit. praed. rust. l. 2. § 1. & 2. D. si servit. vindic. &c.* Primus etiam libri octavi Pandectarum, quo toto de servitutibus tantum praedialibus agitur, titulus generalis simpliciter *de servitutibus* inscribitur. Ad quae si quis recte attenderit, forte tam intellectu difficilia non experietur verba Pauli in *pr. l. 8. eod.* quibus negat: praediale servitutem, de qua una ipsi disputatio est, ita constitui posse, *ut possum decerpere liceat, nisi spatiari, ut coenare in alieno:* quippe quae omnia personali tantum facto, non iure praediali censentur. Quapropter tam operosa ad *d. l. 8.* commentatione opus forte non fuisset, cuiusmodi a viris etiam in arte nostra principibus non semel profectam novimus. Vid. Vlr. Huberus in *Eumen. Rom. ad d. l. & Ger. Noodt lib. 1. Prohab. cap. 2.*

Atque eadem quoque sensu vocabulum *servitutis* pro sola praediali positum ab Vlpiano videtur, *l. 14. § ult.*

Hult. *D. de alment. vel cibar. legat.* cuius verba nihil immutata, aliter tamen ac vulgo, ope ~~zepare~~, ~~ceos~~ a me distincta subiicio: *Quidam libertis suis, ut alimenta, ita A Q V A M quoque, per fideicommissum reliquerat. Consulebar de fideicommisso: cum in ea regione Africae, vel forte Aegypti res (agi) proponebatur, ubi aqua venalis est. Dicebam igitur, esse emolumenitum fideicommissi, sive quis habens cisternas id reliquerit, sive non: ut sit in fideicommisso, quanto quis aquam sibi esset comparaturus: nec videri inutile esse fideicommissum, quasi servitute praedii non possessori vicinae possessionis relictam.* ^{Nam} *& HAVSTVS A Q V A E, ut pecoris ad aquam adpulsus, est SERVITVS, personae tamen EI, * qui vicinus non est, inutiliter relinquitur: in eadem caussa erunt gestandi, vel in tuo uvas premendi, vel areae tuae ad frumenta ceteraque leguminosa exprimenda utendi]* [†] *haec enim A Q V A personae relinquitur. Verbis, quae separavi, rationes dubitandi continentur, a natura aliarum servitutum petitae; quas, praediales quia sunt, alii quam vicino possessori inutiliter relinquuntur constat. Respondet vero Vlpianus, aquam illo fideicommisso comprehensam soli personae relictam videri, adeoque non servitutem praedii esse, nec aquae haustum proprietate dictum; sed ius personalis tantum obligationis; ac proinde non inutile istud fideicommissum censi.* ^X

Haec mea coniectura est: longe vero alia Fornerii, Vinnii, Lyclamae, ceterorumque interpretum, quas

* Forte eius cum aliis: [†] si enim ex vulgata interpunctione ortum videtur.

† Vel transposita, vel ex glossa in textum haec illata, suspicatur Nic. a Salis ad b. l. nulla tamen, vel auctoritate, vel ratione subnixus.

60 L E C T I O N . I V R . C I V .

quas una cum suis recenset Duirsema lib. i. *Comētūr. Iur. Civ. cap. 5.* quibus addesis adhuc duas alias Iani a Costa, & Cl. Heineccii ad § 2. *Inst. de servit. praed.* *

C A P V T X V I I I .

*Nihil turbatum esse in l. 5. § 1. & l. 6.
D. de servit. rustic. praed.*

Quae ex eodem Vlpiani libro xvii. ad Edictum sumptae sunt l. 3. & 5. *D. de servit. praed. rust.* * uno velut spiritu coniungendas esse, recte Labittus monuit, in *Vsu Ind. Pand. cap. III. § 1. p. 36.* Forte autem d. l. 5. principium: *Ergo secundum eum & vindicari poterit:* medio potius §. tertio d. l. 3. quam postremo debetur, hoc modo: *Qui babet hauustum, iter quoque habere videtur ad hauriendum, & (ut Neratius lib. III. Membranarum) sive ei ius hauriendi & adeundi cessum sit, utrumque babebit: sive tantum hauriendi, inesse & aditum: sive tantum adeundi ad fontem, inesse & hauustum. ERGO SECUNDVM EVM ET VINDICARI POTERIT.* Haec de haustu & fonte privato. &c.

Eandem materiam ex Neratio suo persequens Vlpianus, in § 1. d. l. 5. ita infit: *Neratius (libris) ex Plautio ait: nec hauustum pecoris, nec adpulfum, nec CRETAE EXIMENDAE, calcisque coquendae ius, posse in alieno esse, nisi fundum vicinum habeat: & hoc Proculum & Atilicinum existimasse*

* Puta Neratium, cuius verba Vlpianus recitat. Vid. § 1. & 3. d. l. 3. & Labittus d. l.

*masse ait. Sed ipse dicit, ut maxime calcis coquem
dae, & CRETAE EXIMENDAE, servitus
constitui possit, non ultra posse, quam quatenus ad
eum ipsum fundum opus sit.* Prius vero quam ad ipsum
nostrae disputationis caput transeo, non possum non
coniecturae perquam acutae hic meminisse, qua plu-
rimis cum aliis interiorem Iuris cognitionem illustrare
nuper coepit Vir Cl. Io. Gul. Hofmannus, Iurisconsul-
tus Viadrinus, in *Disputt. ad τ. specim. ix. § 3.* cuius
egregii iuvenis crescenti indies diligentiae sacra nostra
multum olim debitura esse non speramus, sed confidi-
mus. Suspectum is habet verborum ineuntis § 1. re-
ceptum ordinem; *nec haustum pecoris, nec adpulsum;*
levi igitur traiectione legi ait posse: * *nec haustum,*
nec pecoris adpulsum: cui coniecturae, quum &
Graecorum in Basilicis defectu hic laboremus, lu-
bens subscrivo; quia nempe & latior *haustus* inter-
pretatio est, quam *pecoris haustus*; & quia non alio
quod sciam loco nudus *pecoris haustus* in Iure memo-
ratur; indicio haud obscuro, eum a pecoris ad a-
quam adpulsu, quamvis pactis separari possint, di-
stingui solitum non fuisse. Accedit, quod ubivis
fere *haustus*, vel *aquae haustus*, & *pecoris ad a-*
quam adpulsus, tanquam distinctae servitutes iun-
ctim occurrant; *haustus* vero *pecoris, & adpulsus pe-*
coris, non item. Vid. 1. 1. pr. D. eod. 1. 14. § ult. D. de
alim. vel cibar. legat. 1. 2. D. de rivis. & § 2. Inst.
de servit. praed.

Ad maiorem nunc integri contextus mutationem
pergimus, ab ingenio profectam Cl. Noodtii, in
Probab. lib. I. cap. 4. Hic enim alteram *cretae exi-*
mendae mentionem ex d. l. 5. Vlpiani, in sequentem

I. 6.

* Criticus aequo religiosior transposita saltu distinctione legeret:
nec haustum, pecoris nec adpulsum.

52 L E C T I O N . I V R . C I V .

I. 6. Pauli, non solum transscribit, sed in hac ipsa quoque *I. 6.* vulgatam verborum seriem mire commutat. Quia vero iam Waechtlerus in *not.* haec minus esse necessaria olim ostendit, ulteriori hic disquisitione abstinemus, uno tantum hoc addito: quod altera illa *cretae eximenda* mentio apud Vlpianum, in *d. I. 5.* vel ideo servanda videatur, quod eodem orationis ordine ex Plautio sit adducta: cui tantum abest, ut Neratius in *iis*, quae subiecit, aduersetur; ut contra ea in eandem sententiam transiens, fortius confirmare videatur. Verbis enim: *Sed ipse dicit*, non aliud Vlpianus significat, quam Neratium illis ex Plautio adlatis adhuc addere: unde in Vulgata editione: *sed & ipse adiicit*. Quem huius particulae coniungendi & intendendi significatum, ex Graeco oriundum, Gul. Budaeus in *Comm. L. Gr.* p. 768. Cuiacius *lib. xxv. Obser. cap. 10.* & Stewechius *ad Veget. lib. 11. cap. 18.* dudum adnotarunt. Conf. Vir illustris, & Academiae quondam nostrae, totiusque Frisiae eximium decus, Marcus Lyyclama a Nyeholt, *lib. iv. Benedict. cap. xiv. § 16.* Eadem coniungendi, complendi, & confirmandi notione accipiendum puto *et ergo ** in *seq. I. 6.* non distinguendi; secus quidem ac placuisse Waechtlero video, pro *praediorum* infeliciter reponenti *personarum*. Auctorem huius rei habeo Priscianum *lib. xviii. p. 1170. ed. Putsch.* loco aliis iam laudato. Senfus itaque illorum: *Quid ergo? si meliorem praediorum causam haec faciant?* esse hic videtur: *Quid enim harum naturae servitutum magis conveniens, quam ut longe ab usufructu receendant?* *si sollicit non personarum, sed praediorum utili-*

* Alibi vim habet adversativam, veluti in *I. 6. § 1. D. de adqu. vel amitt. poss.* patiter at apud Albinovanum *Eleg. II. ¶ 10. ¶ 114.*

L I B . I . C A P . X I X . 53

tilitatem vel maxime contineant? fane, ait Paulus, minime dubitandum, quin huiusmodi ius, calcis co-
quendae, lapidis eximendi, & arenae fodiendae, *servi-
tutis ius sit, non ususfructus;* utpote aedificandi eius
gratia, quod in fundo est, competens, non veden-
di. Atque adeo etiam vera haec esse, auctoritate Mae-
ciani idem confirmat; ut ius quoque habendi tuguri-
ii, vitandae tempestatis caussa, licet personae com-
moditati serviat, tamen pro praediali servitute habe-
ri debeat; si non alii concessum sit, quam praedia-
lem servitatem habenti; puta pecoris pascendi, vel
ad aquam adpellendi: personae enim utilitatem hoc
egreditur, praedii vero dominantis caussam melio-
rem efficit.

C A P V T X I X .

*Non abundare negationem apud Paulum in l. 3.
§ 3. D. de adqu. vel amitt. poss.*

Possessionem, dominiumque rerum, neque per se
animo, neque per se corpore, sed utroque si-
mul, & animo & corpore, naturaliter nos apisci,
una cum antiquis omnibus recte tradit Paulus l. 3.
§ 1. & 6. & 1. 8. D. de adqu. vel amitt. poss. iunc.
l. 1. § 1. eod. Conf. Ampl. Praeses Bynkershoekius in
Opusc. de Dom. mar. cap. 1. Atque ita est in adquieren-
dis per occupationem rebus nullius: ast in traditione
rerum iam adquisitarum, utrumque illud requisitum
tam severa non exigi, idem Paulus monet: solo ete-
nim animo dominium earum & possessionem adquiri
ait posse, omissa quamvis fictionis civilis beneficio
translatione corporali, d. l. 1. § 21. Verba Iuriscon-
sulti haec sunt: *Si iusserim venditorem procuratori-*
rem

64 L E C T I O N . I V R . C I V .

rem tradere, cum ea in praesentia sit, videri (mibi) traditam Priscus ait: *idemque esse, si nummos debitorum iusserrim alii dare; non est enim CORPORE ET ACTV necesse adprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu: & argumento esse eas res, quae propter magnitudinem ponderis moveri non posse junt, ut columnas; nam pro traditis (eas) haberis, si in re praesenti consenserint; & vina tradita videbis, cum claves cellae vinariae emtori traditae fuerint.* Repraesentavi locum integrum, ut eo clarius patesceret, supervacuam Ant. Fabri crisim esse, pro & actu reponentis & tactu, quasi scriptum fuerit: ET ACTV, in *Chiliad. Error. Pragm. part. III. dec. LXXV. err. 2.* Viris quoque maximis, Hug. Grotio in *Flor. spars. adh. l.* & Gerardo Noodt lib. 11. *Probab. cap. 6.* Fabro ad stipulantibus. Mihi tamen secus videtur. Quid enim *corpore & actu* aliud quaeso est, quam *actu corporali?* ex notissima grammatices figura, ab ipso Noodtio illustrata, lib. 11. de *Vsfr.* cap. 9. vel aliud quam *ipso facto?* ita enim loqui solere nostros, ex Scaevela discimus, l. 5. D. rat. rem hab. ubi *Non tantum, inquit, verbis ratum haberi posse, sed etiam ACTV,* id est, re ipsa, sine verbis.

Ceterum doctrinae ex Paulo hactenus traditae, ipse adversari Paulus, eodem in libro, nonnullis videtur, d. l. 3. § 3. D. eod. Ait enim: *Neratius & Proculus (ET) solo animo NON posse nos adquirere possessionem, SI non antecedat naturalis possessio.* Ideoque, si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuo me possidere, simul atque possidendi affectum habuero: quia quod desit naturali possessioni, id animus implet. Ita exhibit Taurellius. Vulgata editio omissa copula, ea vero servata libri Norici, post possessionem, supplendi sensus caussa, interpositum habent *AVNT.* Omnes vero impressi, quos consulere licuit,

cuit, unanimi consensu negativam orationem praeferunt: *solo animo NON posse nos &c.* glossa quoque suffragante. Primus autem, quod sciam, Nic. a Salis, in *Sicilim. ad h. l. p. 354.* fatalem negationis particulam exilio multare ausus est, & pro *si* rescribere *et si*. Ne vero uti nuper de Niellio, publica dubitatio etiam de isthoc moveatur, verba ipsa adponere vixum est: "Corruptum, *inquit*, esse textum ipsa f-ries & ratio subiecta, nec non illatio, opinionum denique antithesis evincit. Ita procul dubio legendum est: *Neratius & Proculus &* (sic habent quaedam exemplaria, & quidem rectissime, quasi dicat: etiam solo animo) *solo animo posse nos adquirere possessionem aiunt, et si non antecedat naturalis possessio &c.*" Atque ipsa haec coniectura omittendae negationis, integro fere post saeculo, incidit quoque Cl. Noodtio in *Probab. d. l.* qui praeterea non parum turbato verborum ordine, postque & in *etiam* commutatum, alteroque verbo addito, lectionem *d. l.* ita constituit: *Neratius & Proculus AIVNT, solo etiam animo posse nos adquirere possessionem * TRADIDERVNT*; quo autem sensu ignorare me fateor. Abundat certe verbum alterutrum, observante etiam Waechtlero, in *not.* In verbis porro sequentibus: *Si non antecedat naturalis possessio*, post Nicolaum & si Noodtius interpretatur *quamvis*, ut hic sensus emergat: *Neratius ac Proculus solo etiam animo posse nos aiunt possessionem adquirere, quamvis non antecedat naturalis possessio.*

Vidcamus autem, anne servari vulgata icriptura
E possit,

* In prima *Probabilium* editione vulgata lectio ita refertur: *Neratius & Proculus & solo animo non posse nos adquirere possessionem TRADIDERVNT.* Ceterum quos libros sequutus Noodtius tradiderunt scriperit, scio cum ignarissimis.

66 L E C T I O N . I V R . C I V .

possit, salva veterum sententia? Evidem nullus dubito, inter omnes olim convenisse, possessionem solo animo, aut solo corpore, adquiri non posse, sed utroque demum simul. Vnum hoc inter eos controvertebatur: an thesaurus tanquam fundi parsetiam una cum fundo; an vero tanquam res a fundo distincta nonnisi separatim, possideri videretur? In hac vero quaestione in *tres* sententias discessum fuisse Paulus *d. l.* tradit.

Prima Neratii & Proculi sententia haec erat: thesaurum in agro absconditum ab eius domino tum demum possideri, ex quo non scientiam eius solum, verum & affectum possidendi habere incepit: addita ratione, quod huiusmodi animus defectum naturalis impleat possessionis. Neque isthaec Pauli ratiocinatio regulae ante traditae, secundum receptam eius lectionem, tantopere, ut putat Noodtius, adversatur; immo contra, ut recte notat Waechterus, prono quod aiunt alveo ex ea promanare est dicenda. Quid enim? dum negant Neratius cum Proculo, solo animo adquiri possessionem posse, si naturalis non antecedat possessio: nonne eo ipso affirmant, utique solo eam animo adquiri posse tum, si naturalis eam possessio antecesserit? Iam vero in proposita specie agrum, quo latet thesaurus, naturaliter dominus possidere fingitur; adeoque, glossa etiam hanc sequelam probante, & una cum agro idem possidere thesaurum dicendus est, ex quo scilicet & conditum ibi esse rescivit, eiusque possidendi affectum habuit. Quamvis enim ipse thesaurus per se naturaliter adprehensus non est, hunc tamen defectum, ex eorundem veterum sententia, animus domini scientis, & agrum naturaliter tenentis supplere videbatur. Ita Neratius & Proculus.

Alte-

Alteram sententiam eodem Paulo auctore Brutus & Manilius tuebantur, existimantes thesaurum in agro positum agri partem esse, atque ideo una cum agro naturaliter possideri atque adquiri; quamvis nec scientiam eius, nec habendi adfectum dominus habeat. Hanc vero sententiam, utpote naturae rei, & certae iuris rationi aperte contrariam merito refellit Paulus d.l. § 3. Quemadmodum enim alienus locus possessionem non aufert, ita nec proprius tribuit, ut in re non adeo dissimili Papinianus loquitur, l. 44. pr. D. eod. Ecce autem verba Pauli: *Ceterum quod Brutus & Manilius putant, eum qui fundum longa possessione cepit, etiam thesaurum cepisse, quamvis nesciat in fundo esse; non est verum: is enim, qui nescit, non possidet thesaurum, quamvis fundum possideat; sed & si sciat, non capiet longa possessione, QVI A * scit alienum esse.*

Vtraque vero priori sententia reiecta, in tertiam denique Masurii Sabini ut veriorem veterum plerosque ivisse Paulus ait, cui suum & ipse calculum adiicit: nimirum tantum abesse, ut thesaurum sibi ignotum agri dominus possidere videatur, quod Brutus & Manilius volebant; ut contra ea ne scientia quidem eius cum voluntate acquirendi coniuncta, quam sufficere Neratius & Proculus putaverant, tribuere possessionem possit; sed praeterea, quia agri pars thesaurus non est, separatam thesauri adprehensionem, naturaliter loco-motione factam, intervenire oportere: ac tum demum vere, & cum effectu iuris, thesaurum possideri dici posse. Sane enim loco non motus, quia naturam thesauri retinet, eius etiam iure interim censeri debet: quamprimum vero motus loco fuerit, thesaurus esse desiit, plenoque iure

E 2 agri

* Forte *qua.* Ampl. Bynkersh. VII. Obs. 1. fin.

68 L E C T I O N . I V R . C I V .

agri domino, sub cuius custodia iam est, adquisitus videtur. Pauli hac de re verba subiicio: *Quidam putant, Sabini sententiam veriorem esse, nec alias eum qui scit possidere, nisi si LOCO MOTVS* sit; quia non sit sub custodia nostra: quibus consentio.* Haec de thesauro vero: in quasi-thesauro quid obtineat, ex Papiniano in *d. l. 44. fr.* qua ingenii felicitate solet, nuperrime exposuit laudatissimus Praeses lib. vii. *Observ. cap. i. p. 281.*

C A P V T XX.

De bonis erexitis in l. 9. § 2. D. de his quae ut indign. aufer.

Quae bona heredibus aut legatariis, tanquam *indignis*, ipsa auferuntur lege, ea latiore quidem sensu *caducorum* adpellatione nonnunquam continentur; uti *l. 9. D. ad Senatusc. Silan. l. 2. D. si quis aliq. test. probib. & l. ult. C. de bon. vac. iunc. l. 5. C. Th. eod.* sed propria tamen *eredititorum* significatione passim in Iure veniunt. Vid. *Vlpianus in fragm. tit. xix. § 17. Conf. l. 26. D. ad L. Corn. de fals. & l. pen. D. de iure fisci.* Atque posteriora haec duorum esse generum interpretes vulgo statuunt: *unum* eorum, quae in hereditate subsidunt: *alterum*, quae vindicantur fisco, *arg. l. un. § 12. C. de caduc. tollend.* Equidem ut ut inficias non eo, sensu tam lato accipi *indignos* posse, ut non ii solum comprehendantur, quibus ipsa lex bona testamento *relicta eripit*; verum & ii, quibus testator iustas obcaussas hereditatem aut legatum *admississe* praesumitur:

* Ampl. Bynkershoekius *d. l. levi mutatione corrigit, loco notus.*

tur: tamen dubium mihi videtur quammaxime, an quae tacite ipse ademit testator, *ereptitorum* nomine usquam appellentur. Etenim quum diversus utrorumque effectus diversam quoque naturam significet, uno eodemque nomine ambo comprehendi non videntur posse. Quae eripit *lex*, ea heredibus & legatariis post testatoris mortem vere quaesita iam fuerunt; ac propterea in hereditate, cui semel exenta, subsidere non possunt: quae vero *tacite* ademissa creditur *testator*, ea hoc mortuo ita non transferuntur, sed velut hereditatis pars heredibus, aut coniunctis legatariis, iure cedunt ad crescendi; haud secus, ac si vel nunquam aliis relictā, vel expresse ademta rursus fuissent. Atque hanc veram ego utraque inter diversitatis rationem existimo, contra quam Cūiacio, *ad b. l. Chesio lib. i. Differ. Iur. cap. 32.* & recentioribus nonnullis video placuisse, interque eos Cl. Ruckero *Interpr. Iur. cap. i.* cui tamen Nicol. a Salis iam praeiverat, *ad d. l. 9. p. 227.*

Illustre utriusque speciei exemplum Vlpianus libro xiv. ad L. Iuliam & Papiam, in *d. l. 9. D. de his quae ut indign. aufer.* exhibet, variis commentatorum interpretationibus iam ab Accursii usque aetate obnoxium. Verba integra adscribam: *Si inimicitiae capitales intervenerunt inter legatarium & testatorem, & verisimile esse cooperit, testatorem noluisse legatum sive fideicommissum praestari ei, cui adscriptum relictum est: magis est, ut legatum peti ab eo non possit. § 1. Sed & si palam & aperte testatori maledixerit, & infamias voces adversus eum iactaverit, idem erit dicendum. § 2. Si AVTEM status * E IV S controversiam movit, denegatur eius*

E 3

* Haloander cum Basiliis: *Ei δὲ καὶ Si etiam; sed mendose: diversa enim a superioribus haec species est. Vulgata pro movit, accepit, habet moverit, acceperit: & defertur pro deferetur,*

70 L E C T I O N . I V R . C I V .

ius quod testamento ACCEPIT persequutio : ex qua specie statim fisco deferetur. Tres facti species Iurisconsultus memorat, quarum priores duas, non ad hunc titulum, cui subiectae; sed ad superiorem de adimendis legatis pertinere, quisquaeso non videt? Conf. Vlpianus in l. 3. § ult. D. de adim. vel transf. leg. Species vero tertia, de erexitio agens legato, huius est loci, utpote post mortem testatoris legatario iam adquisito, velut aperte satis indicant verba: eius quod testamento ACCEPIT, persequutio. Et quia lege Papia Poppaea soli fisco huiusmodi legatum cedit, eatenus diversum a *caduco* proprie dicto non est, quippe ex eadem quoque lege in fiscum redigendo, ceu idem in fragmentis Vlpianus refert, tit. xvii. § 1. & 2.

Quae quum ita se se habeant, ex iis non puto non liquere, ea quae tacite ademit testator, vel ademisse praesumitur, haud magis atque expresse ademta *erexitiorum* nomine censerri posse. Nec quicquam in contrarium verba faciunt Imperatoris, d. l. un. § 12. C. de caduc. toll. ubi latiore tantum sensu inscriptio tituli D. de his quae ut indignis auferuntur, repraesentatur. Ad locum vero Vlpiani quod attinet, d. tit. xix. § 17. is alio plane modo, ac vulgo solet, interpretandus mihi videtur. Ita enim ait Iurisconsultus: *Lege nobis adquiritur, velut CADVCVM, vel ERE-*

tur, quae sensum non turbant. In eadem editione ei pro eius legitur, quemadmodum & in Basilicis àvrō, lib. lx. tit. xlII. p. 748. tom. vii. at apud Cyrillum in scholio primo, ib. p. 757. lit. l. àvrō. Conf. scholia seqq. lit. m. & n. quae & dislensisse Scholastas, & iuris antiqui minus gnaros fuisse, ostendunt. Vtrum vero ei an eius hic legatur, nihil quidquam interesse puto; unice enim de testatore iam defuncto hic agi, ex verbis: eius quod testamento accepit persequutio denegatur, abunde intelligitur.

E REPTITIVM ex lege Papia Poppaea: item legatum ex lege XII. Tabularum, sive mancipi res sint, sive nec mancipi. Ant. Schultingius in *not. ad b. I.* sequutus Cuiacium, Iac. Gothofredum, & Scip. Gentilem, non aliud *caducum* & *ereptitum* intelligi putat, quam quod privatis legatariis adquiritur; pariter ac *legatum*, quod ultimo ibi loco memoratur. Ita etiam Cl. Heineccius *ad L. Iul. & Pap. lib. III. cap. VII. § 2.* & alii.

Mihi pace tantorum virorum contra videtur: quum enim ex L. Papia Poppaea bona *caduca* omnia, non minus ac *ereptitia*, aerario aut fisco addicerentur, ipsomet Vlpiano teste, *d. tit. XVII. § 1. & 2.* iunctis iis, quae superius tradidi; verba illa, *lege nobis adquiritur*, generaliore sensu capienda existimo, ita ut *fisci* quoque *adquisitio* comprehendatur. Ex *tribus* proinde bonorum generibus, *d. l.* ab Vlpiano relatis, *duo* priora ad fiscum, solum *postremum* ad privatum legatarium pertinere videbuntur. Atque ita ingeniosa Hotmani emendatione, *lib. IV. Observ. cap. 9.* quam & Schultingius *d. l.* exploxit, facile carebimus.

Neque etiam ex omnibus, quae a dissentientibus adferri video, iuris locis, qui nostrae huic expositio-
ni aduersetur, vel unum reperi, sola excepta *I. pen. C. de legatis*. Quum vero ibi nova habeatur Iustiniani constitutio, qua veterum quorundam dubitationem sustulit, forte non aberravero, si certo Pandectarum iuri eam derogasse contendam. Agitur enim de legatario testamentum celante, adeoque quantum in se est, abolere atque extinguere testatoris voluntatem cupiente: huic vero tanquam indigno, & falsi reo, omne quod relictum est, a fisco eripi, Marcellus scribit, *I. 26. D. de L. Corn. de fals.* in cuius expositione mirum est quantum aestuaverit Franc. Raguellus, in *comm. ad d. I.* Et quamvis Imperator

72 L E C T I O N . I V R . C I V .

in *d.l. pen.* huiusmodi legatarium similem ei esse scribat, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, subire vero tutelam nolit, *l. 5. § 2. D. de his quib. ut indign.* tamen quanta utrumque inter sit differentia, vel ex eo patere arbitror, quod *posterior* hoc legatum conditionale sit, adeoque conditione non impleta velut indebitum deficiat, & in hereditate subsidat; *prius* vero illud purum sit, & morte testatoris iam confirmatum, ideoque legatario ab ipsa demum lege, tanquam indigno eripi; & proinde, quia hereditati iam exemptum est, & in ea subsidere non potest, iure veteri soli fisco adquiri debeat.

C A P V T X X I .

De cessione servitutum in l. ult. D. comm. praed.

DE *cessione servitutum*, quae diversis temporibus, vel a pluribus eiusdem fundi mox servi-
turi sit dominis, vel in favorem plurium unius fundi
mox dominaturi possessorum, agens Paulus libro I.
Manualium, in *l. ult. D. commun. praed.* ita scribit:
*Receptum est, ut plures domini, & non pariter ce-
dentes, servitutes imponant vel adquirant: ut ta-
men ex novissimo actu etiam superiores confirmentur;*
*perindeque sit, atque si eodem tempore omnes cessa-
sent: & ideo, si is qui primus cessit, vel defunctus
sit, vel ALIO GENERE, VEL ALIO MO-
DO**, *portionem suam alienaverit, post deinde so-
cius*

* Haloander omittit, *vel alio genere*. Scip. Gentilis lib. I. par-
erg. cap. 15. τὰ *alio modo* pro glossemate habet τὰν *alio ge-
nere*. Mihi utrumque suspectum est, malimque legere: *vel*
defun-

cius cesserit, nihil agetur: cum enim postremus cedit, non retro adquiri servitus videtur; SED * perinde habetur, atque si post, cum postremus cedat, omnes cessissent. Igitur rursus hic actus pendebit, donec novus socius cedat.

Idem iuris est, & si uni ex dominis cedatur, deinde IN PERSONA SOCII † aliquid borum acciderit.

Ergo & ex diverso, si ei qui NON † cessit aliquid tale eorum contigerit, ex integro omnes cedere debebunt: tantum enim tempus eis remissum est, quod dare facere possunt, § VEL DIVERSIS TEMPORIBVS POSSINT; & ideo non potest unius vel unus cedere.

Idemque dicendum est, & si alter cedat, alter leget servitutes: nam si omnes socii legent servitutes,

E 5

&

defunctus sit, vel portionem suam alienaverit. Atque ita Hotmani explicatione, lib. VII. Obs. cap. 2. haud inviti carebimus.

* Mavult Iauchius: NEC perinde habetur, de Negatt. Pand. cap. XVI. num. 4. quam vero perperam, vel ex tota orationis serie manifestum est. Conf. Cl. Ruckerus Interpp. cap. II. p. 16.

† Delenda haec censet Car. Molinaeus in Extricatione Labyrinthi p. 26. seqq. sed invito Charonda ad b. l. intelligitur enim socius praedii dominantis, cui itidem cedi servitutem oportebat; sed qui post cessionem primo factam vel defunctus est, vel portionem suam alienavit; uti recte Hotmanus d. l. secus atque visum Cl. Ruckero d. l. Haec certe altera Pauli species priori contraria est, eodem tamen iure utramque finiente.

‡ Delendam hanc negationem idem censet Molinaeus d. l. eamque in suo etiam Ms. deesse Charondas testatur; alia tamen omnia, & meliora, visa sunt Hotmano lib. VII. Obs. cap. 2. & Iauchio de Neg. Pand. cap. VIII. num. 52. p. 155. seq.

§ Haloander omittit possunt, adstipulante Hotmano d. l. nec repugnante glossa, particulam vel exponente etiam. Cuiacius ad b. l. reponit qui pro quo. Cl. Ruckerus d. l. p. 27. ante vel subaudiri putat ut. Mihi suspecta sunt haec omnia: vel diversis temporibus possint, velut ex praecedentibus supplendae orationi a studioso adiecta.

74 L E C T I O N . I V R . C I V .

& pariter eorum adeatur hereditas, potest dici utile esse legatum: si diversis temporibus, inutiliter dies legati cedit; nec enim, sicut viventium, ita & defunctorum actus suspendi receptum est.

Quatuor species, totidem versiculis distinctas, post glossam, Russardum, Cuiacum, Hotmanum, Merillium, aliosque tum primi tum inferioris censis interpretes, professa opera nuper admodum illustravit Vir Cl. Io. Conr. Ruckerus *Interpp. Iur. Civ. cap. ii. p. 8. seqq.* Vitio autem nobis spero vertet nemo, si & nostras hac de re coniecturas, dudum adnotatas, iam vero in pauca contractas, cupidae legum iumentuti impertiamur.

Ait Paulus: *Receptum est*: Vtrum vero iure civili proprie dicto, sive disputatione fori; an iure Praetorio? cum maxime quaeritur. Mihi Hotmani *d. l. & Merillii Different. Iur. cap. 7.* sententia semper placuit, naturali illud aequitati, edicto confirmatae, unice adscribentium; contra quam a Viro doctissimo disputatum video. Sane enim nec fori olim disputatio, nec recentiora deinde Prudentum responsa, ante constitutionem Thodosii II. in *l. un. C. Th. de respons. Prudent.* ullam in foro auctoritatem obtinuerunt; nisi a Praetore vel fori usu recepta, vel edictis confirmata publice fuissent. Ipsa *negotiorum gestio*, a Viro docto hic citata, illud quam manifestissime evincit: reliqua etiam eodem fine adducta, non ipso iure, utpote legibus haud prodita, sed sola Praetoris tuitione in foro valuisse nullus dubito. Neque alio sensu Paulum accipio, in *l. ii. D. de servit. praed. rust.* ubi decisionis ratio ex Edicto de pactis unice arcessitur, atque oriunda inde exceptio iis, qui iam cesserunt, sed iure cesso, propter deficientem socii consensum, interim uti vetantibus, recte opponi traditur. *Subtilis quoque ratio in d. l.* non

non rigorem iuris civilis, quod Vir doctus contendit, sed strictam iuris foro recepti interpretationem significat; cui tamen Paulus benignorem sententiam ex naturali pactorum obligatione, edicto confirmata, praferendam ait.

Scribit porro: *Tantum enim tempus eis remissum est, quo DARE FACE RE possunt.* Verba *dare facere* V. Cl. cum Cuiacio glossam sequuto ita interpretatur, ut *dare* sit cedere servitutem; *facere*, idem ac pati ut alter servitute iam cessa utatur, arg. *I. 19. D. de servit. praed. rust. & I. 2. § 5. D. de verb. oblig.* Mihi vero, in materia de servitutibus, non magis *dare* & *facere* distinguenda videntur, quam *dare legare* in ultimis voluntatibus, aut *vis* & *potestas* in definitione tutelae; secus ac in caussis aliis, uti prolixo notarunt Interpretes ad *I. 53. D. de verb. signif.* Quemadmodum enim frustra ceditur servitus, nisi is qui cessit, cessionarium ea uti patiatur; ita nec *dari* ususfructus recte dicitur, nisi utroque illo sensu, ut fructuarium dator simul uti frui finat, *I. 3. pr. D. de usufr.* In citatis vero iuris textibus sola *lex 19.* huic est loci, non item *lex 2. § 5.* in qua de sola facti stipulatione, non vero *servitutis*, a Paulo agi, species ibidem proposita dubitare nos prohibet.

Ad verborum sensum quod attinet, nihil aliud significare Iurisconsultus voluit, quam quod rigore iuris insuper habito, *unitas temporis*, quo pluribus ab uno, vel uni a pluribus ceditur, remissa duntaxat fuerit; non etiam omnium cedentium, vel eorum quibus ceditur, *simultaneus consensus*: ut adeo vel unius ex utraque parte personae mutatio cessionem ab aliis iam factam vitiet, inutilemque reddat.

Denique *sub finem b. I.* legatum servitutis praedialis, a pluribus sociis relicturn, utile esse dicitur, si omnium *pariter* hereditas adeatur; sin *diversis temporibus*,

76 L E C T I O N . I V R . C I V .

poribus, non item. Differentiae ratio in promptu est, quod utrumque tempus, mortis & aditae hereditatis, iuris fictione unum idemque censeatur; proindeque *priori* in specie socii omnes pariter cessisse videantur: contra vero non pariter, si alio atque alio tempore hereditates singulorum aditae fuerint, uti in specie *altera*. Coniungi enim *viventium* cessiones possunt, quae tempore non uno sunt factae; *defunctorum* non item. Et merito Merillium *lib.v. Observ. cap. 15.* haec aliter exponentem, Vir Cl. refelit *d.l.p.35.*

Ceterum in *quaestione*, utrum dies legatae servitutis a morte cedat testatoris, an ab adita hereditate; recte quidem distingui video praediales inter & personales servitutes, ita ut priores statim a morte, posteriores demum ab aditione cedant, *l. 5. § 1. D. quando dies leg.* attamen non eam huius discriminis, quam Vir doctus reddit, rationem esse puto, quod personalis servitus *factum* requirat legatarii, *quod non possit esse nisi adita hereditate*, *d.l.p.32.* neque enim id personalibus tantum servitutibus peculiare est, sed commune plane omnium, etiam praedialium, *l. ult. D. de servit. iunc. l. 3. pr. D. de usufr.* Ratio autem una haec videtur, quod personalia iura ad heredes legatariorum non transmittantur, secus ac praedalia, *l. 26. D. de usu & usufr. leg. l. un. § 1 & 5. C. de caduc. toll.*

Quam denique *differentiam* ex iuris antiqui placitis inter servitutem praedialem vindicatione, & aliam damnatione legatam, constitui video, eam in hac de temporis cessione doctrina me haud capere ingenue profiteor. Quid enim? nonne utraque actio, *confessoria & personalis* post aditionem demum instituetur? Ut vero in pauca rem omnem contrahamus: legatum servitutis *personalis* ab aditione ideo cedere

dere dicitur, quia totum mortuo ante legatario extinguitur; *praedialis* vero statim a morte cedere testatoris; quoniam defuncto ante aditam hereditatem legatario, ea ad novum praedii dominantis possessorem transmittitur, *l. 5. D. quando dies leg. iunc. l. 4. D. de servit. praed. rust.* Huius itaque servitutis diem a morte quidem testatoris *cedere*, sed ab adita hereditate *venire*, Iurisconsulti tradunt, *l. 7. pr. D. quando dies leg. iunc. l. 213. pr. D. de verb. sign.* quasi autem possideri *usu* demum legatarii, & *patientia* heredis, *l. ult. D. de servit.* Supervacua proinde Chesiū subtilitas *lib. 1. Differ. Iur. cap. 42.* etiam Bachovio complacita, *vol. II. ad Treutl. p. 835. seq. ed. Heid.* & a Cl. Ruckero latius nuper exposita *d. l. p. 33.* Dissentienti autem post Accursium Cuiacio *lib. I. Observ. cap. 23.* ab aliis dudum satisfactum est.

C A P V T X X I I .

Exponitur fragmentum Scaevolae in l. 29. D.

de vulg. & pup. substit. iunc. l. II.

§ I. D. de capt. & post. rev.

VErba Scaevolae: *Si pater captus sit ab hostiis, Mox filius, & ibi ambo decedant: quamvis prior pater decedat, lex Cornelia ad pupilli substitutionem † NON PERTINEBIT†, NISI*

† Ant. Faber *lib. x. Coniectur. cap. 7.* electa negatione manu^q pertinet, a stipulante lauchio *cap. XVII. § 12.*

‡ Integra haec: *nisi reversus in civitate impubes decedat, una litura dejet Faber d. c. 7. lib. x. merito refutatus ab Iauchio d. l. Ipse autem pro nisi emendat ac si, errore, ut ait, ab ipsis compositoribus commisso.*

78 L E C T I O N . I V R . C I V .

*NISI reversus in civitate impubes decedat: QVO-
NIAM ** & si ambo in civitate deceſſiſſent, veni-
ret ſubtitutus. Receptam lectionem poſt glossas ſatis
commodē iuſtravit Nic. a Salis ad h. l. eandem
que ab aliorum cum emendationibus tum conieeturis
tueri nuper iuſtituit Cl. Ruckerus *Interpp. cap. 3.*
Ad me quod attinet, vulgatam quoque ſcripturam
ſervo, omnium fide librorum communitatam: ſpeciem
vero a Viro doctiſſimo poſitam, de filio *poſt patrem*
capto, a mente Scaevolae valde alienam, utilique le-
gis Corneliae fictioni parum accommodatam puto.

Ponamus enim ex ſententia V. Cl. patrem *kalendis*
captum eſſe, filium *nonis*, & utrumque fatis apud
hostes functum; nonne pater in civitate iipſis iam ka-
lendis functus videbitur? *l. 10. pr. D. de captiv.* &
poſt l. rev. nonne & filius, in civitate, ex kalendis
iſtis ſui iuris exſtitiffe? *l. 11. pr. D. eod.* nonne adeo
ex dictis nonis heredem ex ſubstitutione habuiffiſſe?
ita certe *lex* poſtulat *Cornelia*, *dd. II.* quae licet pu-
pillary tabularum diſertam mentionem haud fece-
rit, eandem tamen a *Praetore* ſubstitutioni non mi-
nus, quam paterno teſtamento, accommodari ex Pa-
piniano novimus, *d. l. 10. § 1.* Atque eadem haec fa-
eti species, de filio poſt patrem capto, ab eodem Pa-
piniano, in *d. l. 11. § 1.* proposita eſt, *iunc. l. 10. pr.*
ead. ubi tamen de ſolo patre apud hostes mortuo, hic
autem in *l. 11. § 1.* de utrisque ibi mortuis agitur. Ne-
que contrarium ex particulae *alias* recentiori apud
Iuriſconsultos, ceterosque cadentis ſcriptores latini-
tatis, ſignificatione iure quisquam efficiet. Quid enim
frequentius, quam pro *alia ratione, cauſa, modo,*
eam

* Cuiacum ad l. ſi hominem 19. D. de *Vſurpat.* hic legentem
quāquam, reprehēndit laudatus Faber lib. x. *Coniect. cap. 4.*
fin. & Cl. Ruckerus *cap. 3.*

eam adhiberi? quamvis meliore Vrbis aevo tantum de tempore usurparetur vel loco, observante Scioppio de Stilo *Hist. p. 182. seq.* Ex auctoribus nostris laudare suffecerit Julianum, in l. 8. § 8. *D. de pec. leg.* quae est Vlpiani: quem addes in l. 20. § 6. *D. qui testam. fac. l. i. § 2. si is qui testam. lib. l. 8. § 10. seq. D. de transact.* & Imp. § ult. fin. *Inst. de legatis.* Ex aliis scriptoribus Tacitus *lib. xvi. Ann. cap. 4.* Curtius *lib. viii. cap. i.* Eutropius *lib. x. cap. 7.* citari possent. Verba itaque Papiniani in d. l. 11. § 1. ita distinguo: *Sed, si ambo apud hostes, & prior pater decebat, sufficiat lex Cornelia substituto; NON ALIAS QVAM si apud hostes patre defuncto filius in civitate deceperit.*

Ne autem aequo sim longior, *tres* tantum species apud Scaevolam distinctas nunc subiicio: *primam* in d. l. 29. Pater & filius *eodem tempore** capiuntur: ambo apud hostes decedunt: prior pater. An hoc casu lex Cornelia substitutionem pupillarem confirmet, quaeritur. Negat Scaevla. Ratio decidendi est, quod in substitutione non intersit, utrum filius ante patrem decedat, an simul cum eo; neutro enim casu patri superstes est filius, adeoque nec confirmata substitutio. *Altera* species est: pater & filius eodem tempore in hostium potestatem veniunt; pater in captivitate, filius in civitate factus postea redux decedit. Convalescit hoc casu filii substitutio, quia eo superstite decepsit pater. *Tertia* denique species est: pater & filius simul capti ab hostibus, postea in ci-vita-

* Particulam mox glossatorum nonnulli iam ita acceperunt, frustra ab iis dissentiente Bulgaro. Vid. Vlpianus tit. 1. § 22. & Paulus t. 13. fin. *D. quib. mod. ususq. am.* Conf. l. 36. § 1. *C. de inoff. testam.* l. ult. *C. de liber. caus.* & l. 18. *C. de ad-pellat.*

80 L E C T I O N . I V R . C I V .

vitatem redeunt, ibique ambo, sed prior tamen pater, decedunt: nullum sane hic dubium est, quin morte patris confirmatae pupillares tabulae locum substituto faciant.

C A P V T X X I I I .

*In l. 10. § 1. D. de captiv. & postl. rev.
verborum ordo restituitur.*

PRIVUS quam ad alias Iuris caussas progrediamur, de *l. 10. § 1. D. de capt. & postl. rev.* coronidis velut loco, quaedam admonebimus. Papinianus libro xx. Quaestionum ita vulgo scripsisse legitur: *Si mortuo patre capiatur impubes, institutus vel exhereditatus*: in promptu est dicere, legem Corneliam, de tabulis secundis nihil locutam, eius duntaxat personam demonstrasse, qui testamenti factionem habuisset. Plane captivi etiam impuberis legitimam hereditatem per legem Corneliam deferri. † QVONIAM VERVM EST, ne impuberem (quidem) testamenti factionem habuisse: & ideo non esse alienum, Praetorem subsequi non minus patris quam legis voluntatem, & utiles actiones in hereditatem substituto dare.*

Evidem bene novi, qua ratione interpretari receptum verborum ordinem eruditio soleant; attamen haud minus novi, quam insolens veteribus huiusmodi sit *ἀταξία*, & oratio tantum non *ἀνακόλυθος*. Me ita-

* Subaudiendum: & apud hostes decedat.

† Vulgata: *quod verum est.* Hal. *quod non verum est.* Cuiac. lib. xv. Obs. cap. 17. mavult: *quoniam verum est.* Tuetur vero receptam lectionem Cl. Rucker. d. l. cap. ult.

Itaque si audies, integrum hanc periodum: quoniam verum est ne impuberem (quidem) testamenti factionem habuisse: ut suo delectam loco, pristinae sedi hoc modo restitues: *Si mortuo patre capiatur impubes, institutus vel exheredatus: in promptu est dicere, legem Corneliam, de tabulis secundis nihil locutam, eius duntaxat personam demonstrasse, qui testamenti factionem habuisset: QVONIAM VERRVM EST, NE IMPVBERE M QVIDEM TESTAMENTI FACTIONEM HABVISSE.* Plane captivi etiam impuberis LEGITIMAM hereditatem per legem Corneliam deferri; & IDEO non esse alienum, Praetorem subequi non minus PATRIS, quam legis voluntatem, & VTI-LIES ACTIO NES in hereditatem substituto dare.

Bina huiusmodi transpositionum exempla in superioribus iam notavi, *cap. i. & xviii.* Nullus etiam dubito, quin Vulgatae & Noricae editionis variantes, pariter ac Cuiacii emendatio, ex turbato orationis ordine arcessi debeant. Ceterum quamvis Ant. Fabri *lib. x. Coniect. cap. 5.* fictam Papiniani cum Juliano & Scaevola dissensionem, non male reprehenderit Cl. Ruckerus *Interpp. cap. ult.* negari tamen haud potest, veteres Iuris conditores, sicut in plurimis caussis aliis, ita & in legis testamentariae quaestionibus, non raro inter se discedisse, ipso auctore Papiniano, in *pr. d. l. 10. in verbis: quibusdam videbatur.* Conf. Cuiacius *lib. xv. Obs. cap. 17. sub init.*

C A P V T X X I V .

*Arrius Menander in l. 4. § 13. D. de
re milit. a correctione vindicatur.*

DEsertionis & emanfioris, quae inter delicta sunt militaria, haud obſervata diſtinctio duas in eodem fragmento emendationes peperit, paucis hoc loco refellendas. Ait Menander *d. l. 4. § 13. Edicta Germanici Caefaris militem DESERTOREM faciebant, QVI DIV AFVISSET, ut is inter * EMANSORES haberetur. SED siue redeat QVIS, & offerat se, siue deprehensus offeratur, poenam desertionis evitat: nec interest, cui se offerat, VEL a quo offeratur.* Cl. Noodtius *lib. II. Probab. cap. 10. pro vel in fine d. §. verum*, quali ex figlo v. ob auſtoritatem Valerii Probi, Magnonis, & Diaconi, ſic reſtituendum cenſet: *Nec interest, cui se offerat, VERVM a quo offeratur.* Waechtlerus autem in *not. novam hanc lectionem*, iis quae antecedunt, minus convenire ait, & recte. Ipſe igitur, alia medicina laboranti, ut putat, loco ſubventurus, pro *ſed*, media fere lege, reponit *nec*, hoc modo: *NEC, siue redeat quis, & offerat se, siue deprehensus offeratur, poenam desertionis evitat. Nec interest &c.* Sed ſalva res eſt: diſtinguit Iuriſconsulſus laxiorem ſui faeculi disciplinam a priſca maiorum, & Germanici in primis, ſeveritate, cuius paſſim meminit Tacitus, locis a Cuiacio *lib. vi. Obſerv. cap. 26.* & Cl. Waechtlero iam indicatis. Quem enim

* Sic Vulgata & Norica: periperam Florentina *remansores*, ex geminato praecedentis vocis ultimo elemento.

nim Germanicus olim ut *desertorem* capite plectendum edixerat, *si diu affuisse*; hic recentiorum Imperatorum temporibus pro *emansore* duntaxat habebatur, *I. 3. § 2. D. eod.* poenamque ideo desertionis evitare Menandro dicitur; sive ultro redeat, sive deprehensus offeratur. Et hanc Menandri mentem vere esse, verba proxime insequentia facile, ni fallor, unicuique persuadebunt, *§ 14. d. I.* ubi hanc ex praemissis summam conficit, ei convenienter iuri, quo tum utebantur: *Levius itaque delictum emansionis habetur, ut erronis in servis: desertionis gravius, ut in fugitivis.* Denique in utroque hoc delicto, pro variis circumstantiis, poenas temperari fuisse solitas, idem Arrius tum in *d. I. 4. § ult.* tum in *seq. I. 5.* pluribus illustratum ivit. Conf. *d. I. 3. § 2. & 3. I. 13. § 5. & 6. I. 14. & I. 15. D. eod. & I. 10. § 5. D. de poenis.*

C A P V T . X X V .

*Locatio nominis apud Phaedrum
lib. I. fab. XVI. init.*

Vexatissimus est, vel magno Burmanno iudice, hic Phaedri locus, cuius ex vetere scheda Petri Danielis lectionem omnibus agnitam subiicio:

*Fraudator NOME N quum LOCAT sponsu improbo,
Non rem expedire, sed mala videre expetit.*

Missis sexcentis interpretum emendationibus, antiquae genuinum scripturae sensum ex iure civili brevi ter illustrabo. Equidem recentiores tantum non omnes

84 L E C T I O N . I V R . C I V .

nes de ~~creditore~~^{debetore} verba *locare nomen* accipiunt, praetextibus Salmasio *de Vjur. cap. vi. p. 147.* & post Gronovium τῷ τάυτῳ Graevio, *ad Cicer. lib. IIII. de Offic. cap. 14.* Vnus fere, quod scio, Ian. Gebhardus *lib. IIII. Crepund. cap. 10.* de *sponsore* interpretatus est, nulla tamen vel ratione, vel auctoritate adscripta; in eo etiam, ut puto, lapsus, quod commune *fraudatoris ἐπιθετον* cum vulgo interpretum debitori hoc loco tribuat, de solo praedicandum sponsore, *I. 25. D. qu. in fraud. cred. iunc. I. 8. D. depos.*

Mihi *locare nomen* nihil aliud significare hoc loco videtur, quam nomen suum commodare, pro altero obligare, & tabulis adscribere: uno verbo, *fideiubere*. Et quia nonnisi per solemnem sponsionem fideiusficio celebrabatur, iccirco & *sponsus* mentio a Poëta adiicitur. Denique, quia utriusque pariter contrahentis gratia fideiussor adpromittit; contractus perficiendi causa; idcirco & versu sequenti *rem expeditre*, id est, negotium coeptum confidere dicitur. Mea itaque sententia hoc vult Phaedrus: lupus fraudator improba sponsione pro cervo, mutuum ab ove sumturo, fideiussurus non eo est animo, ut negotium hoc utriusque contrahentis commodo bona tide perficiat; sed contra unice operam dat, ut quo astutiore possit dolo creditricem ovem ex compacto defraudet.

Quam verborum Phaedri genuinam notionem veterum porro auctoritate breviter confirmabo. Ita enim, quod Livius *lib. VII. cap. 20. locare beneficium*, Petronius in *Satir. cap. 126.* simpliciter *commodare* dixit; sive *efficere ut beneficium debeatur*. Ita & Cicerio *lib. IV. in Verr. cap. 42. nomen suum alicui commodare* eum ait, qui suo alterum testimonio, ut absolvatur, in causis criminalibus adiuvat. Ita vero & *fideiussor* suum debitori apud creditorem *nomen locat*,

locat, suam fidem accommodat, ut eo promptius creditor mutuum adnumeret. Longe vero aliud est *nomen facere*, secus ac Salmasio visum & Graevio *dd. II.* item Gronovio & aliis *ad Phaedr. b. I.* Etenim non fideiussor sed uteque contrahens *nomen facere* in mutuo dicuntur; creditore in *expensi*, debitore in *accepti* tabulas creditum referente. Atque ita de *debitore* nomina faciente Cicero *d. lib. III. de Offic. cap. 14.* ubi nihil quidquam mutandum existimo: & de *creditore* idem *lib. VII. ad famil. epist. 23.* cuius verba ceteris rectius videtur explicasse Gul. Budaeus, in *Forens. p. 5. sub fin.* Conf. Senecae notissimus locus *lib. I. de Benef. cap. 1.* Similiter ex *Iurisconsultis nostris Pomponius in l. 4. § 1. D. de pecul. de debitore* id verbi usurpat: Scaevara vero de *creditore*, *l. 41. § ult. D. de fideic. libert.* Reliqua iuris loca nunc praetermitto. Vid. Hadrianus Cardinalis, *de Serm. Lat. p. 195. & seq.*

Denique ad *Φάσιν rem expedire* quod attinet, minus illam accurate pro *solvere* vulgo accipi arbitror; quum nihil aliud ac *negotium perficere* hoc loco significet: quamvis enim *nomina expedire* debitor solvens recte dicatur, auctore Cicerone *lib. XVI. ad Attic. epist. 6.* & Suetonio *de Illustr. Gramm. cap. 11.* alio tamen sensu *pecunia, res, negotia, expediri* dicuntur, vel *explicari*: id est, confici, comparari, & effectui dari, apud eundem Ciceronem *lib. XI. Offic. cap. 9.* & *lib. XIII. ad famil. epist. 26.* ad def. Suetonium in *Caes. cap. 4.* & *Tib. cap. 48.* denique Callistratum in *l. 31. pr. D. de re indic.* quae confundi non debebant.

LECTIONVM IVRIS CIVILIS LIBER SECUNDVS.

C A P V T I.

*Emendatio l. 2. pr. D. de servit.
rust. praed. retractatur.*

NEratius libro iv. Regularum, quo de servitibus egit praedialibus, in unico quod superest fragmento, *d. l. 2. pr.* ita scribit: *Rusticorum* praedium servitutes sunt: licere altius tollere, & offere & praetorio vicini; vel cloacam habere licere per vicini domum, vel praetorium; vel protectum habere licere.* Sed repugnare has regulas Caio in *l. 2. D. de servit. urb. praed.* olim existimabam, & quae temeritas erat mea, etiam emendare instituebam, *notulis ad Labittum, cap. iv. § 7.* Meliora tamen, ut mihi blandior, iam edocitus muto sententiam; non eam quidem ob caussam, quae Viro docto idonea nuper visa est mei utcunque refellendi†: sed quod alia

* In edit. Gloss. inserta legitur particula *etiam*; quam ex aliis quoque libris arcessit probatque Noodtius, in *Comm. ad tit. D. de servit. rust. praed.*

† Ed. Gl. *praedio*, sed vitiose; uti facile tum ex seqq. tum ipsis glossatorum scholiis intelligitur.

‡ Erroris enim originem non Triboniano, ceterisve operis *architectis*, quod vitio mihi perperam datur, sed *compilatoribus tribui*,

alia mihi ratio iam suppetit sententiae Iurisconsulti secundum receptam lectionem investigandae atque eruendae: quo labore paucis defungar.

Servitutes a praedio ferviente cognominari, non a dominante, qui vulgo praeunte glossa *ad l. urb. praed. i. D. de servit. urb. praed.* * negent interpres, semper fui miratus. Veteres sane inter iura praediiorum & servitutes, si proprie loquantur, accurate distinguunt. Neque alio sensu Paulus in *l. 3. D. de servit.* servitutum alias in solo, alias in superficie ait consistere; prout nempe vel a solo, vel a superficie debentur, quibus tanquam perpetua onera sunt impositae. Quod si a dominante praedio servitutes nuncuparentur, eadem simul & urbanae essent & rusticae. Quis enim in aedium utilitatem iter, actum, viam, constitui posse inficiabitur, & contra? Atque hac ipsa ratione Neratium nunc interpretor in *d.l.* Agit enim de servitute fundo imposta, in utilitatem vici- ni in agro aedificii; quemadmodum non *praetorii* solum, quod ruri habetur; verum & *cloacae* men- tio, a solo non ab aedificio debitae, facile demon- strat. *Domum* quoque non aliam Neratius quam ruri politam significat, pariter ac Papinianus in *l. 91. § 1. D. de legat.* 3. Conf. Palladius *lib. i. de rust. cap. 8.* Nolim mihi obiici, Vlpianum tamen in *l. 11. § 1. D. de Publ. in rem act.* aquaeductum, quae servitus rustica est, urbanis adnumerare. Verba integra,

F 4

ut

tribui, id est eorum quae, ut compendium laboris facerent, archi- tecti per notas & siglas publico tunc more sparsim excerpterant; collectoribus atque exscriptoribus. De vera vocabuli *compila- toris* significatione, vel sexcentis observata, nulla nobis his est. Marq. autem Freherum, eiusdem mecum erroris postulatum, nuperrime defendit Cl. Hofmannus, *diff. ii. ad D. § ult.*
* In aliis edd. est *l. 2.*

88 L E C T I O N . I V R . C I V .

ut a vi maiore defendam, subiicio: *Si de usufructu agatur tradito, Publicana datur: itemque servitutibus urbanorum praediorum, per traditionem constitutis, vel per patientiam; FORTE SI PER DOMVM QVIS SVAM PASSVS EST AQUAE-DVCTVM TRANSDVCI: item rusticorum; nam & hic traditionem & patientiam tuendam constat.* Meminit aquaeductus, per vicini domum derivati, adeoque non rustici, sed urbani; non qui per fundum deducitur, fossae instar; sed per aedes operistularum, parieti applicatarum, Pomponio & Paullo testibus, in l. 18. & l. 19. pr. D. de servit. urb. praed. Conf. Vitruvius lib. VIII. cap. ult. Nulla itaque caussa Cl. Noodtio fuit expungendi verba: *forte si per domum quis suam passus est aquaeductum transduci,* in Comm. ad tit. D. de servit. praed. rust. sub fin. Et multo minus antiqua iuris regula a subsequuta consuetudine hic distinguenda, quod eidem Viro summo incidisse video, Comm. ad Pand. d. I.

Adfinis quaestio est de urbanorum a rusticis praediis legitima differentia, in qua exponenda plurimum adhuc interpretes disputant. Mihi vero certum est, in hac de servitutibus materia, urbana praedia tantum in superficie, rustica in solo consistere, d. I. 3. D. de servit. iunc. l. 1. D. comm. praed. & l. 198. de verb. sign. in aliis vero caussis, puta pignorum, & alienationis praediorum pupilli, vel minoris, non item; ceu pulcherrime observatum est Io. Mercerio in Concil. p. 97. sqq. ed. Rein. Minime itaque d. I. 198. fin. aut l. 4. D. in quib. caus. pign. vel hyp. noscrae huic doctrinæ aduersantur. Conferri hic meretur eximiae Vir eruditiois, & praceptor olim noster, Bern. Henr. Reinoldus in Orat. de Legum inscript. § 12. tom. II. Iurispr. Restit. p. 198. seq.

C A P V T II.

*De Reliquiis funerum, & Cenotaphio:
exponuntur l.6. § ult. & l.7.
D. de rer. div.*

QUOD iustis nondum factis *funus*, iis quolibet modo persolutis, etiam trina glebae iniectione, trinaque manium invocatione, *reliquias* olim vocabant. Servius *ad Virg. lib. II. Aen. vers. 539.* Hae ubi conditae locum faciebant *religiosum*, sive sepulchrum proprie dictum, *l. 42. D. de religios.* Quod si mari absumptum corpus, aliave amissum calamitate; iustorum defectui *cenotaphio* medebantur, eodem auctore Servio *ad Virg. lib. III. Aen. vers. 304. lib. VI. vers. 325. & 505. lib. IX. vers. 215.* Confer sis Ausonium in *praef. Parent. vers. 10. seqq.* & in *Epitaph. Heroum, Carm. XIII.* Atque de huiusmodi cenotaphio ambigebant veteres, locusne videretur religiosus nec ne? *l.6. § ult. D. de rer. div.* Qua de re quam multis tam multa dixisse licuit, mihi ut pauca dicam, nec adeo protrita, licebit spero.

Cenotaphium vel *iusti sepulchri* instar habuisse, peractis rite solemnibus; vel *honoris* tantum & *memoriae* causa extrui solitum fuisse, testatissimum puto. *Prius* illud tuni duntaxat unum: *posteriorius* uni saepe multiplex ponebatur. Sic quod Hectori fecerat Andromache, religioso Diis Manibus ritu consecratum, iusti imaginem sepulchri praeferebat, auctore Virgilio, *lib. III. Aeneid. vers. 301. seqq.* Quod vero Moguntiae Romani milites extruxerant Druso, honorarius tantum tumulus fuit, ipsis Drusi reliquiis Romanam transportatis, praeter Dion. Cassium *lib. LV. sub init.*

90 L E C T I O N . I V R . C I V .

init. Suetonio in *Claud. cap. 1.* & Eutropio *lib. vii. cap. 8.* testibus: quo inter alia & rogos per omnem ardentem Italianam, Drusii funere transeunte, recte Lipsius retulit, apud Senecam, in *Consol. ad Marciam, cap. 3.*

Ex utroque autem cenotaphiorum genere solum *prius* iure veteri pontificio religiosum fuisse, testantur quae diximus: *posteriorius* vero purum. Controversia itaque Marcianum inter & Vlpianum de *priori tantum accipienda est*, in *d. l. 6. § ult. & d. l. 7. D. de rer. div. iunc. l. 6. § 1. D. de religiis. de posteriori* vero Florentinus in *l. 42. D. ead.* Et quum publicae huic dissensioni rescriptum quoddam Divorum Fratrum caussam dedisse proditur; primum omnium in occasionem & sensum huius rescripti paullo accuratius inquiremus.

Auctor est Julius Capitulinus, in *vit. Marci cap. 13.* tantam utroque imperante Antonino graffatam Romae pestilentiam fuisse, ut mortuis non rite, ac secundum religionis pracepta, fieri exequiae possent; sed violatis sepulturae iuribus, propter sepulchrorum inopiam, plurium simul cadavera vehiculis passim farracisque uno condenda loco exportarentur: atque hanc ob caussam principes fratres iure pontificatus maximi, quo fungebantur, asperrimas sepeliendi sepulchrorumque leges tum sanxisse: aliasque inter & hanc, *neuti quis vellet fabricaret sepulchrum.* Primum constare hinc puto, ex novae scilicet legislationis causa, non alium istarum legum fuisse finem, quam nem tam publice atque impune funerum ac sepulturae violaretur religio: quod pestilentia saeviente, in im praeferim plebe, evitari vix posse, exemplo Atheniensium a Thucydide *lib. ii. cap. 52.* memoriae prodito, commode illustravit magnus Casaubonus *ad Capitol. d. l.*

Quum itaque inter caussas inopiac sepulchrorum, im-

immoderatus sepulturarum luxus in primis censeretur, tam severe olim & a Decemviris in XII. vetitus, *tab. x.* l. 3. *seqq.* & postea ab Aedilibus Curulibus, in edito cuius meminit Cicero *lib. 11. de LL. cap. 23. Phil. IX. cap. ult.* & *lib. XII. ad Att. ep. 35. seq.* progressu autem temporis eo usque evagatus, ut fortunae paululum laetioris homines insanis fere sumtibus non veris tantum reliquiis rite conditis; sed mari quoque absuntis, vel peregre mortuis, monumenta sepulchralia cenotaphiaque, mausoleorum instar, passim extulerent: hanc proinde luxuriam Divi Fratres optimo tum consilio coercere, gravissimisque poenis prohibere instituerunt, inter alia sancientes; *ne uti quis vellet fabricaret sepulchrum:* quo iure & sua aestate usos fuisse Romanos idem Capitolinus refert; maiorum ita legibus, de funerum ac monumentorum sumptu modoque, velut postliminio reductis. Nihil itaque in vulgata istoruni verborum scriptura mutandum videtur, secus ac Salmaio placuit, pro *vellet* reponenti *belle;* & Casaubono, cum unius verbi adiectione ita legenti: *ut si quis SVCCEDERE vellet, fabricaret sepulchrum.*

Vt vero ad rescriptum nostrum revertamur, non aliud eo constituisse Imperatores videntur, quam ut levanda sepulchrorum inopiae cenotaphia illa religiosa, de quibus diximus, imaginaria religione liberata, tanquam *loca pura*, novis destinari sepulturis absque ullo pollutionis metu possent. Ita enim Vlpianus in *l. 6. § 1. D. de religios.* Si adhuc *MENTVM PVRVM* est, poterit quis hoc vendere & donare. Si *CENOTAPHIVM* sit, posse hoc *VENIRE* dicendum est: *NEC ENIM ESSE HOC RELIGIOSVM DIVI FRATRES RESCRIPSERVNT.* Atque hinc sumta, quae paululum immutata, sub eadem tamen inscriptione, in

92 L E C T I O N . I V R . C I V .

I.7. D. de rer. divisi. prioribus Marciani verbis subiuncta leguntur. Mens itaque *Vlpiani* haec est: cenotaphia post illud rescriptum religiosa amplius non videri, ac proinde emi, vendi, alienari, promiscue posse. Contra vero *Marcianus* opinabatur: manere nihilominus cenotaphia loca religiosa, etiam post memoratum rescriptum; utpote non alio fine imaginariae religioni ab Imperatoribus exenta, quam ut novis tantum sepulturis applicari, non vero in profanos converti usus possent: addita ratione, quod cenotaphia ex iure pontificio, & secundum auctoritatem veterum, omnino loca sint vere religiosa, divinique iuris; quae proinde ob perpetuum religionis effectum aliis adhibere usibus salva maiorum religione fas haud esset. Ita enim scribit: *CENOTAPHIVM quoque MAGIS PLACET locum esse RELIGIOSVM, sicut testis in ea re est Virgilius.* Ceterum in hoc sententiarum divortio, *Vlpiani* ut recentioris doctrinam, & bis in Pandectis relatam, auctoritati Marciani praeferri oportere, interpretes dudum monuerunt. *

C A P V T III.

*Species facti in l. 6. C. de pact. inter emit.
& vend. ex glossis repraesentatur.*

Contractus bonae fidei, ab initio *pure* initos, pactis in continentि licet adiectis conditionales non fieri, ac propterea ob pacta illa haud impleta rescindi non posse, certissimi iuris est, *l. 14. C. de rescind. vendit. & l. 6. C. de action. emit.* Contra vero *conditionalia* negotia suum ab existente demum conditione fortiri effectum, pleneque perfici, evidens iuris ratio similiter postulat, *l. 8. D. de peric.*

¶

& comm. rei vend. & l. pen. C. eod. Ad naturam porro negotiorum conditionalium contractus *necnominatos*, qui initium a datione capiunt, quam proxime accedere, facultas dantis in poenitendo indicat, datique repetendi ius; quamdiu nempe alter, qui accepit, contractui satis non fecerit, l. 3. § 2. & 3. D. de condic. caus. dat. caus. non sequ. Idem denique de mixtis negotiis, five quae ex nominato contractu & necnominato sunt conflata, dicendum videri, ex l. 6. C. de pact. inter emt. & vendit. pragmatici veteres, a Barbosa ad h. l. longo ordine recensiti, praecunte quoque glossa, ex professo tradiderunt; quam in sententiam & ego nullus descendere dubito.

Huius vero opinionis veritas ut eo pateat dilucidius, primum verba Impp. in d. l. 6. repraesentabo: Impp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. ita in rescripto ad Rimulum: *Cum te fundum tuum, certae rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transstulisse commemores, poterit tibi ea res non esse fraudi: QVANDO, non impletæ promissi fide, dominii tui ius in suam caussam reverti CONVENIAT.* Et ideo aditus competens iudex fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis, sine ulla iudificatione, sua auctoritate perficiet: *praecipue cum & adversa pars, recepitis nummis suis, nullam passa videri possit iniuriam.* His speciem ex sententia gloisae concinnatam subiicio. Est autem haec: *Vendidi tibi praedium pro decem, quod valebat viginti, hac lege: ut si per patriam tuam contingenteret me transire, quod tu honorifice me reciperes. Transivi, & non recepisti me, sed te abscondisti. Volo agere ex vendito, ut rem mihi restituas: quia hoc convenit forte; vel quod alias non essem distracturus, nisi fecisses quod convenit; ideo minori pretio vendidi: an rescindere venditionem possum,*

94 L E C T I O N . I V R . C I V .

sim, quaeritur. Resp. quod sic, refuso tibi pretio quod dedisti: quia pretio refuso nullam videris passus iniuriam.

Nemo non videt casum a glossa expressum, pro parte venditionem, & pro parte innominatum contractum esse, ex formula *do ut facias*: cuiusmodi species similes fingi infinitae possunt. Alius quoque ex glossatoribus in primo scholio ad d. l. 6. casum proponit a priori diversum, ex formula *do ut des*, ita scribens: *Pone sic casum: Dabo tibi pro centum, si dederis mihi equum.* Aliam vero speciem Cuiacius confinxit in *Recit. ad d. tit. C.* & auctoritate Collegii Argentoratensis ad tit. *de contrah. emt.* § 54. passim ab interpretibus transcriptam: aliam denique Ant. Faber, sed iure reprehensus ab Illustri Noodtio lib. IV. *Prob. cap. 2.*

Convenienter itaque utrique speciei in glossis relatae, solam reor alteram Accursii expositionem admitti posse, in verbis: *quod alias non essem distracturus, nisi fecisses quod convenit* &c. ab Azone etiam in comm. ad h. l. comprobata; a Noodtio autem rejectam, probata priori: cum quo dissentire qui voluit Waechtlerus, re vera consensit. Ecquis enim iuris imbutus principiis temere negaverit, contractum emtionis venditionis violato huiusmodi pacto non minus resolvi, quam adiecta commissoriae conventionis lege? quanquam in aliis differentia est: lege enim conventionis commissa non personalis tantum ex contractu actio, verum & rei iam traditae vindicatio venditori datur, l. 4. C. *de pact. inter emt. & vend.* pacto autem non servato sola ex contractu personalis, uti Imp. Alexander scribit l. 3. C. *eod.* quo etiam iuris loca, a doctissimo Noodtii Defensore in *Obs. Misc. vol. IIII. tom. I. p. 122.* adlata pertinent.

Ceterum in specie d. l. 6. alternative duas puto in per-

L I B . II . C A P . III . 95

personam actiones venditori competere, unam venditi, *arg. d. l. 3. C. eod.* alteram condicūtiā causā data causā non sequuta, *d.l.3.§ 2. & 3. D. de condic̄t. caus.dat.* eligendi arbitrio agenti relicto, *arg. l. 4. § 2. D. de leg. commiss.* atque ita iam olim ex Accursianis nonnullos, quos *ad d. l. 6.* immerito reprehendit Azo, sensisse constat: ita quoque visum magno Cuiacio, in *notis postumis a Vulteio editis ad d. l.* ita denique & Nic. a Salis, in *Sicilim. ex Codice, ad d. l. 6. p. 685. seq.* qui tamen bis fallitur; tum quod totum illud negotium, de quo *d. l.* agitur, non tam emtione esse, quam contractum innominatum existimat; tum quod ad repetendum cum fructibus fundum, non venditi actionem, sed praescriptis verbis dari scribit, *arg. l. 1. D. de rer. perm.* sed huic refellendo errori, satis per se manifesto, non immorabor.

Ex iis, quae disputavimus, genuinum *d. l.* sensum, factique veram speciem, satis iam liquere arbitrор; ita ut nulla nos necessitas a recepta lectiōne cogat recedere. Nostram proinde facere semper dubitavimus coniecturam Cl. Noodtii *d. lib. iv. cap. 2.* pro *quando conveniat*, id est, quandoquidem oporteat, substituentis *quando convenit*, id est, si quando placuit, pactum conventum est; multo licet iudicio in *Obs. Misc. d. l.* nuper ab anonymo defensam. Eadem vero usus iam dudum fuerat Iul. Pacius in *Anal. Cod. ad d. tit. p. 404.* cuius verba subiungo: *Nota, in d. l. 6. non legendum CONVENIAT, sed CONVENIT; eoque verbo non significari consensum Iuris auctorum, sed conventionem, seu PACTIōNEM, inter emtorem & venditorem.*

C A

C A P V T . I V .

*Sana esse verba Celsi in l. ult. D. de
condict. caus. dat. caus. non sequ.*

Non putamus famam ac fidem Celsi a nobis offendensum iri, si a recepta vulgatae lectionis scriptura vim maiorem conemur avertere. Verba eius in *l. ult. D. de condict. caus. dat. &c.* haec sunt: *Dedi tibi PECVNIAM, ut mihi Stichum dares, utrum id contractus genus *PROPORTIONE emtionis & venditionis est? an nulla hic alia obligatio est, quam ob rem dati re non sequuta?* In quod proclivior sum: & ideo, si mortuus est Stichus, repetere possum, quod ideo tibi dedi, ut mihi Stichum dares. Finge alienum esse Stichum, sed te tamen cum tradidisse: repetere a te pecuniam potero, quia hominem accipientis non feceris. Et rursus, si tuus est Stichus, & pro evicione eius promittere non vis, non liberaberis, quo minus a te pecuniam repetere possim. Ita in libris omnibus: neque aliter fere in Basilicis, eorumque scholiis, *lib. xxiv. tom. I. num. 16. p. 500. tom. III.* Εὰν παράσχω σοι NOMΙΣΜΑΤΑ, ἐπὶ τῷ δέναι μοι Πέτρον, όν εἰς πράσις, ἀλλὰ ἐναλλαγή. Si tibi PECVNIAM dedero, ut mihi Petrum dares, venditio non est, sed permutatio. &c. Ad quae verba Cyrillus in *schol. n. p. 513.* minus tamen curate: Εὰν δώσω σοι Ι. NOMΙΣΜΑΤΑ, ὥν Στίχον μοι δῷς, όν εἰς πράσις, ἀλλὰ ἐναλλαγή. Si dedero tibi NV-

* Id est, *partim, quodammodo*, ob intervenientem pecuniam; ita ut mixtum hoc negotium videatur, de quo *cap. prae. Cuiacii & Noodii interpretationes refellit Ampl. Bynkersh. lib. VI. cap. 24.*

NVM MOS DECEM, ut mihi Stichum dares,
venditio non est, sed permutatio.

Ait Celsus: *si pecuniam dederis, ut tibi Stichus daretur*, emtionem non esse; sed innominatum dumtaxat negotium contrahi, ex formula *do ut des*. Contra vero Paulus in *I. 5. § 1. D. de praescr. verb.* *Siquidem*, inquit, *pecuniam dem, ut rem accipiam, emtio & venditio est*. Tollendo insigni huic ἐναντίοΦερ Edm. Merillius *lib. I. Variant. ex Cui. cap. 19.* vocem *pecuniae* apud Celsum de nummis peregrinis, puta Poenis, Atticis, ex Volusio Maeciano interpretatur, suffragatorem nactus illustrem Iurisconsulatum Ger. Noodt *lib. iv. Prob. cap. 4.* qui praeterea, ut clariorem hanc sententiam redderet, sub initium legis, ex duabus siglis *pe. pec.* vel *peg. pec.* id eit, *peregrinam pecuniam*, nova coniectura censuit, librarium omissa sigla priore *pe.* vel *peg.* solam posteriorem *pec.* imprudenter expressisse; atque hinc vulgatam esse ortam lectionem, *dedi tibi pecuniam*; quum exarari debuisset, *dedi tibi PEREGRINAM pecuniam*. Verum huic nos liti haud immiscemus, lectore ad Ampl. Bynkershoekium *lib. vi. Obs. cap. 24.* & eruditum Anonymum in *Misc. Obs. vol. IIII. tom. I. p. 126.* ablegato. Vnum dumtaxat investigare constitui: ecquae veterum Iuris auctorum utriusque scholae decidendi ratio in proposito casu fuerit; & an Paulo idem ac Celso, quod vulgo volunt, placuisse videatur?

Quum ferventibus olim sectis, *Sabinus & Cassius* pretium rei venditae non in pecunia solum numerata, sed alia etiam in re: contra vero cum *Proculo Pegasus* in pecunia tantum numerata consistere posse, existimassent: qui deinde ab aetate Hadriani eos exceperunt *Herciscundi*, μέσην ὅδὸν τέμνοντες, quamvis neutrarum fere partium essent, tamen ob diversa

98 L E C T I O N . I V R . C I V .

queis innutriti erant artis principia, veterum vestigia dissensionum suis in scriptis evitare haud omnino potuerunt: velut exemplis largiter adlatis post Iac. Gothofredum & Chr. Ott. a Boekelen, ex professo ostenderunt Viri Cl. Io. Sal. Brunquellus & Gottfr. Mascoviis, in dissertationibus peculiaribus.

Et *Sabinianorum* quidem, subtiliter admodum rationantium, decidendi caussam hanc puto fuisse, quod in emtione venditione res etiam alia, dummodo *certae* per usum sit *aestimationis*, uti ante ita post inventum nummum, pretii naturam imitari, locumque subire possit; contra vero *Proculiani*, commodiorem fere vitae forique usum magis, quam philosophicam iuris rationem intuentes, pretii substantiam non sola aestimatione, sed vera ac definita *quantitate* censeri contendebant, *I. I. D. de contrah. emt.*

Ex mediae denique sententiae *Herciscundis*, in Proculi magis quam Sabini dogma proclivibus, alii subtilius, uti fit, popularius alii, philosophati videntur. *Celsus* enim in *d. l. ult.* ad substantiam veri pretii non solam per se pecuniam sufficere, sed *numeratam* & certa definitam quantitate requiri, putabat; ideoque in proposita specie non emtionem venditionem, sed *innominatum* referri negotium scribit, ex formula *do ut des*. Contra ea *Paulus* in *d. l. 5. § 1.* praeter pecuniam, quippe certam semper ac definitam *quantitatem* sua natura complexam, nihil aliud ad pretii esentiam exigi contendens, memorato in causa veram *emtionem* contraetiam fuisse ait, non permutationem, aliumve contractum necnominatum. Verba adscribo: *Et si quidem PECVNIA M dem, ut rem accipiam, EMTIO ET VENDITIO EST: si autem REM do, ut rem accipiam; quia NON PLACET permutationem rerum emtionem esse, dubium non est nasci civilem obligationem.*

Atque

Atque Pauli haec sententia, communi ceterorum calculo firmata, ista & sequenti aetate, sola in foro obtinuisse videtur: ita enim & Vlpianus in *I.7. § 1. D. de contrah. emt.* *Huiusmodi emtio; QVANTI TV EVM EMISTI; QVANTVM PRETII IN ARCA HABEO, valet.* Nec enim incertum est pretium tam evidenti venditione: magis enim ignoratur, *QVANTI emptus sit, quam in REI VERITATE incertum est.* Sub Hadriano autem & Antoniniis hanc publicae materiam disputationis fuisse, non obscure ipse Celsus *d. I. testatur*, nec non Paulus in *d.I. I. D. de contrah. emt.* Executiendis aliis aliorum litibus, hic moveri solitis, in praesens supersedeo. ✕

CAPUT V.

Defenditur Vulgata & Norica lectio in I.6.

*§ 4. D. de iure patron. Et an cef-
sante ratione cefset lex?*

Quod frequentandae liberis hominibus civitati, bellis intestinis exhaustae, lege Aelia Sentia cautum primum fuerat, ut qui libertum libertamve iureiurando ne nuptias inirent adegisset, iure patronatus caderet, *I.6. pr. seq. D. de iure pa-
tron.* id postmodum lege Papia Poppaea non solum confirmatum, sed facultas quoque liberto libertaeque iuratis data est, ut remissa periurii poena nuptias qui-
cum vellent rite inirent, *d. I.6. § 4.* Verba Pauli ex Pandectis Florentis haec sunt: *Lege Iulia de maritan-
dis ordinibus PER MITTITVR iuriurandum, quod
liberto in hoc * IMPOSITVM est, ne uxorem*

G 2

duce.

* Perperam cum Haloandro Vicençillius, oppositum.

100 L E C T I O N . I V R . C I V .

duceret; libertaeve, ne nuberet: si modo nuptias contrahere recte velint.

Iac. Cuiacius lib. xxi. *Obseru. cap. 29.* *tò permittitur exponit remittitur*, aliorumque, tum iuris locorum, tum Ovidii & Taciti, auctoritate illustrat, Lipsio suffragante, in *not. ad Tac. lib. I. Ann. cap. 8.* & Cl. Heineccio, *lib. II. ad L. Jul. & Pap. cap. 16. fin.* Quia vero insolens istius verbi haec significatio est, immo dubia atque incerta prorsus, primitiae denique notioni contraria, Viro summo Io. Frid. Gronovio iudice, *lib. IV. Obseru. cap. 2.* Vulgatam forte & Noricam editionem, quas diserte probant glossae, hic sequi satius est, quae *remittitur* exhibent. Ita enim praeter alios idem Paulus in *I. 6. & I. 14. D. de iureiur.* & Vlpianus *I. 9. § I. D. eod. Conf.* Brissoni *de Verb. Signif. h. v.*

Ceterum utramque hanc legem in *impotenti* liberto libertaque cessare, evidens iuris ratio postulat, *d. I. 6. § 2.* non aliam sane ob caussam, quam quia ratio istarum legum, quam initio diximus, in *impotentiibus* personis vim suam perdit, ipso id Paulo haud obscure monstrante. Sic *alimentorum* quoque transactio interdicta non censetur, si meliorem alimentarius caussam suam faciat; cessat enim paupertatis metus, unica istius prohibitionis caussa; ne scilicet extincto alimentorum debito ad inopiam redactus transfigens, cum sibi & aliis, tum reipublicae oneri sit, *I. 8. § 6. D. de transact.* Alia nunc exempla praetervehimur.

Semper itaque non *iure* tantum *naturali*, verum *canonico* etiam, & *civili*, sicut ex fine & ratione ipsum ius unice colligitur, ita etiam fine isto & ratione aliquo in casu plane sublata, vis quoque omnis iuris tollitur, *can. 8. Dist. 61. iunc. cap. 60. x. de appell.* hoc uno observato *discrimine*, quod civilibus in

in legibus id ita demum verum sit, ubi nulla temporis, aliave *quantitas* palam definita est: quo testamenta tutelaeque impuberum, alienationes minorum, restitutionsve, cum multis caussis aliis pertinere videntur. Quanquam enim, quod dissentientibus ultra largimur, sola imperantis voluntas pro lege est; praesumi tamen alia boni principis, quam publice utilis, voluntas non potest. Agimus autem de *lege* non satis aperta, sed aliquantum *dubia*, quaeque ut rite adplicetur interpretationem prudentum aut magistratum desiderat; non de clara ac manifesta per se: quo ex *L. Iulia de adulteriis* eorum etiam servorum, qui ruri vel in provinciis sunt, intra diem sexagesimum divortii, prohibitam manumissionem interpretes vulgo referunt, deficiente quamvis legitimae prohibitionis ratione, *l. 12. § 1. D. qui & a quib. manum. libb. non sunt*. Et ita quidem difficultas a V. Cl. nuper mota prorsus tollitur. Sed salva quoque absque responsione isthac legis ratio videtur, dudum aliis observata; quod nimirum * servus, ut ut adulterii commissi tempore domo absens fuerit; tamen vel ex ruricante domina, & amplexus suos in crucem mittere solita; vel ex conservis suis, dominici tori subfessoribus; vel mille modis aliis, de furtis Messalinae certior fieri, testarique in quaestione possit. Vid. Cuiacius *lib. xxi. cap. 16. init.*

Quam necessarium itaque Iuris sit studioso in ve-

G 3 ras

* Servos autem accusati vel accusatae omnes, urbanos, rusticos, provinciales, tum ante tum post divortium comparatos; utriusque vero parentis eorum filios familiari usui concessos, *ipsa lege* comprehensos; exterros autem parentum servos, id est, rusticos, provinciales, aliisve destinatos servitiis, *ex scripto* postea *Divi Hadriani additos* fuisse, auctor est *Vlpia*, nus tum in *d. l. 12.* tum in *l. 27. § 6. D. ad L. Iul. de adulst.* secus ac aliis *expositum video*.

1627 L E C T I O N . I V R . C I V .

ras legum rationes , cum philosophicas tum politicas , diligenter anquirere , constare vel hinc potest . Dissidenti post alios Pag . Gaudentio abunde satisfecit illustris Heineccius , in *praef. ad Elem. Digest.* Ipsum denique pragmaticorum axioma , *cessante ratione & legem cessare* , male nonnunquam & nuper adeo intellectum , quantum satis eit illustravit afferuitque Io. Corasius , *de Iure Civ. in art. redig. part. IIII. cap. 6.* & Val. Gul. Forsterus , *lib. II. de Interpr. Iur. cap. IIII. § II. seqq.* ut Nic. Everhardum , Steph. de Phedericis , Hornium , aliosque praeterea .

C A P V T VI.

Exempla ellipsios in l. 14. D. de transact. l. 15.

§ 3. D. ex quib. caus. mai. & l. I.

§ 14. D. de cloac.

QVAM obiter in superioribus *init. cap. 23. lib. I.* integri coimmatis ellipsis notabamus , in *l. 10. § I. D. de capt. & postl. rev.* aliis nunc exemplis illustratum ibimus . Primum offert Scaevara in *l. 14. D. de transact.* ita scribens : *Controversia inter legitimum & scriptum heredem orta est ; eaque , transactione facta , certa lege finita est.* Quaero : creditores quem convenire possunt ? Respondit : *si iidem creditores essent ; qui transactionem fecissent : * si alii creditores essent (propter incertum successionis) pro parte hereditatis , quam uterque in transactione*

ex-

* Florentinam scripturam Vulgata & Norica hoc modo supplent : *id observandum esse de aure alieno , quod inter eos convenisset.* quam tamen laciniam Basiliaca non agnoscent , *lib. XI. tit. II. num. 14. p. 777. ibiq. fabiol. p. 307. tom. I.*

expresserit, utilibus convenientius est. Disputationi de bona fide Scaevolae, a Noodtio in dubium vocata lib. II. Prob. cap. 2. & in lib. de paet. & transact. cap. 22. non immorabor. Videri possunt, eam in rem professa opera quae tradiderunt Viri Cl. Vlr. Huberus in *Eun. Rom. ad l. 3. D. de Transact.* Ant. Schultingius in *Enarrat. Pand. tit. de Transact.* § 17. Io. Ortw. Westenbergius, in *Comm. ad Constitut. D. Marci, diff. III. cap. 2.* Gul. Bestius in *Rat. emend. legg. cap. 4. p. 57.* & Io. van de Water lib. I. *Observ. cap. 1.* Me vero duplex occupabit labor: *unus*, quod ad sinceritatem lectionis attinet Florentinae, in *d. l. 14. alter*, quod ad diversas facti species, cum in *l. 3. D. de transact.* tum *d. l. 14.* a Scaevoia propositas.

Legitur Florentiae: *si iidem creditores essent; qui transactionem fecissent.* Post verbum *essent* omissa puto ἐλλειπτικῶς, & ex praecedentibus ἀπὸ νοιωθὲ repetenda, eos possunt convenire; ut integra haec sit oratio: *Quaero: creditores quem convenire possunt?* Respondit: *si iidem creditores essent, EOS POSSUNT CONVENIRE, qui transactionem fecissent.* Neque infrequens in optimis etiam auctoribus id esse, exemplis undique adlati grammaticorum filii dum observarunt. Vid. Thomas Linacer lib. VI. *de Emend. Struct. sub init.* Auf. Popma lib. II. *de Vse antiq. loquit. cap. ult.* Elias Maior *de Varianda Orat. cap. III. sect. IX. p. 418. seqq.* & Iac. Perizonius *ad Sanctum lib. IV. cap. 2. not. 1.* Quam ἐλλείφεως speciem proprio vocabulo ἀναταπόδοτον adpellari novimus, cuius plurima exempla ex utriusque linguae classicis deprompta, post Gul. Budaeum in *Adnot. ad D. p. 56. seqq.* Franc. Duarenus lib. I. *Disp. Anniv. cap. 50.* nec non post If. Casaubonum & Henr. Stephanum, Ger. Io. Vossius lib. IV. *Institt. O-*

104 L E C T I O N . I V R . C I V .

rator. cap. 12. p. 35. larga manu attulerunt. Conf. V. Cl. Pet. de Toullieu, in erudita dissertatione, *de Anantapod. in Iure occurrit.* Neque ab hac nostra explicatione auctoritatem libri Basili, eiusque interpretum abhorrire, rem ipsam fidem dabimus. Ita enim in *Basil. d. l.* legitur: 'Ει μὲν οἱ ἀντοὶ δανειστοῦσαι τῆς πληροφορίας, ἐπωνπαὶ ΤΟΙΣ ΣΤΜΦΩΝΗΘΕΙΣΙΝ. Vertit Fabrottus: *Si quidem iidem credidores hereditarii essent, ID OBSERVANT QVOD INTER EOS CONVENERIT.* Forte autem, salva graecitatis mediae analogia, & hunc sensum Florentinae lectioni magis congruum ista verba recipiunt: *conveniunt eos, qui transegerunt.* Quae tamen si coniectura nimis videatur temeraria, & συγχρόνων fide auctorum destituta; eandem nihilominus verborum vim orationi graecae inesse contendimus, ac si scriptum esset: *secundum transactionis legem inter se experiuntur:* vel, *mutuo se invicem conveniunt.* Ita enim & scholia stes d. p. 807. not. c. ἀναγνάζονται τοῖς αὐτοφωνηθεῖσιν ἐμμένειν, paciis conventis stare coguntur. Ideo autem, secundum transactionis legem; quia post aditam hereditatem mutua defuncti & heredum nomina ipso iure extinguuntur; quod uni etiam ex scholia stes, minus tamen accurate, observatum video, d. pag. 807. not. b. Atque haec pro lectione codicis Florentini, etiam a Contio defensā in *not. ad d. l. 14.* Concifum vero Scaevolae, & abruptum saepe stilum notarunt plurimi, inter quos Franc. Connarus *lib. vi. Comm. Iur. Civ. cap. 9.* & Iust. Zinzerlingus in *Comm. ad l. 5. D. de Naut. Foen. cap. ix. p. 1475. tom. v. Thes. Iur.* ab eoque citati alii. X

Iam ad diversas facti species progredimur, aliam in *l. 3.* aliam in *l. 14.* a Scaevola relatas. Priori loco haec legimus: *Imperatores Antoninus & Verus ita rescriperunt: Privatis pactionibus non dubium est*

est non laedi ius ceterorum: quare transactione, quae inter heredem & matrem defuneti facta est, neque testamentum rescissum videri posse, neque manumissis vel legatariis actiones suae admittae. Quare quidquid ex testamento petunt, scriptum heredem convire debent: qui in transactione hereditatis, aut cavit sibi pro oneribus hereditatis, aut si non cavit, non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre. Nemo opinor non videt, de uno ex testamento herede conceptam speciem esse; matremque defuncti, testamento per querelam non rescisso, neque heredem neque coheredem extitisse; sed alia ei via interposita transactione satisfactum ab herede fuisse: ac proinde hunc solum & manumissis testamento, & legatariis esse obnoxium; quod cur alii de creditori bus etiam hereditariis, cum Accursio *ad d. l. 14.* intelligere dubitent, nullam equidem rationem video.

At in *d. l. 14.* cuius verba initio repraesentavimus, *duo* pariter extitisse *heredes* proponuntur, unus legitimus; testamentarius alter; quorum ante factam transactionem vel neuter adierat, quod Cl. Schultingio videtur *loc. cit.* vel uterque, quod verius puto; non autem scriptus solus, quae hypothesis Noodtii est, ab Vlr. Hubero recte confutata, in *Eun. d. l.* Inter facti vero species, ab Accursio aliisque, huic liti accommodatas, non inelegans videtur, quam scholiares Basilicorum confinxit, *d. tom. I. p. 806. not. a.* ubi Τυχὸν, inquit, ἀδελφός με τελευτῆσας ιατέλιπε σεμνὸν καὶ ἀσεμνον ἀλυρούμον: *Fortasse frater meus turpem personam & integrae dignitatis hominem heredes scripsérat.* Pone enim: remoto per querelam infami, fratrem ob rescissum testamentum totam hereditatem iam suam esse contendere, *arg. l. 7. D. de reg. iur.* contra vero & institutum alterum fratre excluso eandem totam sibi

vindicare, eodem prorsus argumento, propter necessarium ad crescendi ius. Transigunt vero, seque invicem veros heredes pro quotis partibus agnoscunt. Hoc certe casu, uter alteri cesserit, & utri eorum veri nomen heredis soli competit, dubium est quam maxime; siquidem ambo simul heredes facti ipso iure intelligi non possunt, *arg. d. l. 7.* Respondet itaque **Scaevola**; cessantibus actionibus *directis*, quae non nisi adversus iustum moveri heredem possunt, utrumque eorum, propter incertum successionis ius, pro quota hereditatis parte, in transactione definita, *utilibus* conveniri a creditoribus oportere. Atque ita, quod ab initio locum habere non potest, eventu inspecto nonnunquam obtinet; ut scilicet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quis decepsisse videatur. Neque insolens hoc esse, quum alii iam interpretes ex *l. 15. § 2. D. de inoff. testam. ex l. 19. & l. 24. D. eod.* monuerint, plura addere supersedeo.

Alterum ἐλείφεως exemplum occurrit *l. 15. § 3. fin. D. ex quib. caus. mai.* ubi Vlpianus eum, qui differt *RESTITUTIONEM**, non esse audiendum ex Neratio scribit. Subauditur mea sententia verbum *petere*, aut simile; ita ut nulla omnino ratione Ant. Faber in *Ration. ad h. l.* vocabulum *restitutionis* expunxerit, satis acerbe notatus a Bachovio *ad xp. p. 1199.* qui praeterea ex Alberico apud Accurium non de restitutione Praetoria, sed actione civili ordinaria, vocem illam recte accipit; Vlpiani vero orationem hoc modo supplendam censet: *qui differt hoc agere, mota actione sibi competente, ut res*

* Vulgari sensu, uti ipsum verbum *restituere*, actio *restitutoria*, iudicium & interdictum *restitutorium*. Vid. *l. 20. D. de rei vind. l. 35. & l. 75. D. de verb. signif. ibiq. interpp. & Brisfornius b. v.*

res sua sibi restituatur; quam & Martini ait fuisse olim sententiam, aliam vero Bulgari cum communi Doctorum schola. Suam quoque priorem illam explicationem fecisse videntur alii, ut illustris Gundlingius *part. xxvi. obs. ii. § 8. seq.* nec non V. Cl. Iac. Voorda, *Interpp. & Emendd. cap. 3.* Mihi vero Ελεύθερη a paraphrasi distinxisse sufficit. Is enim, ut verbo hoc addam, *differre restitutionem* Vipiano dicitur, qui non in tempore eam petit, id est, rei vindicationem non instituit. Neque multum hinc abludit species Tryphonini, in *I. 16. D. de fund. dot.* ab Nic. a Salis commodum hic citata.

Tertium denique exemplum idem suppeditat Vopianus in *I. i. § 14. D. de cloacis.* Sed & *damni infecti cautionem Praetor pollicetur*, si quid operis vitio factum est: nam sic, uti reficere cloacas & purgare, permittendum fuit; ita *DICENDVM*, ne *damnum aedibus alienis detur*. Subaudiuntur ex antecedentibus, *sic reficere eas & purgare permissum fuisse*, ut *integra oratio haec sit: nam sic, uti reficere cloacas & purgare permittendum fuit, ita dicendum, SIC REFICERE EAS ET PVRGARE PERMISSVM FVISSE*, ne *damnum aedibus alienis detur*. Conf. *pr. & § 12.* eiusdem *I. i.* Aliam vero viam in exponendo Vipiano ingressus Cl. Voorda, *Interpp. & Emendd. cap. 8.* pro *dicendum* substituit *videndum*: a qua tamen emendatione, praeter ea quae dixi, nimia quoque litterarum me retrahit disparitas. Quam ingenuam amici dissensionem, uti forte & plures alias, amice Virum Cl. & liberaliter accepturum spero: *hanc etenim veniam petimusque damusque vicissim.*

C A P V T V I L

Coniecturae ad l. 2. pr. D. de adoption. & emancipat. iunc. l. 2. 6. 8. & 9.

C. eod.

QVAM CAIUS lib. II. Inst. tit. III. § 3. & Vlpianus tit. VIII. § 2. 3. 5. per *populum* fieri adrogationem scribunt; ea in Pandectis ex eodem Caio, eodemque libro II. Institut. auctoritate *Principis* celebrari dicitur, *l. 2. pr. D. de adopt.* Quia vero & Gellius Caui aequalis lib. V. cap. 19. totidem omnino verbis *adrogationem* per *populum*, *adoptionem* per Praetorem, sua adhuc aetate peractas testatur; & Diocletianus demum, qui & externam veteris rei publicae imaginem in regii formam regiminis primus convertit, Eutropio auctore lib. IX. cap. 16. rescriptis suis omnem comitorum vim accommodasse legitur, *l. 2. C. de adopt.* nullus dubito, quin Imperatori suo dicto audiens Tribonianus veram Caui scripturam in mores seculi inflexerit, & pro *populo* nomen *principis* substituerit. Vid. Giphanius ad d. *l. 2. C.* Evidem non ignoro, aliam vulgo doctrinam placere, tum quod ad rem ipsam, tum quod ad interpolationem *d. l. 2. D.* attinet. Sed missis aliorum commentationibus meae rationem coniecturae paucis dabo.

Adrogationem non libera solum republica, *verum* sub Imperatoribus quoque post Augustum, ad aetatem usque Diocletiani & Maximiani, non nisi solemniter, & auctoritate pontificum, interveniente *lege curiata*, perfici solitam fuisse, uno omnes ore veteres attestantur: hac solum observata differentia, quod ab aetate Ciceronis, iam invalescente

Caesa-

Caesarum tyrannide, & pontificatu maximo in solos Augustos translato, nuda comitorum imago, per triginta lictores adumbrata, vice populi, *dicas* tantum *caussa* adhiberetur, quod supra iam attigimus, *lib. I. cap. 3.* De ritu *antiquo* in adoptione Clodii videntur Cicero, in *Orat. pro domo, cap. 14. seq. ibiq. Hotm. iunc. Orat. pro harusp. resp. cap. 23. & Orat. de provinc. consul. cap. 19.* Conf. Dio Cassius *lib. xxxix. p. 97.* Exemplum adoptionis testamentariae Augusti, a populo *κατὰ νόμον κεράτου* rite confirmatae, refert Appianus *lib. IIII. de bell. civ. p. 586.* ubi male *plebiscitum* a Tollio vertitur. *Novae autem adrogandi formulae* passim meminerunt historiae augustae conditores: Suetonius in *vita Aug. cap. 65.* Tacitus *lib. XII. Ann. cap. 26. & 41.* Idem *lib. I. Hist. cap. 15.* & Vopiscus in *Aurel. cap. 14. seq.* ubi quae legis, & adoptionis rite impletae fit mentio, sententiam Iac. Raevardi, *de auctōr. prud. cap. 6.* ab aliorum facile diffensu vindicat.

Atque haec ad Diocletianum usque, uti diximus. Hic vero inter alia plurima, antiquae libertatis *λειψανα*, & hoc augustae vindicavit maiestati, ut adrogationes ex rescripto principis impetratae eodem in posterum iure & effectu, ac si per populum lege curia rite factae essent, potirentur. Fragmentum illius constitutionis in *d. I. 2. C. de adopt. sub finem ita habet:*
Adrogatio EX INDVLGENTIA PRINCIPALI facta perinde VALEAT, apud Praetorem vel Praesidem intimata, ac si PER POPVLVM IVRE ANTIQVO facta esset. Repetita quoque novi huius iuris sanctio in *I. 6. C. eod.* ubi iidem Imp. ita rescribunt Meliano: *Adrogationes eorum, qui sui iuris sunt, nec in Regia urbe, nec in provinciis, nisi ex RESCRIBTO PRINCIPALI fieri possunt.* Quo sensu in *I. 9. C. eod.* quae eosdem auctōres

XI L E C T I O N . I V R . C I V .

res habet , huiusmodi adrogatus *ex beneficio nostro adoptatus* dicitur.

Forte autem nova haec adrogationis species multo esse antiquior aliis interpretibus videbitur , & ab Antonino Pio dudum ante Diocletianum iam introduceta : utpote qui & *impuberes* utriusque sexus ex inquisitione adrogari primus concessit , *quartamque bonorum adrogatoris una cum fatisdatione primus definivit*, auctore Vlpiano , *tit. viii. § 5. & l. 8. § 15. D. de inoff. testam. l. 17. § 1. seqq. l. 18. seqq. l. 32. § 1.*

D. de adopt. Idem enim & puberum quoque *feminarum* adrogationes permisisse vulgo dicitur , auctoritate non solum aequalis eius Caii , *l. 21. D. eod. verum & Vlpiani d. tit. viii. § 5.* quo posteriore loco pro *adrogant* cum Cuiacio *adrogantur* legendum esse fere omnes contendunt ; contraque Iac. Guttherium *lib. 11. de vet. iur. pont. cap. 7.* pluribus evicit Io. Frid. Gronovius *ad Liv. lib. xxxix. cap. 19.* Denique ex *d. l. 2. C.* ipsius verbis Diocletiani his : *per populum, iure antiquo* , adrogationem aiunt inter res obsoletas , ac desuetudine dudum inumbratas referri. Ita illi. Vid. Viri Cl. Ant. Schultingius *ad Vipian. d. l. & Io. van de Water lib. 111. Observ. cap. ult.*

Liceat vero mihi , aliorum auctoritate posthabita , meo hac in re sensu abundare. Equidem ultro largior , adrogationem utriusque sexus *impuberum* Antonino Pio deberi , *d. l. 20. & l. 17. § 1. D. de adopt.* an vero & feminarum *puberum* , uti vulgo volunt , mihi ut verum fatear non liquet. Verba certe Caii in *d. l. 21. & Vlpiani d. § 5. tit. viii.* secundum emendatam Cuiaci lectionem , de eiusdem generis feminis posse accipi non videntur. Et Caius quidem , haud secus ac Marcellus in *praec. l. 20.* feminas nondum viri-potentes intelligit , & in aetatis adhuc tutela constitutas : uterque enim de solis *impuberibus* loquitur , quemad-

quemadmodum ex voce *pupilli*, ab Antonino usurpata facile constat; quam latiore hic significatione interpretandam Marcellus scribit, ut *pupilla* quoque comprehendatur. Vlpianus vero d. tit. viii. § 5. de *puberibus* feminis agens, per populum Romanum adrogari eas haud posse ait; manifesta iuris ratione, quod auctores illae secundum leges fieri non possint, perpetuae quippe sexus tutelae obnoxiae: tutoris vero auctoritas hic nulla erat, utpote in privatis tantum negotiis, non publicis valida; ne de comitiorum iure, semper feminis negato, quid memorem.

Evidem quae dixi omnia & in *pupillis* obtinuisse constat, comitiorum pariter incapacibus: hi vero quum adrogari iure novo possint, qui minus & *feminae*? Quoniam pupillorum in utilitatem singulari iure ab Antonino permitta, non magis quam privilegia certis indulta personis, temere ad aetatis adulterioris feminas extendi possunt. Audiamus Gellium, Antonini & Caii scriptorem οὐχ ποτε is enim lib. v. cap. 19. disertis verbis, ante conditum illud Antonini rescriptum, rem omnem ita persequitur: *Adrogantur ii, qui quum SVI IVRIS sunt, in alienam sese potestatem tradunt; eiusque rei IPSI AVCTORES sunt. Neque PVPILLVS autem neque MVLIER, quae in parentis potestate non est, adrogari possunt: quoniam & cum FEMINIS nulla comitiorum communio est; & TVTORIBVS in PVPILLOS tantam esse auctoritatem potestatemque fas non est, ut CAPVT LIBERVM fidei suae commissum alienae ditioni subiiciant.* In antecedentibus dixerat: *adrogari non potest nisi iam VESTICEPS.* Conf. Caius in d. l. 2. pr. D. de adopt.

Vt vero omnem dubitandi ansam dissentientibus praecidamus, novo argumento, eoque forte haud infirmio, ex aetate & verbis utriusque Iureconsulti in dd. ll.

112 L E C T I O N . I V R . C I V .

dd. II. 20. & 21. id ipsum evincemus. Caium Marcellum annis priorem recte omnes statuunt, quamvis & aequales sub Antoninis fuisse, Pio, Marco item & Vero, Marcoque solo, haud minus recte dici possint. * Quod si vero iam Divus Pius, quo imperante vir Caius, adolescentes Marcellus, adrogari posse feminas pubertatem ingressas novo rescripto statuisset; sane Marcellus, qui sub Divis Fratribus & Marco sua pleraque conscripsit, in *d. l. 20.* non interpretationis beneficio vocabulum *pupilli*, quo usus fuerat Pius, ad *pupillam* quoque extendendam coniecisset; verum publice ita iuris esse ex peculiari eiusdem Principis constitutione adseverasset. Omnino itaque memorata Caii verba in se spectata: *Nam & FEMINAE ex rescripto Principis adrogari possunt;* non de feminis plane omnibus, sed immaturis solis, in eadem cum masculis tutela positis, intelligenda videntur; secus atque interpres fere omnes huc usque tradiderunt. Atque hoc modo salvus esse Vlpiani verborum sensus potest, *d. tit. VIII. § 5. in med.* *Per populum vero Romanum FEMINAE quidem non adrogantur:* nullaque opus interpretatione longe quaelita, & cavillatoria magis quam vera. Ultima certe verba *d. § 5.* aliud in pupillis, aliud in feminis, iure etiam novo post Antoninos obtinuisse satis indicant. Summam vero disputationis hanc puto: Diocletianum & Maximia-

* *Caii enim aetas in Hadriani tempora incidit, usque ad Marcum fine collega, & Commodum, l. 7. D. de reb. dub. l. 9. D. ad Sæt. Tertull. l. pen. D. de stipul. serv. Marcelli vero ab Antonino Pio ad Severum usque & Caracallam extenditur, l. 48. D. de cond. & dom. l. 19. D. de testam. tut. Conf. inscr. l. 63. D. de adqu. v. omitt. her. iunc. l. 16. inscr. & § 1. D. qui testam. fac. & Iul. Capitolinus in vita Antonii Pii, cap. 12. Dionis vero Cassii, & Zonarae locis, cum Bertrando, Greto, Heineccio, aliisque non utor.*

L I B . II . C A P . VII .

ximianum, uti omnis puberum ex rescripto, ita & feminarum adrogationis, primos auctores extitisse; eoque sensu *l. 8. f. C. de adopt.* accipiendo esse: *Nam sui iuris adrogatio FEMINAE, nisi EX NOSTRO RESCRIBTO, nunquam procedit.* Aiunt: *nunquam*, id est, non solum si *impuberes*, uti antea; verum etiam si *puberes*, sua nimirum aetate. Deinde & aliud quoque hos Imperatores circa adrogationem recens statuisse constat: ut in posterum non solum Romae, unica maiestatis & comitiorum sede; verum etiam in provinciis illa peragi ex rescripto posset, *l. 6. C. eod.* * secus ac antea. Vlpianus *d. tit. VIII. § 4.* Praeter Giphantium superius laudatum conferri quoque meretur ὀμόδηπος Marcilius, *ad prooem.* & *§ 1. Inst. de adopt.* errore tamen eius, quo duos nobis Caios confinxit, unum Antonini, alterum Diocletiani aequalem, stigmate notato: qua de re porro adeundus *V. Cl. Fr. Car. Conradi, in diff. de vera aetate Caii.*

C A P V T VIII.

Ad l. 8. l. 17. § 1. & l. 19. D. eod.

SVNT & alia hoc titulo Iuris loca, quibus lucem qualemcumque foenerari pergimus. *Primus* est Modestini, ex libro *II.* Regularum, in *l. 8. D. eod.* ubi ita infit: *Quod, ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione, ante tenuerat, sub Divo Claudio recte mutatum est.* Impropius auctoritatem pro com- *H*

* Vbi *re regia manifestum Triboniani glossema est*; pariter ac in *l. 1. pr. D. de constit. princ.*

114 L E C T I O N . I V R . C I V .

tamez

consensu hic positam quivis videt: speciem vero legis aliam fingunt alii. Cuiacius verbo *intercederet* pro *sufficeret* accepto, de feminis puberibus Modestinum accipit, earumque perpetua iuris veteris tutela, a Claudio, ut ait, sublata, lib. xxvi. *Obseru. cap. 7.* Verum quum nec memorata locum significatio habeat, perpetua quoque feminarum tutela diu post Claudiū obtinuerit, recte expositionem istam dum exploserunt viri docti: Iac. Raevardus lib. 1. *Var. cap. 10.* Iac. Gothofredus, *ad l. 2. C. Th. de tut. & cur. & Cl.* Noodtius in *Comm. ad D. tit. de adopt.* qui sibi nondum liquere testatur. Ingeniosa omnino est conjectura Viri consultissimi, mihiique amicissimi, Carp. Ant. Conynenbergii, in *diss. inaug. de Adopt. feli. II. cap. III. § 20. p. 74.* distinctione transposita existimantis, interpolatum esse Modestini fragmentum ex *I. ult. C. de auctb. praest.* legendumque forte hoc modo: *Quod, * ne curatoris auctoritas intercederet, ante tenuerat sub Divo Claudio, recte mutatum est;* constitutione scil. Iustiniani, in *d. I. ult. C. sub fin.* Ut vero & meam cum aliis symbolam conferam, ad curatores tantum eos Claudiū legem, vel senatusconsultum, pertinere puto: qui vel *prodigiis* ex lege decemvirali, vel improvidis rerum adolescentibus ex lege Laetoria, dari tum solebant; postea vero ab aetate *Divi Marci* ad omnes plane curatorem adeptos extensum fuisse; quo etiam sensu Modestinum interpretor. Sane ante Claudiū, haud magis in adrogatione, quam in nuptiis, curatorum consensu opus fuisse certissimum est: Claudiū vero publicae utilitatis causa recte illud mutasse ait noster; cui hac in re, licet soli, fidei non minus deberi, quam in mille aliis, unius tantum scriptoris auctoritate subnixis,

* In vulg. edit. *ut nec*, eodem sensu.

nixis, ego quidem nullus dubito. Et forte alia inter capita Claudioe legis & hoc censendum videtur. Vlpianus tit. xi. § 8. l. 3. C. de leg. tut. iunc. l. 2. C. Th. de tut. & cur. & Suetonius in *Claud.* cap. 23. iunc. § 3. Inst. de Att. tut.

Pergimus ad locum Iuris alterum in l. 17. § 1. D. eod. ubi sequentem in modum Vlpianus: * *EORM duntaxat pupillorum adrogatio* ** *PERMITTE NDA* est (*HIS*) qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti † *ADOP-TARENT*; ceterorum prohibenda: ne ‡ *ESSET* in potestate tutorum, & finire tutelam, & substitutionem a parente factam extinguere. Graecismum initialibus in verbis recte observavit laudatus Conynerbergius, d. diff. sect. II. cap. v. § 1. p. 86. Sumitur enim *pupillorum-adrogatio*, velut per figuram υφ εν, ac si unum esset vocabulum. Vid. Diomedes lib. II. p. 429. ed. Putsch. Scaliger lib. II. de *Caus.* L. L. cap. 57. & Giphanius ad *Lucr.* lib. I. vers. 124. in *Ind. v. semper-florens.* *EORM*, id est, tutorum; velut ex princ. hui. leg. palam est, & diserte testantur Graeci libro XXXIII. tit. I. sub init. p. 760. tom. IV. Οὐδεὶς ψιθυτεῖσθαι τὸν ἀνησκόν δύναται, ἐι μὴ συγγενῆς ἀντεῖ, οὐ κρίσιν ἔχων πρὸς αὐτὸν διάθεσιν. Ινα μὴ ἔχων ἀδειαν οἱ ἐπίτροποι, λύειν τὰς ἐπιτροπὰς, καὶ τὰς παρὰ τῶν γονέων

H 2

* In aliis codd. iis: sed repugnat ad ceterorum in seqq. frustra contrarium tuncante Pacio ad h. l. Russardum & Charondam sequuto.

** Vulg. perperam: *promittenda*.

† Abest haec vocula Florentiae, aliis vero libb. inserta, ac si penderet ex τῷ τοῦ.

‡ Gul. Bestius in *Rat. emend. leg. cap. I. § VIII. num. 4.* mavult *adoparentur*; quam vero infeliciter, notatum iam aliis, repugnantque cum antecedd. Basilica.

‡ Vulgata: *sit, quod recessus forte.*

116 L E C T I O N . I V R . C I V .

γονέων γενομένας ὑποκατασάσεις , ΤΙΟΘΕΤΟΤΝΤΕΣ , τῆς ὑπὸ ἀυτῶν ἐκπροπευομένης. Vertit Fabrottus: *Nemo pupillum adrogare potest , nisi cognatus eius sit , vel eum adfectione sancta complectatur : ne sit in potestate tutorum , tutelae suae commissos AD OPTANDO , tam tutelas quam factas a parentibus substitutiones extinguere.* Et ita quoque scholia stes not. a. p. 763. Conf. l. 32. § 1. D. de adopt. Sunt qui ad duorum constructionem genitivorum id loquendi genus referant, nec male; eiusque frequentem nuper usum post Sanctium & Perizonium data opera illustravit Cl. Voorda *Interpp. & Emendd. cap. 2.* Conf. l. 17. D. de minor. Mirus vero verborum est ordo, vel σύγχυσις potius, apud Ioannem glossatorem, *ad b. l. Pupillorum adrogatio permittenda est HIS duntaxat , qui cognitione EORVM naturali , vel sancta adfectione eorum , id est pupillorum , ducti &c.* Multo autem concinnior Bulgari structura, apud Accursium d. l.

Supereft locus *tertius* eiusdem Vlpiani, eodemque ex libro, in l. 19. pr. D. eod. tit. tentatus ab illustri Noodtic, in *Comen. ad b. t.* Verba adscribo: *His verbis satisfactionis , quae ab adrogatore praefari debet: AD QVOS EA RES PERTINET: & libertatibus prospectum esse , quae secundis tabulis datae sunt , & multo magis substituto SERVO , item legatariis nemo dubitat.* Conf. Marcellus in praeced. l. 18. & Imp. § 3. *Inst. eod.* Duplex indicatur cautionis sensus: unus *directus* & primarius, secundarius alter & per *interpretationem* a Iurisconsultis adiectus. *Priori* sensu heredes intelliguntur, quibuscum suo iure testamenti factio est, tum legitimi, tum substituti testamentarii, l. 70. § 1. D. de verb. sign. ibiq. *Gul. Fornerius*: sensu vero *posteriori* legatarii, aliive a testatore honorati; inter quos non solum censentur

sentur servi, secundis tabulis manumissi; sed multo magis qui impuberi a patre sunt substituti, Vlpiano auctore, d.l. 19. Vid. Phaedrus lib. III. fab. x. sub init. Quae omnia quum theoriae Romani Iuris convenientissima sint, nihil caussae video, quare in d.l. 19. pr. vocabulum *servo* expungi cum Noodtio debeat.

CAPUT IX.

*Receptarum Lectionum
Δώδεκας.*

I **P**AULUS libro III. ad Edictum, in l. 7. D. de naut. foen. In quibusdam contractibus etiam usurae debentur, quemadmodum per stipulationem. Nam si dedero decem traiectitia, ut salva nave sortem cum * CERTIS usuris recipiam: dicendum est, posse me sortem cum usuris recipere. Lacunam hic reperit Noodtius post etiam, supplendam hoc modo: In quibusdam contractibus etiam EX PACTO usurae debentur, &c. lib. IV. Prob. cap. 6. & lib. III. de Foen. & Vl. cap. 2. item de paci. cap. 13. Sed mea sententia ellipsis est, integranda ex seqq., quam & glossa agnoscit, probatque Cuiacius, in not. solemn. a Vultazio edit. ad h. l. Per quosdam contractus potissimum intelliguntur traiectitiae, l. 26. § 1. C. de Vsur. Alios enumerat Donellus de Vsur. p. 14. seqq. Waechteri vero crisi erudite confutavit Anonymus in Misc. Obs. tom. II. vol. III. p. 272.

II. Vlpianus libro II. de officio Consulibus, in l. un.

H 3

§ 2.

* Solus Haloander edidit, ceteris; quod vero & naturae negotii, & menti Pauli omnino contrarium est.

118 L E C T I O N . I V R . C I V .

§ 2. *D. eod. tit.* *Consules apud se servos suos manumittere posse, nulla dubitatio est. Sed si evenerit, ut minor xx. annis Consul sit, apud se manumittere non poterit; cum ipse sit, QVI EX SENATVS CONSILIO CONSVLTO CAVSSAM EXAMINAT:* apud collegam vero, caussa probata potest. Haec ut ut omnium librorum constans lectio est, criticorum tamen equuleum effugere haud potuit misera. Iac. Cuiacius ad § 4. *Inst.* qui & a quib. man. &c. iunc. lib. iv. *Obs. cap. 31.* pro ex senatusconsulto siglarum ope reposuit ex sententia constitutionis. Franc. Hotmanus lib. vii. *Obs. cap. ult.* itidem ex figlis, pro senatusconsulto rescripsit sententia, velut ex vetere formula *D. C. S.* id est, de consilii sententia. Iac. Raevardus in *Protrib. cap. 13.* fide lectionis in Ms. quodam codice, ita restituit: *qui ex se cum consilio.* Verum merito omnia istaec Cl. Noordkerkius professa opera expposit, in *Obs. Dec. cap. 1.* ipse autem eleganti coniectura legendum censet: *qui ex senatusconsulto cum consilio*, quasi scriptum fuerit *CVM filio.* Denique Celeb. Hofmannus, *diss. 11. ad D. § 5.* haud minus ingeniose vulgatam scripturam retinendo vocem *consilii* interpretatur de manumittendi proposito. Mihi, ne ἀσύμβολος abeam, *causa consilii* nihil aliud hoc loco, quam caussam in consilio cognoscendam significare videtur: quo sensu *causas comitiorum, centumviralium iudiciorum, &c.* dicere solemus.

III. Marciānus libro xvi. Institutionum, in l. 19. *D. de ritu nupt.* ita loquens inducitur: *Capite xxxv. legis Iuliae, qui liberos quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere: vel qui dotem dare non volant, ex constitutione Divorum Severi & Antonini, per proconsules praefidesque provinciarum, coguntur in matrimonium collocare & dotare.*

dotare. Non describam, quae de vexatissimo hoc fragmento viri artis nostrae principes erudite adnotarunt. Vnum laudabo Bynkershoekium lib. iv. Obs. cap. 13. eique comitem adiungam Heinecium lib. i. ad L. Iul. & Pap. cap. v. § 2. Mihi iam sufficerit receptae lectionis sensum, satis ut videtur commodum, paucis illustrasse. *Duo* esse huius legis membræ series tractationis indicat: *unum* de sanctione legis Iuliae, si parentes liberorum in potestate nuptias iniuria prohibuerint: *alterum* de constitutione Severi & Antonini, si nuptias quidem directe non prohibuerint, ast dotem filiabus dare negaverint. Vtriusque vero iuris sanctio est eadem; ut nimirum & collocare liberos, & dotare, parentes cogantur. *Collocare* quidem ex capite xxxv. legis Iuliae; *dotare* autem ex Imp. Severi & Antonini constitutione; de qua etiam sola proconsulum & praefidum mentionem capiendam puto: ne praeente Cl. Heinecio verba vulgata emendare, & *proconsulibus praetorem* ex singula quadam incerta substituere cogamur. Ceterum quae circa inscriptionem dubia nuper movit Vir consultissimus, Herm. Noordkerkius in Obs. Dec. cap. 2. ad ea respondentem videlicet Cl. Hofmannum, in eruditissima commentatione *ad L. Iuliam de Adulteriis*, cap. III. § 5. p. 63. seq.

IV. Vlpianus libro xi. ad Edictum, in l. 18. § 1. D. de minor. haec habet: *Sin autem princeps sententiam dixit, perraro solet permittere restitutio-* *nem, * ET induci in auditorium suum EVM,* *QVI per infirmitatem aetatis captum † SE DI-*

H 4.

CAT

* Mavult Cl. Noordkerkius: *sed induci, pro sed deleri, scilicet sententiam principis.* Cui emendationi convenienter & sequentia aliter distinguit, corrigitque hoc modo: *sed induci in auditorium suum, cum quis &c.*

† In Vulg. *so esse dicit*, ubi ellipsis notat GL. *et* *resistit*, *principis nempe.*

CAT (dum ea, quae pro causa sunt, * *DICTA NON allegat*) vel ab *ADVOCATIS* † *PRO-DITVM queratur*. Vulgo cum Glossa, & Basiliis lib. x. tit. IV. n. 18. p. 623. tom. I. duos hic casus proponi aiunt, quibus a regula initio memorata velut per exceptionem recedatur. *Regula* est: contra sententiam a principe dictam restitutio non datur: *prima* exceptio, nisi minor ea sit laesus, omissa defensione idonea: *altera*, nisi minoris causam advo-catus praevaricator prodiderit. Ita etiam nuperime facundissimus fori Batavi apud Amstelaedamenses patronus, Hermannus Noordkerk, in *Decade Ob-serv.* cap. 2. p. 75.

Mihi vero nihil aliud indicare Vlpianus videtur, quam impetrari a minoribus laesis in integrum restitutionem semper posse, contra sententias magistratum, etiam supremorum, l. 16. § ult. & l. 17. D. eod. iunc. l. 36. D. eod. & tit. C. si adv. rem iud. contra principis vero sententiam non item, d. l. 18. § 1. quod exemplo Glabronis Acilii ibidem illustratur: quanquam causa cognita restituere princeps soleat adversus sententias quorumcunque aliorum, etiam vice sacra iudicantium; sed solus, d. l. 18. § 2. & l. 3. C. si adv. rem iud. Siue itaque minor in cognitione imperiali, vel per infirmitatem aetatis captum se dicat, vel pro-

* Edd. Vulg. & Hal. *non dicta*: quam lectionem & Budaeus sequitur, ad h. l. mihique verissima videtur: nisi quis vel cum Heraldo lib. I. de rer. iud. aut. cap. xiv. num. 3. rā non allegat pro negat, & quād, accipere malit; vel cum Forcatulo dial. LXXXI. § 3. causam non dictam exponere in-dictam; ab utroque vero recte dissentit Noordkerkius d. l.

† Norica, & aliae edd. praevaricatum exhibent, eodem sensu, l. I. § 1. D. de praevar. ubi nil mutandum. In nonnullis libb. deest ab, nec male. Mavult Doct. Noordkerkius *proditam*, scil. causam: vel *advocatis*, id est, *advocatis se* &c. Sed *nuperioris* beneficio a nobis observatae salva sunt omnia.

proditum ab *advocato* suo, perraro princeps permittere restitutionem solet; id est, vix unquam; nisi casu quodam singulari extra ordinem, ac velut speciali ex privilegio. Quo plane sensu idem Vlpianus, eodem libro xi. ad Edictum, in l. 3. pr. D. cod. de iisdem agens Imp. Severo & Caracalla, *Ipsi autem, inquit, PERRARO minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt.* Conf. idem Iurisconsultus in l. 2. D. de re iud.

V. Vlpianus libro xxv. ad Edictum, in l. 3: § 1. D. de sep. viol. Prima verba ostendunt, *eum demum EX HOC * plecti, qui dolo malo violavit: si igitur dolus absit, cessabit ** EIVSDEM PERSONAE.* Igitur doli non capaces (ut) († *ADMODVM*) (*impuberes, item omnes qui non animo violandi accedunt*) excusati sunt. Varie haec emendant recentiores: Cuiacius lib. vi. Obs. cap. 22. ita distinguit: *cessabit eiusdem.* Personae igitur &c. *Eiusdem,* sc. edicti poena, ius, iudiciumque. Hotmanus lib. vi. Obs. cap. 15. mavult: *cessabit in eius persona.* Novissime Io. van Nispen in erudita *dissert. de sep. viol. cap. 30.* ingeniose admodum legi posse coniicit: *Si igitur dolus absit, cessabit. Eiusmodi personae igitur &c.* Olim putabam ex siglarum geminatione,

H 5

cessa-

* Vulg. *ex hoc EDICTO;* Accursius tamen in scholio: *ex hoc, scilicet edicto.* Vnde etiam in plerisque Vulgatae recentioribus deest.

** Ita Florentina habet; Sed Vulgata: *cessabit in eiusdem persona.* Ex libb. vero aliis duas variantes adscripsit Accursius: *unam, cessabit in eandem personam: alteram, cessabit in eiusdem personae poena;* quam posteriorem expresserunt Haloander & Vintimilius.

† Vintim. cum Hal. omittit partic. *admodum.* Vulgata comm. pro ut *admodum* legit quemadmodum: sed Veneta in 4. Florentinam lectionem sequitur.

122 L E C T I O N . I V R . C I V .

*cessabit Eiusdem Personae &c. effici posse: cessabit eiusdem editi poena. Personae &c. Verum criti tam ambigua amplius non utimur. Forte autem, quum Basilikorum ope hic destituamur, levi duarum vocum *perabiles* & oratio Vlpiani & sensus iuris recte servabuntur, hoc modo: Si igitur dolus ab sit eiusdem personae, scil. violatoris, *cessabit*, nempe editum. Igitur &c.*

VII. Vlpianus d. l. § 5. *Divus Hadrianus * R E S C R I P T O* poenam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate ** *S E P E L I V N T*, quam fisco inferri iussit; & in magistratus, † *E A D E M* qui passi sunt: & locum publicari iussit, ‡‡ *E T C O R P V S* transferri. Quid tamen, si lex municipalis permittat in civitate sepeliri, post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, videbimus. *Q V I A* generalia sunt rescripta, Et oportet imperialia statuta † *S V A M* vim obtinere, & in omni loco valere. Missis ταπέργους, solam Flor. lectionis hic repraesentatae αὐθεντίαι tuebimur. Verba ultima post rescripta &c. interrogandi signo cludenda, vel copulam & praemittendam τοῖς *qui a generalia*, existimat Cl. Noordkerkius, in *Dec. Obs. cap. 5.* Quid autem si cum aliis distinguamus eo modo, quem expressi; ut post vocabulum rescripta interrogatio finiatur, eique deinceps adformativa subiicitur responsio, *Et oportet &c.* Possent etiam uno spiritu legi omnia, ita ut ex gemina ratione ab Vlpiano adscripta, proposita

* Vett. libb. teste Baudoza, *rescripsit* &c.

** In Vulg. Baudozae, *sepulchrum faciunt.*

† Ead. ed. *eandem statuit poenam*. In aliis edd. Vulgatae vox *poenam* omittitur, uti & ab Hal. & Vintim.

‡‡ Baudoza: & inde corpus &c.

‡ Nulla necessitate lac. Gothofredus ad L. 6. C. Th. de sep. viol. emendavit *summam vim*, iam reprehensus ab aliis.

tæ quæstionis adfirmatio tacite subaudiatur; quod infinitis probari exemplis posset.

VII. Vlpianus libro xxxv. ad Edictum, in I. 5.
 § 1. *D. de reb. eor. qui sub tut. &c. Si pupillus fundum alienum bona fide emptum possidet, dicendum puto, * NE hunc alienare tutores posse: † EA ENIM, QVAE quasi pupillaris ‡ VERO distractus est, venditio †† VALET.* Ita liber habet Florentinus. Dion. Gothofredus in *not. b. l.* emendare hoc modo instituit: *Ea enim, qua quasipupillaris vera distractus est, venditio non valet.* Simplicius autem Cl. Noordkerkius adhibito interrogandi signo ita legit: *Ea enim, qua quasipupillaris vero distractus est, venditio valet?* quorum sensum hunc esse ait: "Lex prohibet ne res pupilli alienetur; licet igitur aliena sit, modo tanquam pupillaris distracta est, qui potest venditio valere?" Ad me quod attinet, sicut facile unumquemque suo sensu abundare patior; ita & mei ipsius animi sententiam sequi soleo. Puto autem, lectionem Glossatae multo commodiorem esse; neque tamen Etruscam, Básilicorum quoque consensu auctam, ideo reiiciendam; unius enim voculae suam in sedem restitutione facile tolerari videtur posse: *Ea ENIM VERO, qua quasi*

* Vulg. Hal. Vintim. & Gothofr. nec, quod rectius puto; nisi quis partic. quidem excidisse coniiciat, ne hunc quidem.

† Vulg. etenim si quasi. Taurellius pro quas rectius sibi visum qua exhibuit, ipsomet ad b. l. teste.

‡ Taur. interpretatur vere, vel vero pretio. Vulg. omittit. Vnde autem nota edit. Vintimilliana sit profecta, Cod. Med. non habet VERO, prorsus ignoro; neque tamen aliter Hugo a Porta, ex P. F. in margine.

†† Vulg. negantem orationem constituit, non vales. Conf. Glossa, utramque exponens lectionem, adfirmantem, & negantem; sed more suo, id est, acute magis quam vere.

124 L E C T I O N . I V R . C I V .

quasipupillaris distractus est, venditio valet. Particulam enim vero eandem saepe virtutem, ac e contrario obtainere, ex l. 27. § 4. D. de pact. l. 3. § 1. & l. 52. pr. D. de verb. obl. aliisque palam est. Fundus *quasipupillaris* hic intelligitur qui alienus est, & falso pupillaris esse creditur. Satis itaque accommodate haec ita reddiderunt auctores Βασιλεῖον, lib. XXXVIII. tit. IX. n. 5. p. 125. tom. V. Ἐτ δὲ πρᾶγμα τῆς ἘΠΙΤΡΟΠΟΥ ὡς δρΦανικὸν ἐπικοινωνίη, ἘΠΡΩΤΑΙ. Sed si res *TUTORIS* quasi pupillaris alienetur, *V A L E T*. Confer sis scholia stas *not. sv.* & x. p. 146. seq. Vulgatae vero scripturae speciem hanc pono: *Venditur fundus alienus, a pupillo bona fide possessus: si venditio sit facta, ut fundi alieni, non ut pupillaris, valet venditio: contra, si tanquam pupillaris, non valet.* Ceterum ad Florentinam accedo magis.

VIII. Aemilius * Macer lib. II. de Adpellationibus, in l. ult. D. de in int. rest. Inter minores XXV. annis, & eos qui reipublicae causa absunt, hoc interest: quod minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos defensi sunt, nihilominus in integrum contra R E M P V B L I C A M restituuntur, cognita scilicet causa: ei vero, qui reipublicae causa absit; ceteris quoque, qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum restitutione subveniri solet, ut adpellare his permitatur. Ant. Goveanus lib. I. Var. Lect. cap. 44. pro rem publicam mavult ex figlis rem iudi. legere rem iudi-

* In Ms. Colladonii *Marcellus*, auctore Pacio ad b. I. sed mendose. Forte vero *Marcianus* scripture compendio ibi intelligitur, quem duos quoque eiusdem argumenti libros reliquisse novimus, & perperam cum *Marcello* confundi nonnunquam solet, quod verbo olim monui ad Ind. alph. ICtorum, init. tom. I. *Iurisp. Restit.*

indicatam. Iac. Raevardus vero lib. v. Var. cap. 18. reiecta emendatione priori substituit *rem publicatam*, id est, rei iudicatae executionem; quasi ex siglis *rem public.* Attamen Cuiacius, Faber, Bachovius, Wissenbach, ceterique recentiores Goveano suffragantur. Ego nihil omnino mutandum censeo, & glossa munitus, & Basilicis, lib. x. tit. 1. *in fin. p. 582. tom. 1.* Species enim litis intelligitur, minorem inter & rempublicam iudicatae, cum damno prioris: quo casu contra sententiam, pro republica pronuntiatam, restitui minorem posse, nec ipse Goveanus inficiabitur. Graecorum verba studiosorum in gratiam subscribo: 'Οι μὲν ἀφύλινοι, παλ δὰ τὸν οὐδεπονον δηνασάμενοι, παλ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΩΣ ἀποναθίσανται. 'Οι δὲ δὰ τρῆγυνα δημόσιον ἀπολιμπανθένοι, παλ ὅμοιοι ἀντοῖς, ἐπχωνύτες διαιητὰς, εἰς μόνον τὸ δυνηθῆναι ἐμπλέσασθαι ἀποναθίσανται. *Minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos defensi sunt, etiam CONTRA CIVITATEM restituuntur.* Qui vero reipublicae causa absunt, & ceteri qui eis absimiles non sunt, si per procuratores suos defensi sunt, in hoc tantum restituuntur, ut adpellare possint.

I X. Claudius Saturninus libro singulari de poenis paganorum, in l. 16. § 8. *D. de poen.* postquam in antecedentibus de quatuor delictorum egisset generibus, *factis nempe, dictis, scriptis, & consiliis;* eaque omnia septem modis consideranda esse monuisset, *causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & eventu;* expositis sex prioribus, ita denique septimam describit: *Eventus * SPECTETVR,*

* Vulg. concinnius *spectatur.* Heraldus *Obs.* & *Emend. cap. 1.* ex conjectura: *eventus spectantur a clem. &c.* Noordk. *cap. ult. Obs.* *eventu spectentur, ut a clementissimo quoquo facta.*

726 L E C T I O N . I V R . C I V .

*TVR, ut a. * CLEMENTISSIMO + QVO-
QVO † FACTA: (quanglam lex non minus
eum, qui occidendi hominis causa cum telo + FVE-
RIT, quam eum qui occiderit puniat) & ideo apud
Graecos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, ut
apud praecipuum poëtarum scriptum est, &c. Non
repetam longiores aliorum commentationes, dispu-
tationesque, lectore ad Cuiacium lib. xix. Obs. cap.
20. Reinoldum Var. cap. 9. & Cl. Noordkerkium,
in Dec. Obs. cap. ult. ablegato. Brevi autem παραφρά-
τη concisam Claudii orationem illustrabo, ne de in-
tegritate receptae scripturae aliquid dubii superesse
videatur: "Eventus interdum solus in criminibus spe-
ctatur, ut in his, quae sine dolo malo a clementissi-
mo quoque sunt facta, patrata, commissa. Et ideo a-
pud Graecos homicidii etiam fortuiti casus, vel subi-
ta iracundia commissi, impuniti non erant, sed vo-
luntario exilio luebantur, ut apud Homerum, prae-
cipuum poëtarum scriptum est, Iliad. lib. xxiii. vers.
85. seqq. Quanquam Lex Cornelia de sicariis, ani-
mum respiciens non eventum solum, non minus eum
puniat, qui hominis occidendi causa cum telo fuerit,
licet non occiderit; quam eum qui occiderit eventu
subsequuto." Ita optime, ni fallor, cohaerent omnia,
nec verba παρενθέσει inclusa status porro quaestionem
patientur. Addo auctoritatem compilationis Leonia-
nae, lib. LX. Basil. tit. LI. p. 831. fin. & p. sequ. Ἀπο-
τέλεσ-*

* Vulg. *dementissimo*; satis dementer. Conf. Alciatus lib. I. di-
spunct. cap. 17. Grot. in fl. sp. h. ut assimiletur animo quoque
facta, legendum coniicit.

† Vulg. *quoque*, & ut puto rectius, pro *quantumvis*, *etiam si*.

‡ Ita in omnibus libb. Salmasius tamen mavult *factum*, in Obs.
ad Ius Att. cap. 12. iunc. Heraldus lib. v. ad Ius Att. cap. I.

‡ Hal. feris, perinepte. Vid. l. I. pr. D. ad L. Corn. de sic.

πίλεσμα, ὃς ἐπὶ τῶν ἀμυρτακοράνων μετὸ τῶν πρόσων ἀνθρώπων, εἰ καὶ ὁ νόμος τούτος οὐδεὶς προσέχει τῷ ἀποτελέσματι, ἀς ἔτι τῇ περιβούτῳ ἐπί τῷ Φονεῖσσα: Ὁ δὲ ἀνάστατος Φόνος ἐξορίαν ἐπιφέρει. *Eventus: ut in his quae delinquentur viri clementes; quamvis lex non soleat spectare eventum, ut in eo qui armatus incedit occidendi causa. Caedes autem involuntaria exilium irrogat.* Scholia stes d. l. not. x. p. 855. δημὲν πρόσως αὐτῷ, καὶ μὴ σασιώδης, εἰ λαβὼν ὅπλα ὡς ἐπὶ Φύνφ ἐσέλθῃ, εἰ πολάρται ὡς Φονεὺς, εἰ μὴ καὶ τὸ ἀποτελέσμα γένηται. Εἰδὼν τῶν σασιώδεων ἀνδρῶν, καὶ δίχα τῷ ἀποτελέσματος φονεῖς τιμωρεῖται. Όν γὰρ εἰ ἐΦύνευσε μόνον τιμωρεῖ αὐτὸν, ἀλλ' εἰ μὴ μὴ ἐΦύνευσε. Διὰ γὰν μόνον τὸ ἐνότλιον περιέναι τιμωρεῖ. *Vir clemens, nec seditionis, si arma submat quasi occidendi causa, non punitur ut homicida, nisi & eventus sequatur. In seditionis autem etiam sine eventu animi propositum punitur: nec enim tantum si occiderint, sed & si non occiderint, puniuntur ob id solum, quod armati processerint.* Conf. Scholium a ibidem pag. 855. ubi Homeri locus attingitur.

X. Vlpianus libro I. * *Opinionum, in l. 6. § 7.*
D: de Offic. Praes: *Sicuti medico imputari eventus mortalitatis non debet; ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: praetextu † humanae fragilitatis, delictum DECIPIENTIS in periculo † HOMINES immoxium esse non debet.* Conf. Paulus lib. v. sent. tit. xxiii. § ult. Pro decipientis Cl. Noordkerkius in *Dec. Obs. cap. ult. rescritbit defipientis,*

* Quasi ex siglis O. P. Freherus emendat, *de officio Proconsulantis, lib. II. Verisim. cap. II. reprehensus a Cl. Hofmanno, disp. II. ad D. § 8.*

† Haloander: *praetextu ENIM; sed absque necessitate,*

‡ Vulg. *hominis, id est, medici; sensu non malo.*

128 L E C T I O N . I V R . C I V .

pientis, & pro homines, quod Florentiae est, hominis; addita ratione, quod de imperitia hic agatur, non de dolo; fieri autem non possit, ut decipiens dolo careat; definitur enim dolus *machinatio ad DECIPIENDVM* adhibita. Verum enim vero estne quaeſo rā decipi, propria ſui ſignificatione, in Iure quid aliud, quam *damno per errorem adſici?* quod vel ſola verbi origo indicat. Adſici vero damno per errorem ſolemus, vel *dolo* alterius, vel *sine eo:* priori ſenſu id verbum occurrit, in l. 14. § 2. & l. 16. pr. D. de lib. cauſ. posteriori in l. 51. § pen. D. de fidetūſſ. iunc. l. 116. § 1. D. de reg. iur. & l. ult. C. de in int. reſt. min.[†] Hoc itaque loco *decipere in periculo homines* nihil aliud videtur eſſe, quam languidos officiosam imperita ſedulitate occidere, ut eleganter Sidonius lib. II. epift. 12. ibiq. Savaro. Rem ipsam exponunt Mornacius, Feldmannus, & alii ad b. l.

XI. * Papinianus libro vi. Responſorum, in l. 86. apud Accurſium 85. D. de adq. velom. her. ** P A N - NONIVS Avitus, quum in Cilicia procuraret, heres institutus, ante vita deceſſerat, quam heredem ſe institutum cognosceret: quia bonorum poſſeſſionem, quam procurator eius petierat, heredes Aviti ratam habere non potuerant; ex persona defuncti reſtitutionem in integrum implorabant, quae *** STRI- CTO IVRE non † COMPETIT, quia intra diem adiotionis Avitus obiuiſſet. Divum tamen Pium contra conſtituiſſe Maecianus † LIBRO Qua- fitionum

* In Hal. & Vint. l. praec. & haec noſtra Iavoleno tribuitur.

** Ita Flor. ſed in Vulg. Pantonius, quod prae conjecturis aliorum probat Ampl. Bynkersh. lib. III. Obs. cap. 7.

*** Qui varie interpolata haec cenſet Ant. Faber lib. XIV. Coni. cap. 1. rā ſtricto iure delet.

† In Vulg. & Nov. competebat, non male. Forte competit, i. e. competitor.

†† Excidit libri numeras. Vulg. tamen & Nor. libris exhibent.

stionum refert; in eo qui legationis caussa Romae erat, & ~~tit~~ FILIVM & QVI matris delatam possessionem absens amiserat, ~~tit~~ SINE RESP-E-CTV EIVS DISTINCTIONIS restitutionem ~~tit~~ LOCVM habere; quod & hic humanitatis gratia § OPTINE NDVM est. Quae alii de creatione & aditione, item de hereditate & bonorum possessione, pluribus hic disputant, lubens praetereo. Vnam vero distinctionem notandam puto, tum quod ad ius civile, tum quod ad praetorium attinet.

Iure civili hereditatem non aditam ad heredes extranei non transmitti inter omnes constat, l. 63. D. ad L. Falcid. l. 81. D. de adqu. vel omitt. her. l. 7. C. de iur. delib. & l. un. § 5. C. de cad. toll. Iure autem praetorio absenti reipublicae caussa subvenitur, l. 1. § 1. D. ex quib. caus. mai. ita tamen ut multum intersit, utrum is absens decesserit ante impletum additionis tempus, an postea? priori casu verba Edicti cessant, quia deest laesio; laesus enim non videtur, qui tempore exclusus non est; secus ac posteriori, quo l. 1. C. de rest. mil. unice pertinere arbitror; rei enim publicae caussa milites abesse intelliguntur, et-

I

iam si

~~tit~~ Vulg. & in filio, quod rectius videtur. Sed Merenda lib. iv. cap. 12. figuram zeugma hic statuit, secundum lectionem Flor. Confer tu sis l. 30. pr. D. eod.

~~tit~~ Mihi ex vetere scriptura Qui idem videtur ac eius. Cl. Voor-
da mavult eique, Interpp. cat. 43.

~~tit~~ Et haec delenda putat Faber d. l.

~~tit~~ Addit Hal. cum Vintim. in integrum: sed locum omittit;
ut minus conveniens voci filium, quae antecedit: ideoque &
unciniis a Russ. Char. Pacio, includitur. Optime vero cum
hac Vulgatae lectione convenit, in filio.

~~tit~~ Vulg. & Hal. Vintim. rectius forte admittendum. Hugo tamen
a Porta cum Flor. consentit, neque similes loci defunt. Vid.
l. 13. D. de dol. mal. & met. caus. exc. & l. 34. D. de iure fisci;
ubi libb. omnes convenient.

130 L E C T I O N . I V R . C I V .

iam si in Urbe militent, l. 7. & l. 35. § 4. D. ex quib.
caus. mai. Quare & ratio decidendi hinc petitur, d.
l. i. Ita enim Severus & Antoninus rescribunt Chi-
loni: *Si Valerianus, centurio cohortis duodecimae
Alpinorum, ante vita deceperit, quam (bonorum)
possessionem acciperet; heres eius, EX PERSONA
DEFUNCTI, restitutionis auxilium intra annum
utilem ita recte implorabit, si Valerianus POST
EXACTOS DIES, quibus bonorum possessio deser-
tur, IN MILITIA defunctus est.*

Priori vero casu, quum ordinaria & directa ipso ex Edicto restitutio non daretur, opus Principis rescripto fuit, ut heres absentis, intra aditionis diem defuncti, restitui huius ex persona posset, d. l. 86. iunc.
l. 30. D. de adqu. vel omitt. her. Atque ita intelligimus, quid in d. l. 86. per strictum ius Papirianus significet, strictam nempe & propriam verborum Edicti interpretationem. Simile quid supra notare meminimus, lib. i. cap. 21. p. 74. seqq. Neque obscurum magis iam est, quid sibi velint verba, *fine respectu eius distinctionis*; nempe post Antonini rescriptum, vetus discrimen mortui heredis, *ante vel post impletos aditionis dies*, hoc casu cessare, quod ad restitucionem attinet. Ita ego censeo: alii aliter, inter quos & nuper nomen suum professus est Cl. Voorda, d. cap. 43. & sequ. a quo citatis addi meretur Nic. a Salis ad oitt. ll. 30. & 86. nec non Duarenus ad tit. D. de adqu. vel omitt. hered. cap. v. Opp. p. 450. seqq. Recentiores fere intactam hanc quaestionem dimittunt.

XII. Vlpianus libro LX. ad Edictum, in l. 7. pr.
D. de iure delib. ita scribit: *Praetor ait: Si pupili,
* PUPILLAE nomine postulabitur tempus ad
de-*

* Veneta, Hal. & Vintim. pupillaevo.

*deliberandum, an expediat eum hereditatem retinere, & hoc datum † SIT: SI IVSTA CAVSSA ESSE VIDEBITVR: bona interea deminui, nisi ** si caussa cognita boni viri arbitratu, vetabo.* Ita vulgo omnibus in libris, orationis serie paullulum impedita, ut σύγχρονος videri possit. Transponenda ideo verba, *si iusta caussa esse videbitur*, Cl. Voor-dā primus coniecit, *Interpp. cap. 23.* hoc modo: *Et hoc datum sit: bona interea deminui, nisi, SI caussa cognita IVSTA CAVSSA ESSE VIDEBITVR, boni viri arbitratu, vetabo:* Carere autem hac translocatione possumus, si vel ἡ απειδέει dictam periodum sepiamus; vel colli aliave distinctio-ne sublata, ἀμέσως & uno velut spiritu cum sequen-tibus ita connectamus: *si iusta caussa esse videbitur bona interea deminui, &c.* quasi dicat Praetor: pe-tito datoque pupillis ad deliberandum tempore, li-cet iusta forte caussa videatur bona deminui; tamen interea deminui vetabo, neque permittam, nisi cau-sa cognita, & boni viri arbitratu. Conf. d. l. 7. § 2. & seq. X

† Hal. erit. Alii: *ei datum fuerit*, auctore Baudoza b. l.

** Vitio librarii ταρίχη iterata particula; Vulgata etiam & Norica edd. omittunt: Hugo tamen a Porta, & ed. Vint, cam agnoscunt.

132 L E C T I O N . I V . C I V .

C A P V T X.

*Receptarum lectionum Διδεκας
altera.*

I. **V**lpianus libro LXXIII. ad Edictum, in l. 1.
D. de migrando, secundum codicis Florentini lectionem ita habet: *Praetor ait: Si is homo, quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te & actorem convenit, ut quae in eam habitacionem, qua de agitur, introducta, importata, innata, factave essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent: sive ex his rebus * ESSET ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat, quo minus solvatur: ita quo minus ei, qui eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto.* Vir Cl. Gulielmus Best, in *Rat. emend. legg. cap. XII. p. 147.* ex regula geminationis pro *esSET* reponit *esset set* (sive sed.) Acute sane: melius tamen, ut puto, coniecisse videatur, si orationis structurae simul consulens rescripsisset, *est*, *sed*. Quam lectionem firmant Basilica, ἔδων ΔΕ τὸ ἐνοίκιον, eorumque scholia stes lit. a. οὐτεβλήθη ΔΕ σοι τὸ μίσθιμα. lib. LX. tit. XIX. init. p. 450. tom. VII.

II. Iavolenus libro IX. ex Cassio, in l. 14. pr. *D. de interrog. in iure fac.* *Si is, cuius nomine noxae iudicium acceptum est, manente iudicio liber iudicatus est, reus absolvvi debet, nec quidquam interrogatio in iure facta proderit; quia eius personae, cuius nomine*

* Vulg. Hal. Vintim. *est*, Gr. Hugo a Porta, & Veneta *est*, copula per errorem omisita.

*ne quis cum alio actionem habet, obligationem trans-
ferre * NO N potest in eum, qui in iure suum esse
confitetur; velut alienum servum suum esse confiten-
do: liberi autem hominis nomine, quia cum alio a-
ctio non est, ne per interrogationem quidem, aut con-
fessionem, transferri poterit. Quo casu eveniet, ut
non recte hominis liberi nomine actum sit.* Duae spe-
cies proponuntur: *una de libero homine in servitu-
te; altera de servo alieno.* Vtroque casu in iure in-
terrogatus Titius suum esse servum dixerat, noxali
propterea actioni, quae interrogatoria dicitur, ob-
noxius. Quaeritur: si *priori specie* homo, qui no-
cuit, liber pendente noxali iudicio pronunciatus fue-
rit, teneaturne adhuc interrogatoria Titius? minime
vero; propterea quod liberi hominis nomine actio
noxalis non datur; ea itaque hoc casu sublata & in-
terrogatoriam extingui necesse est. *Specie vero po-
steriori*, quamvis manente iudicio servus, quem
suum esse responderat Titius, adparuerit alienus es-
se, Titius non absolvitur; quandoquidem salva a-
ctione noxali, nomine servi proprii vel alieni, non
potest non & interrogatoria, itidem noxalis, salva
esse. Conf. l. 8. 13. 16. § 1. D. eod. Ex hisce iam
puto constare, scripturam Vulgatae affirmantem,
de qua dixi in *margine*, unice veram esse; cui &
Basilica suffragantur, lib. XLII. tit. IV. n. 14. p. 738.
tom. v. utramque speciem paucis hoc modo expri-
mentia: Ἐὰν ἐν τῷ οἰκεῖθαι τὴν περὶ πτείσματος ἀγω-
γὴν ἀποΦανθῇ ἐλεύθερος ἔιναι δὲ μαρτυὸς, ἐλευθερεῖται δὲ
ἐναγόμενος. Βέτε γὰρ η̄ κατὰ τὴν ἘΛΕΤΘΕΡΟΤ ἀγωγὴ-
μετκ-

* Vulg. *negationem* omittit, consentiente cum aliis Iauchio,
cap. xvii. num. 5. eumque sequuto Cl. Voorda, *Interpret. cap.*
35. Florentinam vero tuerit Io. Wybo, *de Interrog. in iur.*
fac. cap. 9.

134 L E C T I O N . I V R . C I V .

μεταφέρεται ἐπὶ τὸν ἑκάτητον διαφέρειν αὐτὸν ἔκυτῷ, ὥσπερ ἄκρι τῇ ΔΕΣΠΟΤΟΤῇ μεταφέρεται κατὰ τὴν ηκταθεμένην τὸν δῆλον ἔκυτῷ διαφέρειν. *Si, cum noxali iudicio agitur, is qui deliquit liber indicatus sit, reus liberatur: nec enim quae cum LIBERO homine actio est in eum transfertur, qui suam esse confitetur; sicut a DOMINO transfertur adversus eum, qui suum esse servum confitetur.*

III. Vlpianus libro l.i. ad Edictum, in l. 71. pr. *D. de legat. 1. Si domus alicui simpliciter fit legata, neque adiectum, quae domus, * COGENTVR + HEREDES, QVAM VELLET, domum ex his quas testator habebat, legatario dare.* In tanta scripturae varietate, sunt qui cum Hubero Florentinam; sunt qui cum Voetio Noricam & communem sequantur Vulgatam. Sed missis aliis, quid mihi se-deat, paucis dicam. Veteri pandectarum iure in legato *vindicationis*, finendi modo, ac praceptionis, electionem legatarii fuisse; in *damnationis* vero heredis, ex Vlpiano discimus, tit. xxiv. § 14. iunc. l. 45. § 1. *D. delegat. 1.* Recentiori postea codicis iure, primum formulis a Constantino, mox & differentiis a Iustiniiano abolitis, una omnium legatorum vis esse incoepit, legatarii favore, non heredis, l. 15. *C. de testam.* & l. 21. *C. de legat.* iunc. l. 1. *C. comm. de leg.* & § 2.

* In Vulg. inseruntur seqq. (*cum de certa domo testator senserit, non tamen adpareat, de qua*) glossema vero esse ipa glossa indicat, ad voc. *simpliciter*, ubi haec notat: *sensit tamen de certa, licet nesciatum, de qua: ut inf. ead. l. legato, § 1, intelligitur autem l. 37. § 1, D. eod. ubi eadem scire verba occurunt.*

† Hal. & Vintim. cogentur heredes quam domum volent. Vulgata vero in plerisque edd. cogetur heres quam volet dominum. Veneta denique, & Hugo a Porta: cogentur heredes quam domum vellet; quae postrema lectio ex Florentino libro profecta videtur.

§ 2. *Inst. eod.* Regula itaque cum recepta; *in legato generali electio legatarii est*; addita limitatione, nisi aliud testator dixerit, § 22. *Inst. de legat. ibid. Theoph.** Intelligi vero voluntas testatoris nisi ex verbis testamenti non potest: quae si ad *heredem* dirigantur, huic electionis arbitrium tribuere videntur; sin ad *legatum*, contra. Ceterum quae in pandectis Veterum supersunt dicta, partim a Triboniano ad rationem novi iuris more suo accommodata, partim integravitio quorundam ex sociis servata videntur; unde illa *antinomiarum* feges, in triplici de legatis tractatu; quibus ex Iustiniani mente conciliandis duo potissimum observanda puto: *unum* de favore legatarii, *alterum* de voluntate testatoris, ex verbis ad alterum cruenda. Quotiescumque igitur electio *legatarii* esse dicitur, uti a Pomponio in *I. 20. D. de legat.* id iure veteri de legato vindicationis, at iure novo de ordinario legatorum effectu intelligendum videtur. Contra ea, quoties *heredi* electio simpliciter tribuitur, quemadmodum in *I. 32. § 1. I. 37. § 1. & I. 39. § 6. D. eod.* toties ex mente veterum, legatum damnationis; ex Iustiniani vero, diserta testatoris voluntas statuenda est. Quod proinde ad lectionem *d. I. 71. pr.* attinet, forte non aberravero, si ex antiquo pandectarum iure, & vulgatae convenienter lectioni, Vlpiani formulam de legato *damnationis* interpretandam censem, & de personali adeo contra *heredem* actione: id enim velle videntur verba, co-gentur *heredes dare*. His adde sis quae nuper admodum ea de re disputavit Cl. Voorda, *d. cap. 35.* cuius tamen sententia de *I. 37. & I. 39. D. eod.* non utor.

* Imprudenter itaque veterum jurisprudentiam sequutus est Harmenopulus *lib. v. tit. x. § 21.*

IV. Vlpianus libro xiv. ad Edictum, in l. i. § 1. D. naut. caup. stab. Ne quisquam putet, graviter hoc adversus eos constitutum: nam est in ipso rum arbitrio, ne * *QVEM* recipient. Ita Florentiae: sed adversari his, quae ex eodem Iureconsulto, in l. un. § 6. D. furti adv. naut. referuntur, putat Noodius, in *Comm. ad tit. Naut. caup. stab.* ubi ita Vlpianus: *Viatorem sibi eligere caupo, vel stabularius, non videtur; nec repellere potest iter agentes.* Conciliationem itaque manu emendatrice instituit, pro quem legendo quae. Non vero ulla opus crisi hic esse, duarum distinctio specierum ostendit. Etenim in d. l. i. § 1. de exercitio nondum suscepto agitur, quodque invitus nemo suscipere cogitur: quo sensu in arbitrio esse nautarum dicitur, ne quem recipient, id est, ne publice navem exerceant. At in d. l. un. § 6. de eo agitur, qui se cauponem publice profitetur; ac propterea viatores quos velit eligere non potest, sed quosvis in *πενδοχεῖσθαι* recipere tenetur, nec aliquem sine causa repellere, iniuriarum alioquin futurus reus. Et ita dudum praeéunte glossa interpres pragmatici. Vid. Peckius ad d. l. i. § 1. ibiq. *Vinn.* Addimus auctoritatem Basilikorum, lib. LIII. tit. I. init. p. 643. tom. VI. Ἐν ἀυτοῖς δέ ἐξι ΜΗΔΕΝΑ ὑποδέξασθαι. In ipso rum autem arbitrio est, NE *QVEM* recipient. Neque aliter Harmenopoulos lib. II. tit. XI. § 4. Εἰ δὲ θέλει μὴ δέξασθαι ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ, ὅδεις δύναται καταναγκάσαι τέτον, ἵνα δέξηται τι. Quod si AB INITIO recipere nolit, ut quid recipiat, a nemine cogi potest.

V. Vlpianus eodem libro, in l. 3. § 1. D. eod. In locato conducto *CVLPA*, in deposito dolus duntaxat, prae-

* Hal. &c. Vintim. ne quaequam; Veneta & Hug. a Porta, ne quenquam; sed idem ubique sensus, arg. seqq. eis, quos,

*praestatur: at hoc edicto omnimodo qui recepit tene-
tur, etiam si SINE CULPA EIVS res periit,
vel damnum datum est; nisi si quid DAMNO FA-
TALI contingit.* Cl. Noodtius ad h. l. glossam forte sequutus, *ad voc. exceptionem, rā sine culpa,* idem esse ait, ac *damno fatali;* eoque nomine nautam teneri, ipso nimirum iure, sed convento per exceptionem subveniri. Et ita fere Peckius *adh. l. p. 33. seqq.* Mihi vero his verbis *culpam* indicare ordinariam Vlpianus videtur, sive medium & *levem*, quam nauta locati actione pulsatus praestat: actione autem de recepto, etiam si sine illa culpa, *levi* nempe, res perierit, tamen teneri nautam Vlpianus ait, *levissimae* quippe culpae ex edicto obnoxium, & a solo immunem *casu*. Et ita iam glossa *ad b. l. voc. sine culpa:* & Zasius in *Parat. b. l. Conf. Ampl. Bynkershoekius lib. viii. Observ. cap. 3. p. 440.*

VII. Vlpianus *ibid. § 2. Eodem modo tenentur* cau-
pones, & stabularii, ** QVO, exercentes negotium
suum, † RECEPIVNT: ceterum si extra negotium
suum receperint, non tenebuntur.* Vir Cl. Gul. Bestius in *Rat. emend. leg. cap. I. § 12. p. 39.* summam in his verbis obscuritatem se reperisse testatus, emendare, velut ex notis, voluit: *QVANDO exercentes* &c. ita tamen ut nec vulgatum *qui* reiiciat, quam ego unice lectionem probo. Et Florentinum *quo*, ex aliorum codd. particula *quod*, ortum videtur. Comparantur autem his verbis caupones & stabularii cum *caupontis*, de quibus in praecedentibus actum fuerat.

* Hal. & Vintim. & *caupones*, & *stabularii*.

** Vulg. *qui*, citatque Accursius ex aliis libb. *quod id est quia.*

Hal. & Vintim. *si quod*, ex conjectura, ut videtur.

† Vulg. *recepint*, uti in *seqq.* & § 3. b. l. Veneta autem & Norica itidem *recipiunt*.

38 L E C T I O N . I V R . C I V .

VII. Vlpianus eodem libro, l. i. § 7. D. eod. Item Pomponius libro xxxiv. scribit: *parvi referre, res nostras, an alienas* * *INTVLIMVS*; si tamen nostra intersit salvas esse: etenim nobis magis, quam quorum sunt, debent solvi. Et ideo, si pignori merces accepero † (*OB PECVNIA M NAVTICA M*) mibi magis quam debitore nauta tenebitur, si ‡ *ANTE* eas §§ suscepit. Ant. Faber in *Ration. ad h. l.* & V. Cl. Ant. Schultingius, in *Enarrat. D. h. t. § 3.* malunt cum Vulgata, & Norica hic legere, à me. Ego utramque lectionem iuri analogam existimo, quod iam verbo notavit glossa; & τὸ ἀντεπτί-
τος posatum interpretor *ante oppignorationem*: quum nihil intersit, factane sit oppignoratio ante illationem, an postea. Non male itaque particulam *si pro quamvis* accepit glossa; de qua significatione, in iure haud infrequenti, videndus *ad h. v.* Brissonius, *de Verb. signif.* X

VIII. Paulus libro xii. ad Edictum, in l. 32. § 13. D. de recept. qui arbitr. rec. *Quum in plures compromissum est ea conditione, ut QVILIBET, vel unus, dixisset sententiam, EO staretur; absentiis ceteris nihilominus qui praesens est cogetur.* Ita edidit Taurellius, nullo sensu. Rectius autem Vulg. Hal. Vintim. Hugo a Porta, & Veneta, *QVAM QVILIBET, & EI pro EO.* Baudoza minus recte, *si quilibet.* Ortus librarii Florentini error ex neglecta geminatione initialium literarum, *Qvilibet,* pro *quam quilibet,* qua nihil frequentius est. Vid. Nic.

* Vulg. & Nor. *intularimus;* quam lext. & Taurellius adscript. sit.

† Apud Hal. & Vintim. haec verba deficiunt.

‡ Vulg. & Nor. *pro me;* notavisse hanc variantem Accurs.

§§ Vulg. & Nor. *suscoperis.*

Nic. Rigaltius ad *Minuc. Fel. cap. 8.* Henr. Valesius ad *Amm. Marcell. lib. XVI. cap. 10.* Casp. Scioppius in *Crit. p. 67. seq.* & ex nostris Gul. Bestius in *Rat. emend. leg. cap. I. § 4. p. 16. seqq.* Ceterum quam laudatus Bestius emendationem comminiscitur, *cap. xv. § ult. p. 172.* meam facere nunquam potui. Existimat vero ita legendum apud Paulum d. l. *Vt quilibet, & vel unus si dixisset sententiam, eo staretur.* Verbis finio Basilicorum contractioribus, *lib. VII. tit. II. p. 254. § 12. tom. I.* Εὰν ἐνέπειτο τῷ ἀρετῷ δικαιηρίῳ, ὃς δύνασθαι τὸν ἔνα τῶν δικαιῶν εἰ τύχοι φιλίζεοθει, ἀναγκάζεται δὲ παῖδες καὶ τὸν ἄλλον ἀπολημπτανομένῳ φιλίζεοθει. *Si sic compromissum sit, ut vel unus arbitrorum sententiam diceret: qui praesens est, absentibus etiam ceteris, sententiam dicere cogitur.*

IX. Paulus libro singulari de portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur, in l. 7. § 3. D. de bon. damn. Si plures * *FILIOS* damnatus habeat, feruntur exempla, per quae pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt. Sed & Divus Hadrianus in † *HAC SENTENTIA* rescripsit: Favabilem apud me ‡ *CAVSSAM* liberorum, Albini filiorum numerus facit; cum ampliari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malim: ideoque illis paterna sua concedi volo, quae *MANIFESTABUNT TOT* possessores etiam si acceperint universa. Post eruditam Ampl. Bynkershoekii

* Vulg. Nor. & Vintim. *liberos*, quod praefero.

† Ita solus codex Flor. In Vulg. Baudozae: *in hac verba sententiam*. Hugo a Porta, Veneta, Nor. & Vintim. *in hanc sententiam*; & ita legendum puto, quasi scriptum in *hac sententia*.

‡ In nonnullis edd. Vulg. *perperam causas*, rursus forte ex scripturae compendio.

140 L E C T I O N . I V R . C I V .

hoekii commentationem, lib. II. *Obser. cap. 16.* qui pro manifestabunt ingeniosa conjectura restituit *manifeste dabunt*; nuper admodum Cl. Conradi in *Parerg. cap. VI. § 4. & 5.* servata scriptura vetere *et manifestabunt*, pro tot rescribendum censuit *tota*, id est, *integra*; arg. *Const. de concept. Digest. § 2.* Experiamur autem, numquid constans librorum lectio defendi possit? Ratio sane ultimorum legis verborum haec videtur: ut facta divisione, & cognitis singulorum portionibus, sua fiscus indignis eriperet. Nihil proinde beneficium liberis concessum, ut patri damnato ex asse succeedant, obstat vult Imperator, quo minus iure suo fiscus utatur adversus eos, quos portione sua indignos successio manifestat. Supervacuam itaque Cl. Conradi crisi illam arbitror, atque a d. *Const.* verbis prorsus alienam; sunt enim pisce saniora haec: *tot auctorum dispersa volumina*, ipso met Viro Cl. confidente, not. ad d. *Const. p. 89.* fecus ac visum fuerat Gronovio, *de Emend. Pandect. cap. 9.* Conf. Waechtlerus in *Opusc. p. 535. ed. Trotz.* Et si forte *tota* legere quis malit, non aliunde, quam ex geminationis regula istam lectionem exsculpferit, hoc modo: *tot Auctorum &c.* cuiusmodi observatio in verbis Pauli nostri locum certe non habet. X

X. Vlpianus libro x. de officio Proconsulis, in l. q. pr. D. de poen. *Moris est, advocationibus quoque Praesides interdicere; & nonnunquam in perpetuum * INTERDICVNT, nonnunquam ad tempus: vel + ANNIS METIVNTVR, vel etiam tem-*

* Baudoza *interdictum*, sed mendose: quid enim sibi ista? *metuntur interdictum in perpetuum.*

† Idem Baudoza *ad annum*, quam lectionem & glossa refert. Hal. vero & Vintim. *annum*, forte omissa per errorem prepositione. Hugo a Porta denique, Veneta, & Florentina *annis*, quod & glossa illustrat, & unice probum est.

tempore quo provinciam regunt. Quamvis planissima haec & sensu videantur & verbis, non unius tamen Critici obelum sunt experta. Elb. Leoninus lib. vi. Emend. cap. 8. dupli emendare coniectura instituit; vel delendo τὰ vel annis, sive vel ad annum; vel substituendo veluti pro vel, & inferendo vocem interdictum, hoc modo: *nonnunquam ad tempus, VELVTI annis, INTERDICTVM metiuntur, vel etiam tempore quo provinciam regunt.* Ab hoc dissentiens Cl. Voorda pro metiuntur legendum putat metiendum, Interpp. cap. 32. eodem sensu ac SPERAANDA libertas in l. 14. D. de quaest. & VOLVENDA dies apud Virgilium, observante ad Sanctum Perizonio, lib. I. cap. 15. num. 8. Forte autem, ut alia praeteream, duriuscum videbitur, *tempus metiendum tempore.* Mihi nova inchoari oratio videtur post verba *ad tempus;* ut hic sensus sit: Praesides vel in perpetuum interdicunt, vel ad tempus; sique interdicant ad tempus, metiri tum interdictum advocationis solent, vel annis certis, vel toto magistratus sui tempore. Basilica lib. LX. tit. LL num. 9. p. 828. tom. VII. breviter ita reddiderunt: Καὶ συνηρόεις τις καλύεται, διηγεῖται, καὶ προσκαίρεται. Advocatione etiam prohibetur quis, *perpetuo, & ad tempus.*

XI. Marcianus libro XIV. Institutionum, in l. I. pr. D. ad L. Iul. pecul. Lex Iulia repetundarum pertinet ad EAS PECVNIAS, quas quis in magistratu, potestate, curatione, (legatione) vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit; vel CVM ex cohorte cuius eorum est. Quem locum περιφρασιῶς ita convertunt Graeci; lib. LX. tit. XLIII. init. p. 761. seq. tom. VII. Οἱ Ρεκετένδις ἀρμόζει ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΛΑΒΟΝΤΩΝ ἐν ἀρχῇ χρήματα, οὐ ἐν πρεσβείᾳ, οὐ ἐν δημοσίᾳ ὑπεργοί· καὶ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ὑπὸ τὰς

142 L E C T I O N . I V R . C I V .

τὰς τάξεις ἐπημένουν. Lex Julia de repetundis ADVERVS EOS competit, QVI pecunias ACCIPIVNT in magistratu, vel legatione, vel publico ministerio; & EOS QVI SVNT ex cohorte cuius eorum. Quam itaque parum accurate Graecorum orationem his latini textus verbis, vel cum ex cohorte &c. elegantiores dixerit Leoninus, lib. VII. Emend. cap. 4. quivis videt. Addeſis ſcholium alterum d. l. lit. b. p. 765. ubi Marciani verba κατὰ πόδα repreſentantur. Vitiosa proinde quorundam eſt librorum lectione, vel eum, qui ex cohorte &c. quum & glossa receptam tueatur.

XII. Macer libro I. publicorum iudiciorum, in 7.7. § 1. D. eod. Adparet autem, quod lex AB EXCEPTIS quidem in infinitum capere permittit; AB HIS autem, qui hoc capite enumerantur, a nullo, neque ullam quantitatem capere permittit. Ait Iureconsultus: ab exceptis, id eſt, a ſobrinis, propiore gradu cognatis ſiuis, uxoreve; auctore Marcianno, in l. I. § 1. D. eod. Ait porro: ab his autem &c. i. e. accipere prohibitis, Magistratibus nempe iudicem arbitrumve dantibus, vel non dantibus; reos item criminum vinciri vel dimitti iubentibus, eorumve comitibus, vel alio munere fungentibus, &c. d. l. I. pr. l. 3. seqq. d. l. 7. pr. D. eod. Sensus eſt: exceptos in infinitum capere lex permittit; prohibitos, a nullo, neque ullam quantitatem. Neque aliter Graeci d. lib. LX. tit. XLIII. p. 763. lit. B. tom. VII. Καὶ ἈΠΟ μὲν ΤΩΝ ΤΠΕΖΑΙΡΕΘΕΝΤΩΝ προσώπων ἀρίστων ἔχει λαμβάνειν, ἈΠΟ δὲ ΤΩΝ ΚΕΚΩΛΤΜΕΝΩΝ οὐδὲ δτιέν. Et AB EXCEPTIS quidem personis in infinitum licet accipere; A PROHIBITIS vero nihil quidquam. Nihil itaque cauſae puto, quare lectionem receptam, & a glossa quoque agnitam; ab his autem, follicitaverit Cuiacius lib. VI.

Obſerv.

Obseru. cap. 18. deleta particula rescribens: *His vel tis autem.* Neque etiam rā ab his cum Cl. Voorda *Interpp. cap. 17.* exponenda putem ob haec; quum & orationis structura repugnet, & quos laudat textus id minime evincant. Apud Vlpianum certe in l. 27. *D. de furt.* rā ab his significant a se. Conf. Basil. lib. LX. tit. XII. p. 290. init. iunc. schol. p. 333. *not. g.* Et apud Clementem in l. 72. *D. de hered. infi.* verbis a lege nihil aliud indicatur, quam ex lege *Iulia & Papia.* Denique in l. 38. *D. de mort. caus. dom.* nullum dubium est, quin *AT mortis causa* legi debeat. Ita enim & Graeci: ἡ ΔΕ' θεάτρος θύσις, *mortis AVTEM causa capio*, lib. XLVII. tit. III. p. 242. tom. VI. Conf. schol. ibid. p. 257. *not. i.* X

CAPUT XI.

*Receptarum lectionum Dissensus
tertia.*

LAURELLUS libro xx. Digestorum, in l. 72. *D. de solut. & liber.* ita scribit: *Qui decem debet, si ea obtulerit creditori, & ille sine ipsa causa ea accipere recusavit; deinde debitor ea SINE SVA CULPA perdiderit, doli mali exceptione potest se tueri; quanquam aliquando interpellatus non solverit.* Expungit Noodtius rā sine sua culpa; vel si quis retinere malit, pro sua ex scripturae compendia legere nos iubet *summa*, id est, *lata*, lib. I. *Obseru. cap. 16.* Quum vero ex natura negotii alia hoc loco quam lata intelligi culpa non possit, dolo proxima, & doli plerumque adpellatione comprehensa, nihil ego mutandum censeo, diserta Basiliorum auctoritate adstipulante, lib. XXVI. tit. V. p. 156,

144 L E C T I O N . I V R . C I V .

156. lit. B. tom. IV. Εὰν χωρὶς ἐυλόγης διτίας μὴ δέξηται τὸ χρέος ὁ δανειστής, παὶ ἀπολέσῃ ἀντὸ "ANET ΡΑΘΜΙΑΣ ὁ χρεώντης, ἐλευθερεῖται διὰ παφαγραΦῆς, εἰ καὶ τὰ μάλιστά ποτε ὁ υληθεῖς ἢ κατέβαλεν. Si creditor sine iusta causa debitum recusavit, idque SINE CVLPA SVA debitor perdidere, liberatur per exceptionem; quanquam aliquando interpellatus non solverit. *

II. Vlpianus libro LVII. ad Edictum, in l. 7. § 2. D. de iniur. Praeterea illo spectat, dici certum de iniuria, quam passus quis sit; ut ex qualitate iniuriae sciamus, an in patronum liberto reddendum sit iniuriarum iudicium. Etenim meminisse oportebit, liberto adversus patronum non quidem semper, verum interdum iniuriarum dari iudicium, * SI atrox sit iniuria, quam passus sit, ** (SI SVA) putasi servilis: ceterum levem cohercitionem utique patrono adversus libertum dabimus; nec patietur eum Praetor querentem, quasi iniuriam passus sit, nisi atrocitas eum moverit: nec enim ferre Praetor debet heri servum, hodie † LIBERVM, conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit, †† (VEL EMENDAVERIT;) sed si flagris, si verberibus, ‡ (SI) vulneravit non ‡‡ MEDIOCRIA, aequissimum erit Praetorem ei subvenire. Quam mendoza Florentini codicis pas-

* Vulg. & Nor. scilicet s.

** Omittuntur illa in Vulg. & Nor. ubi haec solum habentur: scilicet si atrox sit iniuria, quam passus sit, puta si servilis EST.

† Vulg. & Nor. libertum, glossa suffragante.

†† Ita in omnibus libris, praeterquam Florentino, cui a librario inserta testatur Taurellius.

‡ Omittitur haec particula in Vulg. & Nor.

‡‡ Rectius edd. alias mediocriter, uti & in Basil. μετρίως.

sim sit scriptura, vel hoc Vlpiani fragmentum indicat: in verbis enim antecedunt. § 1. pro *sarcinatur* perperam ibidem *sortiatur*: & in § seq. 4. pro *factum*, vitiose *dicitum* legitur, notante Fr. Taurellio. Qui errores tantum non omnes a Vulgatis & Norricis libris feliciter absunt. Quam ergo emendationem in hisce verbis Florentinae editionis tentavit Noodtius, lib. I. Observ. cap. 16. legendō *si summa*, pro *si sua*, minus mihi necessaria videatur: quum & a Vulgata, & ab Haloandrina istaec absint, & praeterea sensum turbulent magis, quam explanent. Quae enim sodes differentia *atrocem* inter & *summam* iniuriam? Denique & laciniam hanc ignorant Basilica, lib. LX. tit. XXI. p. 462. tom. VII. ibiq. cit. in schol.

III. Vlpianus libro xxxi. ad Edictum, in l. 12.
 § ult. D. mandati. Idem Marcellus scribit: *si, ut post mortem sibi monumentum fieret, quis mandavit, heres eius poterit mandati agere**: illum vero, qui *mandatum suscepit, si sua pecunia fecit, puto agere mandati; si non ita ei mandatum est, ut sua pecunia faceret monumentum: potuit enim agere etiam cum eo qui mandavit, ut sibi pecuniam daret ad faciendum; maxime si iam quaedam ad faciendum præparavit.* Ad rationem iuris quod attinet, eam ex religionis favore recte Hotmanus repetit lib. XIII. Observ. cap. 38. eumque sequutus Noodtius d. lib. II. Observ. cap. 2. a cuius tamen sententia, iustorum
 K sole-

* Vulg. & Nor. adiiciunt: *ut perficiatur*, probante Noodtio lib. II. Observ. cap. 2. Mihi secus videtur; siquidem nec Basilica agnoscent, lib. XIV. tit. I. p. 142. fin. tom. II. nec glossa Accursii, aliam plane interpretationem adiiciens, *ut monumentum fiat*. Ex margine igitur in textum irrepsisse *ta ut perficiatur* puto.

solemnia funeris cum monumento sepulchrali confundente, abstinentium censco. Sive enim legitima, sive imaginaria cui sepultura fieret, nullo opus monumento erat, utpote honoris tantum & memoriae, non stygiae transvectionis caussa, aedificari solito. Ceterum quod diximus de caussa monumenti, id favore etiam *dotis*, & *libertatis*, in mandato post mortem locum habuisse, idem testatur Vlpianus in *I. 9. § 1. D. de iure dot.* & Julianus *I. 4. pr. D. de man. vind.*

IV. Caius libro x. ad Edictum provinciale, in *I. 13. D. mandati*: *Idem est, & si mandavi tibi, ut post mortem meam HEREDIBVS MEIS emeres fundum*. V. Cl. Franc. Hotmanus *lib. XIII. Observ. cap. 38.* fundum intelligit monumento sepulchrali destinatum. Hunc sequutus Vir illustris Ger. Noodt *d. lib. II. Observ. cap. 3.* velut ex figlis *H. M.* a librario neglectis, pro *heredibus meis*, restituit *hereditario monumento*; addita ratione, quod secundum notissimam iuris regulam, extra caussam religionis sepulchorum, omne mandatum morte mandantis exspiret, *I. ult. D. de solution.* Quum vero istiusmodi singularum usus apud veteres hoc sensu deficiat, ac praeterea alia verborum Caii reddi interpretatio possit; quod nempe de mandati obligatione hic agatur, *re non amplius integra*, & cuius in fine capitulis praecedentis meninerat Vlpianus; proba recta vulgaris lectio videtur, quam cum omnibus editis atque indeditis sua etiam auctoritate firmant Basilica, *lib. XIV. tit. I. p. 143. init. tom. II. Conf. I. 26. & I. 58. D. mandat.* De veteri in dissensu Auctor *ad Her. lib. II. cap. 13.*

V. Paulus libro II. Manualium, in *I. ult. D. de salut.* *Ei, qui mandatu meo POST MORTEM MEAM stipulatus est, recte solvitur: quia talis est lex obligationis.* *Ei autem, cui iussi debitorem meum POST MORTEM MEAM solvere, non recte*

recte solvitur: (*QVIA MANDATVM MORTE DISSOLVITVR.*) Iac. Cuiacius *Ib. I. Obseru. cap. 38.* & Nic. a Salis *ad h. l. t̄a post mortem meam*, bis relata, utrobique transponunt, coniunguntque cum *t̄a solvitur*; verum reprehensus propterea est Cuiacius ab Hotmano *lib. xiiii. Obseru. cap. 38.* & Merillio *lib. iiiii. Variant. cap. 29.* & in *Difser. Iur. cap. 22.* Quibus addo auctoritatem *t̄a Benetinū lib. xxvi. tit. v. p. 171. num. 108. tom. iv.* ubi latinus textus *narrā pōda* conversus legitur. Russardi liber nihil adversatur, verbo *solvere* tantum transposito. Postrema d. l. verba, ex codice meliore, Pandectis Florentinis librarius adlevit, aliis quoque editionibus suffragantibus, & ipsis denique Basilicis d. l. Ceterum cum d. l. ult. conjungendae videntur d. l. 26. & l. 58. *D. mandati.*

VI. Julianus libro * LX. Digestorum, in l. 18. § 2. *D. de mort. caus. donat. Titia chirographa debitorum suorum, Septicii & Maevii, donatura illis, + AGERIAE dedit: & rogavit eam; ut ea, si decessisset, illis daret; si convaluisset, sibi redderet. Mortē sequuta, Maevia Titiae filia heres exitit: Ageria autem, ut rogata erat, chirographa Septicio & Maevio supra scriptis dedit. Quaeritur: si Maevia heres summam quae debebatur, ex chirographis supra scriptis petat, vel ipsa chirographa; an exceptio ne excludi possit? + RESPONDIT: Maeviana*

K 2

vel

* In l. 3. § 2. *D. de liber. leg.* ex libro Juliani XL. speciem hanc Vlpianus refert; nisi mendum forte sit in numeris, observante *ad h. l. Charonda.* Ceterum a d. § 2. in Vulgatis incipit *Lex quarta.*

‡ Edd. Vulgatae antiquiores, *Ageriae.* Sed vide § 2. *Inst. qu. mod. obl. fin. ibiq. Fabroft. ad Theoph. addes. glossam ad init. d. l. 3. ubi Ageria legitur; nec non in schol. Basili. t. lib. XLVII. tit. III. p. 249. tom. VI.*

‡ Vulg. & Nor. *Respondi;* & ita Julianum scripsisse dubitabit nemo.

148 L E C T I O N . I V R . C I V .

vel paeti conventi, vel doli mali exceptione submoveri posse. Adfinitas materiae fecit, ut de hac etiam specie hoc loco agerem, de qua Hotmanum inter & Noodtium *dd. II.* non convenit. Ille *duo esse* genera mandati statuit, aliud negotium *inter vivos*, aliud *mortis caussa*; refertque ad hoc posterius speciem *d. l. 18. § 2.* Hic vero distinguendum censet inter mandatum, quod inter vivos contrahitur *consensu*, & inter mandatum, quod a testatore datur in *testamento*, vim habens *fideicommissi*, de quo in *d. l. 18.* Sed ut dicam quod res est, falli videtur Noodtius, recte autem sensisse Hotmanus. Non enim de mandato testamentario, Titia quippe intestato mortua, hic agitur; sed initio inter vivos consensu: quod cum donationis mortis caussa esset interpositum, hactenus pro ultimae specie voluntatis recte habetur, maxime post constitutionem D. Pii; ac propterea *fideicommissum*, ad effectum quod attinet, videri dicitur, *l. 77. D. de legat. 2.* ubi & in *deposito* eundem in finem contracto idem obtainere Vlpianus ait. Quis vero negabit, depositum inter vivos tantum consensu iniri? Denique in specie *d. l. 18.* Ageriam non donatariam, quod Noodtius vult, sed mandatariam fuisse duntaxat, tota facile oratio evincit. Cui enim persuadebitur verbis initialibus *d. l. 18.* geminam mortis caussa donationem contineri, fiduciariam unam, fideicommissariam alteram? Eadem sane opera & in *d. l. 3.* ex *deposito*, cuius diserta ibi mentio fit, momento turbinis mortis caussa exibit donatio. Vid. Marcellus *l. 17. pr. D. de legat. 2.* ubi per *ministrum* mandarius intelligitur. Conf. Basilica *lib. XLVII. tit. III. p. 237. init. & schol. t. p. 249. tom. VI.*

VII. Vlpianus libro *III. ad L. Iuliam & Papiam*, in *l. 45. § ult. D. de ritu nupt.* *Si ab hostibus patrinos captus esse proponatur, vereor NE possit ista connu-*

connubium habere nubendo; quemadmodum haberet,
*si mortuus esset. Et, * QVI Iuliani + SENTENTIA M PROBANT, DICERENT:* non habi-
turam connubium; putat enim Julianus, durare eius
libertae matrimonium etiam in captivitate, propter
patroni reverentiam. Certe, si in aliam servitutem
patronus sit deductus, procul dubio dissolutum + ES-
SET matrimonium. Huic intelligendo fragmento,
verba Iuliae legis in principio relata, cum maxime
inserviunt: INVITO nempe patrono libertam, quae
ei nupta est, alii nubere non posse; iunc. l. ult. D. de
divort. & repud. INVITVM hic accipi etiam non
consentientem Vlpianus monet § 5. b. Quapropter, an
*& patronus ab hoste captus, & ita consentire nesci-
 us, eadem adpellatione contineretur, ita ut alii inte-
 rim nubere fas libertae haud esset, inter veteres con-
 trovertebatur. Et Julianum quidem libertae id ne-
 gasse Vlpianus ait, se autem *vereri, ne liberta con-*
nubium habere nubendo possit; quemadmodum habe-
ret patrono mortuo. Princeps interpretum Gul. Bu-
daeus in Adnot. prior. ad h. l. p. 282. seqq. particulam
ne exponit ne non. Conf. Alciatus ad l. 237. de verb.
sign. & Lud. Russardus ad h. l. 45. Atque hanc Bu-
dæi interpretationem adoptans Noodtius, etiam pro
vereor ne, contra omnium fidem librorum rescribit:
vereor ne non; sumto argumento a vulgari constru-
*ctionis huius sensu, lib. II. Observ. cap. 6. Quam ve-
 ro fallere id soleat, in hac literarum luce ac post*
*tot eruditas latinae linguae observationes, neminem**

K 3

puto

- * In Hugonis à Porta, Hal. & Vintimi. edd. *quidem* legitur
- † In iisdem edd. *sententia probatur dicentis;* quae tamen lectio *ex* seqq. facile refellitur: *putat enim &c.*
- ‡ Eadem edd. *dissolutum matrimonium EST;* uti & Veneta, aliaeque.

150 L E C T I O N . I V R . C I V .

puto fore, qui ignoret. Vid. praeter Budacum & Alciatum *dd. II.* Fr. Duarenus *lib. II.* *Disp. anniv. cap. II.* Laur. *Valla lib. III.* *Eleg. cap. 27.* Sanctius *lib. IV.* *cap. 15.* ibiq. *Periz. num. 29.* denique Cl. Schwartzius in *animadu. ad Tursell. de partic. p. 660.* seqq. *ibiq. citatus Scaliger.* Quumque omnis illa expositio ea nitatur hypothesi, Vlpianum inter & Julianum hac in re convenisse; eius vero contrarium non solum ex verbis proxime adiectis, *quemadmodum haberet si patronus mortuus esset;* verum etiam ex verbis finalibus, *certe si in aliam serv.* &c. abunde eluceat; magis est, ut Barni Brisonii, *de iure connub. p. 42.* seqq. ed. Paris. item Fr. Duareni d. I. eumque sequuti Cl. Heinecii, sententia utamur, existimantum: Vlpianum, qua erat modestia, timidiusculle Juliani sententiam deseruisse, *arg. I. 8. & I. 14. D. de captivo. & postl. rev.* Quo & similis in eadem hac materia utrumque inter dissensio pertinet, *I. ult. pr. D. de divorc. & repud.* quae ex eodem est libro IIII. Vlpiani ad L. Papiam. Ad rationem vero quod attinet, qua motus Julianus patrono captivo id privilegii competere scripserit, hanc in primis fuisse puto, ut integrum *postliminii* ius patrono servaretur, *arg. I. 6. D. eod.* quae eiusdem Juliani nomine inscribitur; quapropter & extra captitatis caussam cessare illud dicitur, *d. I. 45. fin.* ubi per *aliam servitutem* Accursius satis commode poenae servitutem intellectus, uti Basilica venditionem sui ipsius, pretii participandi caussa, *lib. XXVIII. tit: IV. p. 246. tom. IV. init.* Perperam itaque solus *patroni honor* id effecisse, Vlpiano *b. I.* eumque sequutis Basilicis *d. I. scholijisque lit. y. p. 271.* dicitur: qui enim excepti- nibus modo memoratis locus dari tum potuisset? Denique & in eo architectos Graecos lapsos puto, quod ipsi legi Italiae attribuant, ex peculiari duntaxat inter-

interpretatione ortum Iuliani. Ita enim habent: Ο γὰρ ΝΟΜΟΣ καὶ μετὰ τὴν διχμελοσίαν Φυλάγγεσθαι ΛΕΓΕΙ τὸν πρὸς τὴν ἀπελευθέραν καὶ τὸν πάτρωνα γάμου, διὰ τὴν ὁφειλομένην τῷ πάτρῳ τιμὴν. *LEX enim DICIT, etiam post captivitatem durare matrimonium inter libertam & patronum, propter honorem patrono debitum.*

VIII. Marcellus libro III. ad L. Iuliam & Papiam, in l. 50. *D. de ritu nupt.* Proxime constitutum dicitur: ut, cum quis libertam suam duxerit uxorem, quam ex fideicommissi causa manumiserit; licet libertae invito eo nuptias contrahere. Puto, quia non erat FERENDVS is, qui ex necessitate manumisit, non suo arbitrio: magis enim debitam libertatem praefitit, quam ullum beneficium in mulierem contulit. Sic in omnibus libris: illustris tamen Heineccius, & olim & nunc merito nosfer, preferendus, forsitan, inquit, legendum praferendus, lib. II. ad L. Iul. & Pap. cap. 12. p. 247. cui ut conieaturae accedam, impetrare a me non possum: Non ferendus enim is dicitur, qui nullo suo iure, ex L. Iulia, alterum impedire libertae uxoris connubium, & frustra studet, uti recte Accursius in glossa: neque ab ludunt Σχόλια τῶν Βασιλιῶν lib. XXVIII. tit. IV. p. 270. not. p. tom. IV. ubi ita id redditur: ἡτε ——— τέτο δύναται ἔχειν τὸ δίκαιον, &c. De significatione autem vocabuli ferendus adisis Brisonium h. v. ubi plurima veterum loca hoc sumenda sensu repraesentantur. X

IX. Vlpianus libro II. ad L. Iuliam & Papiam, in l. I. *D. de concub.* Quae in concubinatu est, AB invito patrono poterit discedere, & ALTERI se, aut in matrimonium, aut in concubinatum DARE. Ego quidem * PROBO in concubina, adimendum ei

K 4

* Hal. Vintim. & Baudoza, puto.

152 L E C T I O N . I V R . C I V .

ei connubium, si patronum invitum deserat: quippe cum honestius sit patrono, libertam concubinam quam matrem familias H A B E R E. Priora posterioribus repugnare plerisque videntur. Accursius referri alterius cuiusdam sententiam, verum & refelli ait. Alii interrogationis notam post dare ponendam volunt, reprchenti a Gothofredo in *not. ad h. l.* Cl. Heineccius tamen pro *ab*, eodem sensu, *an* legendum coniecit, *lib. II. ad L. Iul. & Pap. cap. 12. p. 251.* Alii prius illud comma plane expungunt, monente Fr. Hotmano in *Comm. verb. iur. h. v.* qui ipse tollenda antinomiae τὸ alteri de socio patrono, non de extraneo interpretandum censet, ὅμοληφον ingratum naectus Dion. Gothofredum *d. l.* Mihi neque ulla verborum dissensio, neque expunctio necessaria videtur, qualem nec agnovit Iac. Gothofredus *ad L. Iul. p. 280.* Sententia Vlpiani propria hic refertur: legem nempe Iuliam, de qua agitur, ad nuptias tantum libertae, non concubinatum pertinere; aliter ac Iuliano fuisse visum, idem Iurisconsultus monuit, *in l. ult. pr. D. de divort. & rep.* Quae vero ex matrimonii mentione difficultas nascitur, ultro evanescet, si eius quae connubium inter, sive nuptias, & matrimonium differentia intercedit, vel obiter recordemur; quam & Cl. Heineccius diligenter adnotavit, *d. lib. II. cap. 12. p. 223.* citato Vlpiano in *l. 13. § 1. ad L. Iul. de adult. iunc. Collat. LL. Mos. & Rom. tit. IV. § 5. ibiq. Pith.* Verba denique postrema facilioris fore intellegens puto, si *haberi* legere, pro *habere*, per codices liceret. Certe in *§ seq. h. l.* prescribendum ita ex Noticis libris esse, nullus equidem dubito. Rationem dictae clausulae accurate retulit laudatus Heineccius *d. l. p. 251.* Cui addi potest, ne alioquin culpa quamdam sua maritus iure isthoc excidisse videretur, *d. l. ult. § 2. D. de div.* Aliter Cuiac. *ad § 1. I. de her. ab int.*

X. VI-

X. Vlpianus libro III. ad L. Iuliam & Papiam, in l. ult. pr. D. de divorc. & repud. Quod ait Lex: *DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE, QVAE NVPTA EST PATRONO, NE ESTO: non infectum videtur fecisse divorcium, quod iure civili dissolvere * SOLET* matrimonium; quare ** (*CONSTARE*) matrimonium dicere non possumus, cum sit separatum: deinde scribit Iulianus, de dote hanc actionem non habere. Merito igitur, quamdiu patronus eius eam uxorem suam esse vult, cum nullo alio connubium ei est: nam † *QVIA* intellexit legislator, facto libertae quasi ‡ *DIREMTVM* matrimonium, detraxit ei cum alio connubium; quare cuicunque nupserit, pro non nupta habebitur. Iulianus quidem amplius putat, nec in concubinatu eam ‡ *ALTERIVS PATRONI* esse posse. Conf. l. 45. pr. D. de ritu nupt. l. un. D. unde vir & ux. & l. 8. C. de oper. libert. Verba Vlpiani ultima occasionem praebuerunt quaestioni; utrum aliud in extraneo iuris, aliud in patrono socio sit? Adfirmant cum aliis Hotmanus, & uterque Gothofredus, dictis supra locis. Quum vero, spreta Iavoleni sententia, patronus socius idem omnino in uxore liberta ius obtinere dicatur, quod uni ex esse patrono competit, Caio & Clemente testibus, in l. 46. D. de ritu nupt. & l. 48. D. eod. utrovis modo verba istaec legi placeat, nihil quidquam referre puto: quamvis apud

K 5

Mar-

* Hugo a Porta, Hal. & Vintim. potuisset.

** Oinittunt constare, iidem Hugo, Hal. & Vintim.

† Idem legunt, cum.

‡ Baudoza ruptum edidit.

‡ Vulg. Ven. & Nor. alterius quam patroni, quod rectius esse notat Russardus, Pacio frustra dissentiente, ad h. l.

154 L E C T I O N . I V R . C I V .

Marcellum in l. 41. D. eod. rectius omnino, fide omnium librorum, haberi videatur: *alterius quam patrōni.*

XI. Vlpianus libro II. ad L. Iuliam & Papiam, in l. I. § 3. D. de concub. *Si qua in PATRONI fuit concubinatu, deinde filii esse coepit, vel in nepotis, vel contra; non puto eam recte facere, quia prope nefaria est huiusmodi coniunctio, & ideo huiusmodi facinus prohibendum (EST.)* Ita in omnibus quas vi-dī editionibus, nulla lectionis adscripta discrepantia. Vnus Io. Cruceus in Adnot. ad Pand. b. I. in aliis codd. ita haberi monet: *si qua in PATRIS &c. quam lectionem ego unice veram puto: tum quia Imp. Alexander in l. 4. C. de nupt. Liberi, inquit, concubinas PARENTVM suorum uxores ducere non pos-sant: tum quia nec aliter Graeci in Basilicis, lib. LX. tit. XXXVII. init. p. 610. tom. VII. eorumque scholia-stes p. 639. not. e. quo modo & Accursius legisse vi-detur.*

XII. Paulus libro X. ad L. Iuliam & Papiam, in l. 144. D. de verb. signif. * *Libro † MEMORIALIVM Maserius scribit: pellicem apud antiquos eam habitam, quae cum uxor non esset, cum aliquo tamen*

* In Vulg. *Massurius* (al. *Maserius*) scribit libro memorialium: notataque Accursio haec lectionis varietas.

† In antiqq. libb. *memorabilium* est, quod Fornerius b. I. & Casaubonus ad Suet. in Caes. cap. 7. aliquę praeferunt, re-prehensi a Colero in Parerg. cap. 23. & Gronovio praef. ad Gell. p. 6. In aliis *memorarium* legitur, uti & apud Arnobium lib. VI. p. 196. ubi vid. Heraldus. Mihi ex quibusd. codd. pro libro *immemorabilium* legendum videtur libro I. *memorarium*, pro quo, ut minus sibi obvio, librarii *memorabilium* substi-tuerint. Primum quoque librum Gellius citat lib. VI. cap. 7. Se-cundum Macrobius lib. III. Saturn. cap. 6. Septimum Gellios lib. IV. cap. ult. & Nonius Marc. voc. *strigulus* p. 197. in. Undecimum idem Gellius lib. V. cap. 6.

tamen vivebat; † quam nunc vero nomine *AMICAM*, paullo honestiore *CONCUBINAM* adpellari. Vir Cl. Gotfr. Mascovius de sect. Sabin. cap. II. § 3. in postremis verbis transponenda coniecit *amicam* & *concubinam*, hoc modo: *eam nunc vero nomine CONCUBINAM*, paullo honestiore *AMICAM* adpellari. Cui conjecturae & Graeci favent, & Latini. Vid. Dion. Halicarnasseus lib. I. cap. 87. ubi ἐτύπας vocabulum, de Lupa agens Faustuli, ἐν περιέργοις esse ait: eodemque sensu τὰς ἔρωμένας Plutarchum, & Diogenem Laërtium adpellit a se, obseruat Heraldus ad Arnob. lib. IV. p. 141. & Ger. Io. Vossius, lib. IV. de Art. Orat. cap. 10. p. 190. quibus addes. Athenaeum lib. XIII. *Deipnos*. p. 571. seq. ed. Cas. Ex nostris Paulus in I. 35. *D. de auro, arg. mund.* hanc legati formulam recitat: *Titiae AMICAE MEAE*, *cum qua sine mendacio vixi, auri pondo quinque dari* volo. Conf. Suetonius in *vita Claud.* cap. 16. & in *vita Calig.* cap. 33. Sic feminam cum Alcibiade vivere consuetam, ut ait Nepos in *ei. vit. cap. 10.* alii scriptores *amicam* dixerunt: Cicero lib. II. de Divin. cap. 69. & Valerius Max. lib. I. cap. VII. exempl. ext. 9. Addesis inscriptionem a Fr. Lindenbrogio notataam Florentiae, apud Reinesium p. 806. fin. quae ita habet:

D. M.

VLPIAE. VITALI. FECIT. FVFI
CIVS. FELIX. AMICAE. SVAE. FIDE
LISSIMAE. QVAE. SIBI. MORIENS.
FIDEM. SERVAVIT.

ET.

† Vulgati quidam libri: *eam quae nunc*, pro quo Hal. & Virgil. *eamque nunc*. Scriptum fuerat *cam nunc*, unde vitiosa lectio exorta ex adsinitate *tau* e & c.; quum tamen exarari debuisse *eam nunc*, uti acute Fornerius ad b. I. qui & locum Catonis de R. R. cap. I. simili mendo liberat, Cl. Gesuero non laudatus.

156. L E C T I O N . I V R . C I V .

ET. SIBI. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQVE. SVIS. POSTERISQVE. EORVM.

AMICVLAS a concubinis, & *pellicibus*, tanquam honestioris nominis, distinguit Arnobius *d. lib. iv. p. 141. fin.* verba de Iove faciens, amorum furacissimo: *An uxore contentus haud una, CONCVBINIS, PELLICIBVS, atque AMICVLIS delectatus, impatientiam suam spargebat passim, ut babecali adolescentes, salax Deus?* &c. Denique rem omnem Graeci in Basilicis conficiunt, *lib. ii. tit. ii. p. 56. num. 144. tom. i.* Παλλανή ἐστιν ἡ συζωση τινὶ, ἐν τῷ δικῷ ἀντεῖ, νομίμως, χωρὶς γάμου ἡ δὲ ὑπτεντιμωτέρα ΦΙΛΗ λέγεται. *Pellec est, quae cum aliquo in eius domo legitime vivit sine nuptiis:* paullo vero honestior, *AMICA* dicitur. Cadit itaque tum Accursii & Goeddaeui nova casus positio, quam vocant: tum Alciati, Cuiacii, aliorumque interpretationes, *ad h. l.* Alia ad illustrandum Paulum facientia videlicet apud Scip. Gentilem, *Origg. p. 234. seq.* item in *Opusc. de latin. Iēt. notisque Cl. Dukeri, p. 148. seqq.* denique apud Waechtlerum *p. 557. seqq. ed. Cl. Trotz.*

C A P V T X I I .

*Ab 1.95. § 3. D. de solut. & liber.
manus critica removetnr.*

*P*Apiniarius libro xxviii. Quaestionum, in 1.95. § 3. *D. de solut. & liber.* ita scribit: *Quod vulgo * IACTATVR: fideiussorem qui debitori beras*

* Hal. tractatur, sed male: in Basil. est τὸ ληγόμενον, *lib. xxvi. tit. v. p. 163. tom. iv.*

*res † EXSTITIT, ex causa † FIDEIVSSIONIS liberari: totiens verum est, quotiens rei plenior promittendi obligatio invenitur; nam si reus ** DVNTAXAT fuit obligatus, fideiussor † LIBERABITVR; ‡‡ E contrario non potest dici, ¹ NON tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem; nam si minori viginti quinque annis ² BONAE FID'EI pecuniam credidit, isque nummos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore, difficile est dicere, CAVSAM iuris honorarii, quae potuit auxilio minori esse, ³ RETINERE fideiussoris OBLIGATIONEM, quae ⁴ PRINCIPIA-*

[†] Hal. Hugo a Porta, & Vintim. extiterit.

^{††} Hal. fideiussoria, eodem sensu.

^{**} In Basili. d. l. φύει πόνον, quod sequutus Cuiacius lib. xi. Obs. cap. 34. emendavit NATVRA duntaxat, invito Merillio lib. IIII. Var. cap. 23. sed volente Fabro lib. VIII. Coniect. cap. 4.

[‡] In Bas. d. l. ἐκ ἀπόλλυται, NON liberatur, laudante Cuiaci d. l. & Charonda ad h. l. qui & in Auredani Ms. ita legi testatur. Displacet autem Merillio; sed Fabro probatur, d. l. & Iauchio cap. XVI. num. 39. Gordonius in Praeterm. Iur. Civ. cap. 14. ut Cuiacium refellat, vel per transpositionem particulae duntaxat legi ait posse: Nam si reus fuit obligatus, fideiussor duntaxat; non ipse reus: vel accepta particula si pro ac si, hoc modo: Nam, ac si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur: quum vel excidere librario illud ac potuerit; vel ex notis otiri error, n. ac si reus &c. id est, nam ac si: vel nec ac si; ita ut ex n. ac librarius nam confinxerit.

^{‡‡} Hal. & Vintim. ET e contrario; sensu sane planiore.

1. Teste Accursio ad h. l. in libris Rogerii negatio defecit, probante Elb. Leonino, lib. I. Emend. cap. 3. quam vero permanet, facile evincunt sequentia.

2. Vulg. Hal. & Vintim. bona fide, quod & sensus postulat.

3. Iauchius d. l. addita negatione, NON retinere.

4. Cuiacius lib. 28. Quaest. Papin. ad h. l. maluerat personalis; verum huic postea conjecturae tacite repudium misisse videatur, omissae quippe d. lib. XI. cap. 34. Accursius casu secundo acci-

58 L E C T I O N . I V R . C I V .

CIPALIS fuit, & cui FIDEIVSSORIS accessit sine contemplatione iuris praetorii: auxilium igitur restitutions fideiussori, qui adolescenti heres extitit, intra constitutum tempus salvum erit.

Prius quam nostras pro recepta lectione rationes proferamus, aliquot iuris regulas in difficultiori hac materia studiorum in gratiam praemitteremus. Et primum quidem duo specierum genera hic distinguimus: unum de duobus reis: alterum de reo & fideiussore. De priori videsis l. 93. D. cod. iunc. l. 5. D. de fideiuss. solum vero posterius nostri est loci: in quo vetus porro utriusque scholae notanda dissensio, ex d. l. 93. fin. diuidum a Cuiacio observata, d. lib. xi. Obs. cap. 34. Quum vero Sabini & Cassii obtinuerit sententia, quid Proculus cum Pegaso contra voluerit, monere praetermittimatis.

Regula prima: *Reo fideiussori, vel contra, herede facto, accessoria fideiussoris obligatio confusione extinguitur*, l. 5. & l. 14. l. 21. § 4. D. de fideiuss. iunc. l. 93. & l. 95. D. de solutt. neque enim defunctum inter & heredem subsistere mutua mandati obligatio adita hereditate potest, propter unionis fictionem personalis, & confusione patrimoniorum. Quia vero confusio ista creditoribus hereditariis nocere non debet, integrum his est, ut indemnes serventur, separationem patrimoniorum petere, l. 3. D. de separat. ne in arbitrio positum sit debitoris, aut fideiussoris, obliga-

accipit, hoc sensu: *quae sc. causia iuris honorarii, fuit principalis obligationis*: quod contra Fabrum tuetur Gordonius d. l. 5. Vulg. & Hal. fideiussor is: melior autem Florentina, subauditur enim obligatio, quam vocem & alias edd. expressam habent, auctore Ruff. Char. Pac, Cruc. nec ignorant glossae. Inserit hoc loco Ant. Faber d. l. sequentia: ac non possumus formam manera minoris obligationis: quod refudit Gordonius d. cap. 14.

ligationum iura creditoribus quaesita per aditionem extinguere. Vid. l. 2. § 2. D. de verb. atl. iunc. l. 155. D. de reg. iur.

Altera: *Manet fideiussoris post aditionem obligatio, si principalis debitor plane obligatus non fuerit: salva proinde est hoc casu creditori adversus fideiussorem ex stipulatu actio*, d. l. 95. § 3. ne scilicet creditor ob aditionem fideiussoris suae damnum actionis patiatur. Quare pleniorum rei obligationem Papinianus requiri ait, id est, ad agendum validam; non vero, ut cum Basilicis alii, quae plenior sit obligatione fideiussoria.

Tertia: *Fideiussori minoris, pro quo simpliciter intercessit, heredi facto eadem aetatis restitutio prodest*, d. l. 95. ubi quod dicitur, sine contemplatione iuris praetorii, idem est ac simpliciter, & nulla futurae forte restitutionis mentione facta, l. 51. D. de procur. & l. 89. D. de adqu. vel omitt. her. Ratio est, quod etiamsi hic fideiussor heres factus non esset, tamen minore restituto per exceptionem adiuvaretur, propter contrariam mandati actionem, qua alioquin repetere solutum potuisset, nec profuisset minori restitutio, l. 1. C. de fideiuss. minor. iunc. l. 10. § 1. mand.

Quarta denique, & ultima: *Fideiussor non simpliciter, sed contemplatione praetorii iuris pro minore obligatus, aetatis restituzione uti non potest*, l. 12. § 11. mand. l. 13. D. de minor. iunc. l. 25. D. de fideiuss. Vid. Ant. Faber lib. viii. Comiect. cap. 5. & quae olim notavimus ad Usum indicis Labitti, tom. ii. Jurisp. Rest. p. 220. seqq. Novam vero d. l. 25. explicationem nuper dedit Ampl. Bynkershoekius lib. v. Obs. cap. 20.

His praemonitis sensum verborum Papiniani, planiore illustratum paraphrasi, hunc subiicio: "Quod vulgo" ut communе iuriſ axioma venditatur: *fideiussorem,* "qui

" qui debitori heres extitit , ex caufsa fideiuſſionis
 " liberari , & tantummodo ut heredem teneri : toties
 " verum eſt , quoties debitoris valida ad agendum
 " obligatio eſt , & a creditore conveniri heres debi-
 " toris potest : ſemper enim , ſi principalis reus duntaxat
 " fuit obligatus , fideiuſſor ſua ex ſtipulatu obliga-
 " tione erga creditorem liberabitur . E contrario
 " quoque fideiuſſoris obligatio nonnunquam tollitur ,
 " etſi rei principalis obligatio , quod ad effectum va-
 " lida eſſe defiit : verbi cauſſa , ſi debitor ex propria
 " & perfonali defenſione beneficium aliquod reſtitu-
 " tionis habeat ; uti in caſu , ſi quis minori bona fi-
 " de pecuniam crediderit , iſque nummos mutuo ac-
 " ceptos male prodegerit , & intra tempora ſuae ob-
 " aetatem reſtitutionis deceſſerit , relicto herede fide-
 " iuſſore . Dici enim hoc caſu non potest , ex cauſſa
 " reſtitutionis praetoriae , minoris quidem obligationem
 " ſolvi potuiffe , ſi viveret ; fideiuſſoris vero ut he-
 " redis , non item : quum haec eadem illa principalis
 " fit obligatio , a minore contracta , & cui is ipſe fi-
 " deiuſſor acceſſerat , ſine contemplatione praetorii
 " beneficij : hoc igitur caſu auxilium reſtitutionis ,
 " quod minori ſuperftiti competeret , non minus nunc
 " fideiuſſori , ut minoris heredi , intra conſtitutum
 " tempus , ſalvum fore dicendum eſt .

Operam porro dabimus , ut receptam lectionem a
 flagellis criticorum quantum pote liberemus . Prima
 emendatio Cuiacii eſt *d. lib. xi. Obs. cap. 34.* e Basili-
 cis deprompta , ſuperiusque memorata *not. **.* Quum
 vero conſtant librorum omnium , ſcriptorum edito-
 rumque , haec fit lectione : *nam ſi reus duntaxat fuit ob-*
ligatus , fideiuſſor liberabitur ; ſenſumque ſatis com-
 modum recipiat , uti diximus ; nihil puto cauſſae eſ-
 ſe , quare ex apographis Graecis latina authentica e-
 mendatum eamus ; eoque minus , quod ſolemne Grae-
 cis

cis interpretibus sit, vel latina integriora mutilare, vel contractiora pro captu suo παραφράζεσθαι. Nec silentio hic praetereundus, acerrimi Viringenii, Ant. Faber, lib. viii. Coniect. cap. 4. cum Iac. Cuiacio, quod ad negationem interponendam, equidem non dissentiens; attamen probabilius existimans, vulgarem lectionem in verbis: *nam si reus duntaxat fuit obligatus*, integrum servari; ita ut *reus duntaxat obligatus* eum significet, qui qualiter qualiter, & uti dicimus, non nisi nude obligatus est, *naturaliter tantum* scilicet. Ita enim Cicero epist. 3. ad Brut. Consules duos, bonos quidem, sed DVNTAXAT bonos, i.e. nulla alia infinges virtute, *amisimus*. De recentiori eius particulae notione videndus Iac. Gothofredus, in *not. crit. ad l. 13. C. Th. de Praetor. & Quaeſt.* Quanquam vero & haec & alia pro Fabri coniectura facere videantur, potiorem tamen Cuiacii utramque crisi, modo relata, statuo lubensque ipse amplecterer, si vulgata latinorum lectio certae iuris nostri analogiae repugnare videretur. Sana autem quae sunt, ferro emendare qui adgreditur, nae vel operam is ludat, vel quae integra accepit, distorta reddat necesse est. Quapropter & utramque Gordonii crisi contra Cuiacium omnino reiicimus, *d. cap. 14.*

Emendatio altera ex vitioso Rogerii libro aucto-rem habet Leoninum *d. lib. 1. Emend. cap. 3.* ex-puncta negatione altera sic legentem: *e contrario non potest dici, tolli fideiussoris obligationem.* Inutilem vero & hanc crisi esse, mentique Papiniani prorsus contrariam, cum adlata de minore species, tum sub-iecta decidendi ratio, tum denique decisio ipsa, sole clarius demonstrant. Aberrasse in eo Leoninus videtur, quod fideiussorem accessisse fingat, non simpliciter, sed in casum impetrandae forte restitutio-nis praetoriae.

L

Ter-

162 L E C T I O N . I V R . C I V .

Tertia emendatio plurium interpretum communis est, nec tamen una omnium. Integrum, qua de lis est, periodum subiicio: difficile est dicere, C A V S - S A M iuris honorarii, quae potuit auxilio minori esse, RETINERE fideiussoris obligationem, quae principalis fuit, & cui fideiussoris accessit sine contemplatione iuris praetorii. Oritur fere omnis interpretum ambiguitas, partim ex male intellecto verbo *retinere*; partim ex constructione minus ordinata. Verbum *retinere*, pro facere impedire, summis Rogerius, adstipulante Gordonio, in *Practerm. Iur. Civ. cap. 14.* Ioannes autem pro facere durare, apud *A cursium b. l.* Bene vero iam observatum aliis, significationem huius verbi contrariam esse significationi *tollere*; ita ut *retineri* dicatur obligatio, quae non tollitur, sed salva manet creditori. Atque ita coincidet fere, ad sensum orationis quod attinet, utraque explicatio; quae enim obligatio non tollitur, sane impeditur ab interitu, sive retinetur ne intereat. Neque aliam puto mentem Donati ad Adelphos esse *act. 1. sc. 1. v. 33.* quem feliciter emendavit Cl. Westerhovius. *Conf. l. 4. § 8. D. de re mil.* Structura porro orationis nonnullis ita fere imposuit, ut oraculum Pyrrho apud Ennium: *Aio te Aeacida &c. de quo Cicero lib. 11. de Divin. cap. 56.* & Quintilianus *lib. vii. cap. 9.* Dubium enim visum plerisque, utris verbis antecedens contineatur, hisne: *caussam iuris honorarii*; an illis: *fideiussoris obligationem?* & Glossa quidem extricare hanc ἀμφιβολογίαν, vel noluit, vel nequivit. Elb. autem Leoninus *d. l.* suaen convenienter hypothesi posteriora verba, *fideiussoris obligationem*, ὑσερον πρώτερον pro antecedenti accepit, hoc sensu: *difficile est dicere, obligationem fideiussoris retinere caussam iuris honorarii.* Quem in errorem & Iauchius incidit *cap. xvi. § 39. p. 283.* &

ne

ne, quam sequitur, Cuiacii sententiae adversari hic ordo videretur; addita negatione, sic interpolare aggressus est: *difficile est dicere, caussam iuris honorarii NON retinere fideiussoris obligationem:* id est, dici non potest, obligationem fideiussoris non gaudere beneficio restitutionis praetoriae. Sed frustra. Quicunque enim paullo attentius integrum Papiniani orationem consideraverit, ei nihil puto adparitum evidentius, quam antecedens huius periodi esse *caussam iuris honorarii*, qua retineri obligationem fideiussoris, ut heredis, Papinianus negat, id est, tolli adfirmat.

Quarta emendatio est Ant. Fabri d. l. verbis hisce: *retinere fideiussoris obligationem*, adiicientis sequentia: *ac non potius solam manere minoris obligationem:* cuius laciniae hanc reddit rationem, quod alioquin in contextu nihil sit, ad quod referri verba possint, *quae principalis fuit &c.* eique mendo duplicitis lineae simile principium, & similem finem, caussam prae- buisse coniicit, *arg. legis 14. § 1. D. comm. divid.* pari ut ait felicitate a se emendatae, *lib. II. cap. 2.* Quia vero iam ante ostendimus, verba *quae principalis fuit*, de sola fideiussoris, ut heredis, obligatione hoc loco accipi, totum Fabri ἐμβλημα ultro concidit evanescitque. Conf. Gordonius d. l.

Quinta denique, iisdem in verbis, & omnium recentissima emendatio, est Viri Cl. Iac. Voorda, *Interpp. & Emend. cap. 20.* scripturam receptam prae-positione addita integrantis hoc modo: *Difficile est dicere, PER caussam*, hoc est, *obtentu iuris honorarii, quae potuit auxilio minori esse, retinere fideiussoris obligationem* (subaudi eam) *quae principalis fuit, &c.* Quia vero & sensus orationis hinc idem emergit, & receptus verborum ordo est latinissimus; nova autem lectio veterum auctoritatem desiderat,

164 L E C T I O N . I V R . C I V .

ipsomet fatente auctore; ab ista quidem crisi, tum supervacua, tum dubia, potius abstinendum esse arbitramur.

Supereft, ut Graecorum e Basiliis loco, aliquoties iam laudato, hanc disputationem finiamus. Verba ita habent: Τὸ λεγόμενον, ὅτι οὐκ οὐρονομῶν δὲ ἐγγυητὴς τὸν χρέωσιν, ἐλευθεράται τῆς ἐγγύης, τότε ἀλιθές ἔσιν, ὅτε * ΠΛΕ'ΟΝ ἌΤΤΗΣ ἔιχεν ἡ πρωτότυκος· εἰ γὰρ δὲ ἐναγόμενος ΦΤΣΕΙ μόνον ἥνείχετο, ὉΤΚ ἀπόλλυται. Εἰ δὲ προσωπικὴν βοήθειαν ἔιχεν δὲ χρέωσις, ἀπόλλυται ἡ ἐγγύη. ἐὰν γὰρ δὲ ἀφύλξ δανεισάμενος ἀπολέσῃ τὰ νομίσματα, καὶ δὲ ἐγγυητὴς ἀυτῷ οὐρονομήσῃ, ἔχει καὶ ἀυτὸς ἔισι τῇ δρισμένῳ χρόνῳ τὴν ἀποικάσασιν. Quod dicitur; fideiussorem, qui debitori heres extitit, liberari obligatione fideiussoria; tunc verum est, quum PLENIOR EA est obligatio principalis: nam si reus NATVRA duntaxat fuit obligatus, NON tollitur fideiussoris obligatio. Si vero debitor personale auxilium habuit, tollitur: nam si minor mutuam pecuniam quam accepit perdiderit, & fideiussor heres ei extiterit, ipse quoque intra constitutum tempus auxilium restitutionis implorabit.

C A P V T XIII.

*De interpolatione l. 6. D. de divort.
& repud.*

Vlianuſ libro ** LXII. Digestorum, in l. 6. D. de divort. & repud. Vxores eorum, qui in horum

* Minus accurate ſic redditur vox plenior, qua uifus Papinianus; plenior obligatio non alia eft, quam efficax, plena, valida, ut ſupra monuimus.

** Hal. & Vintim. tum Hugo a Porta, libro xvii.

stium* POTESTATE pervenerunt, possunt videri**
NVPTARVM locum retinere, eo solo quod alii
TEMERE + nubere non possunt. Et generaliter
definiendum est, donec certum est maritum vivere in
captivitate constitutum, nullam habere licentiam u-
xores eorum ad aliud migrare matrimonium: nisi
mallent ipsae mulieres caussam repudii praestare. Si
autem in incerto est, an vivus apud hostes teneatur,
vel morte *PRAEVENTVS*, + tunc si *QVIN-*
QVENNIVM a tempore captivitatis excederit,
licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias; i-
ta tamen ut bona gratia dissolutum videatur pristi-
num matrimonium, & unusquisque suum habeat im-
minutum. Eodem iure, & in marito in civitate de-
gente, & uxore captiva observando. Inter eos,
qui in hoc Iuliani loco vetus pandectarum ius, ex re-
centiorum principum placitis, a Triboniano eiusve
sociis interpolatum statuunt, primi, si recte memini,
Briffonius & Cuiacius numerantur: ille in libro *de*
iure connub. p. 42. seqq. hic in commentario *ad Nov.*
xxii. cap. 7. p. 123. seq. quos sequuti deinde Ritters-
husius *part. IV. ad Novell. cap. VII. § 11.* Wissenba-
chius in *Emblem. b. l.* & Noodtius in *comment. ad*
b. t. neque ab hac coniectura prorsus alienum se es-
se, ipse Ampl. Bynkershoekius nuper professus est,
cum in *praefatione alterius Observationum operis*,
tum lib. VII. cap. 19. sub fin. cui & suum postremo
calculum adiecit, eximum Zelandiae sua & crescens

L 3

de-

* Vulg. & Nor. *poteſtatem.*** Vulgata Baudozac, *nuptiarum.*† In *Nov. xxii. cap. 7. καὶ προπέλεαν*, observante Cuiacio *ad*
b. Nov. p. 124.‡ Vulg. Baudozae, *praeventus est.* Hal. Vintim. Hugo a Porta,
& Veneta, *praeventus sit.*

166 L E C T I O N . I V R . C I V .

decus, Io. Wybo, in *Tribon.* p. 299. Quam sententiam observato iuris progressu paucis illustrabo.

Nuptias captivitate illico solvi, perpetua iuris antiqui regula est, *l. 1. D. de divorc. & repud. l. 10. pr. & l. 56. D. sol. matrim. iunc. Nov. xxii. cap. 7. & 9.* in tantum, ut ne postliminio quidem instaurentur, sed novo opus sit consensu, *l. 14. § 1. D. de captiv. & postl. rev. iunc. l. 12. § 4. D. eod.* Quare si vel alii interim uxor nupsisset, vel ad reducem redire maritum nollet, cogi invita non poterat, *dd. ll.* Quo sensu Quintilianus *declam. 347. init. Matrimonium duobus, inquit, generibus solvitur, aut repudio, aut MORTE alterius:* morte nempe, tum *civili*, tum *naturali*, *arg. l. 63. § ult. D. pro soc. iunc. l. 45. § ult. D. de nupt. & d. l. 1. D. de divorc. & repud.* ipsomet cum antiquis Iustiniano auctore, in *Nov. xxii. cap. 9.*

Ab hac assidua iuris veteris observantia quis Imperatorum primus discesserit, non adeo liquidum videtur. Mihi, quantum coniicere licuit, Iustinianus Theodosii M. & Leonis I. vestigia sequutus, primum in Codice priori hac de re constituisse videtur, & *quinquennium* captivitatis definitissime, quo demum elapso captivi vel captivae coniux ad secundas migrare nuptias iure posset. Atque hinc in Pandectas memorata *quinquennii* definitio, secundum Imperatoris mandatum, translata videtur, tum *d. l. 6. tum l. 8. D. de captiv. & postl. rev.* Quum vero in animo haberet Imperator generalem de toto nuptiarum iure sanctiōnem edere, omissa est laudata constitutio in Codice altero, sed biennio fere post una cum pluribus aliis in Novellam xxii. transfusa, ipsomet profitente, in *praefatione, d. Nov. verbis sequentibus: ANTIQUITAS equidem non satis aliquid de prioribus aut se-*

cun-

cundis perscrutabatur nuptiis; sed licebat & patribus & matribus, & ad plures venire nuptias, & lucro nullo privari, & causa erat in simplicitate confusa. Maioris autem THEODOSSI temporibus amplior sollicitudo facta est circa huius rei tractatum, donec circumiens per ceteros Imperatores in LEONEM piae memoride pervenit, virum fortiter atque viriliter etiam de ipsis plerumque sancientem. Nos autem in CONSTITUTIONVM COMPOSITIO NE multa quidem & alia de ipsis decrevimus, existimavimus autem oportere NVNC, consiliis perfectioribus caussam considerantes, etiam quaedam corrigere, non ALIORVM solummodo, sed etiam quae a NOBIS IPSIS sancita sunt.

Sunt vero, qui ex hac ipsa Novella cap. 7. evinci posse autumant, iam olim ante Iustinianum idem iuris fuisse, quod de quinquennio diximus. Adscribam verba graeca: 'Ει δέ ἄδυλον ιαθεσύνοι, πότερον περίεσιν ἡ μὴ ἐις πολεμίας ἀφιμόμενου πρόσωπου, τηνικαῦτα ΠΕΝΤΑΕΤΙ'AN μενετέον, ἔιτε τῷ ἀνδρὶ, ἔιτε τῇ γυναικὶ: μεθ' ἣν ἔιτε σαφῆ γένοιτο τὰ τῆς τελευτῆς, ἔιτε ἄδυλα μένοι, γαμεῖν ἔξεσιν ἈΚΙΝΔΥΝΩΣ· καὶ ΤΟΤΤΟ γὰρ δὴ ταῖς ιαλθμέναις bona gratia διαλύσεσι παρὰ ΤΩΝ ΠΡΟΗΜΩΝ συνηρίθμηται, καὶ ὑμεῖς δὲ ἐις τότο σύμφαμεν, &c. Si vero incertum sit, utrum supereft an non, quale ad hostes persona devenit; tunc QVINQVE NIVM exspectandum est, sive a viro, sive a muliere: post quod, sive manifestum de morte fiat, sive incertum maneat, nubere licebit SINE PERICULO; HOC enim & in nuncupatis bona gratia transactionibus a PRAECEDENTIBVS commeratum est, & nos quoque in HOC consentimus &c. Significat Imperator, ius vetus in eo a se confirmari, ut quod ob captivitatem matrimonium solveretur, pro bona gratia dissoluto haberi debeat, sine ullo

damni periculo; quemadmodum non hoc solum casu, verum & aliis, si *nulla* alterutrius *culpa* intervenisset, antea obtinuerat. Vid. d. l. i. D. de divort. & repud. l. 50. D. solut. matrim. & d. l. 12. § 4. D. de captiv. & postl. rev. iunc. l. 60. § 1. & 61. seq. D. de donat. int. vir & ux. Addef. Pithoeum ad Iuliani Nov. xxxvi. § 2. init.

Minus curate igitur de *quinquennii* definitione haec verba alii interpretati sunt; neque etiam Cuiacius in *Comment. ad Nov. xxii. p. 124.* verbis: ἀπὸ τῶν πρὸ ημῶν, satis recte antecedentes Imperatores indicari censuit: quum veteres Iurisconsultos intelligi certissimum sit, arg. cap. 9. eiusd. Nov. ubi eadem verba occurrunt, iunc. Basil. libro xxviii. tit. vii. num. 21. p. 332. tom. iv. Rectius proinde Cl. Hombergius convertit, *a maioribus nostris*, pariter ac in d. cap. 9. ubi Vulgata itidem habet, *praecedentes nos*. Atque his addi possunt, quaecunque de stilo minus eleganti, & Iulianum turpiter mentiente, *ad b. l. 6.* notarunt Brissonius & Cuiacius *dd. II.* Coronidis loco moneo, veteri pandectarum iure, in militiam profecto viro, uxori integrum fuisse alii nubere, matrimonio velut bona gratia dissoluto, *l. 61. & l. 62. pr. D. de donat. int. vir. & ux.* Constantinum vero *quadriennii* silentium postea requisivisse, *l. 7. C. de repud.* quod in *decennium* Iustinianus hac ipsa Novella *cap. 14.* commutavit; tandem vero in totum prohibuit *Nov. cxvii. cap. 11.* nisi tamen post acceptum de morte nuncium integer adhuc annus fuerit elapsus. Idem quoque puto obtinere, si extra caussam militiae, *per egeri* solum maritus abierit, secus ac iure antiquo. Vid. Quintilianus *d. declam. 347.*

CAPUT XIV.

L. pen. D. ad L. Corn. de siccari. vindicatur atque illustratur.

LIbera republica, ex publicorum legibus iudiciorum, graviorem *civium* poenam, aquae & ignis interdictionem fuisse; ceterorum vero *humiliorum*, ultimum supplicium, insolita adhuc *capitis* poena, in vulgus notum puto. At sub Imperatoribus postea, non solum deportationem virorum maxime *potentiorum*, verum & *minus honoratorum* poenam gladii, fere successisse, nostri passim in pandectis tradunt: ne quid de proscriptione, exilio, relegatione, & interdictione, nunc repetam. Exemplum laudatae istius iure novo distinctionis habet Modestinus, in *L. pen. D. ad L. Corn. de siccari.* Verba eius haec sunt: *Qui caedem * ADMISERVNT sponte, dolore malo, in HONORE ALIQUO positi, deportari solent: qui SECUNDО GRADV sunt, capite puniuntur. Facilius hoc in DECVRIONES fieri potest; sic tamen, † VT consulto prius principe & iubente id fiat; nisi forte tumultus aliter sedari non possit.* Ineptam Accursii expositionem iure merito reprehendit Noodtius lib. I. Observ. cap. I. cuius tamen emendationi, pro *in honore ALIQUO*, legentis: *in honore ALTO*, adsentiri vix possum.

Honoris enim vocabulum, ita ut *potestatis*, πολύσημον esse, & pro diversa personarum conditione, modo *maiorem* dignitatem, modo *minorem* exprimere,

L 5

tra-

* Vulg. & Accur. admiserint.

† Eadem editio: ut ε.

170 L E C T I O N . I V R . C I V .

tralatitium est, l. 215. D. de verb. sign. l. 70. de reg. iur. l. 53. C. de decur. iunc. l. 68. 10. seqq. D. de mun. & hon. Hoc autem loco generalius sumi pro quovis honore, altiore vel inferiore, vix dubitandum videatur; haud aliter atque Vlpianum in l. ult. D. de incend. ruin. naufr. personas in aliquo gradu positas, pro maiori minorive dignitate praeditis, dixisse legimus. Similiter idem Ictus in l. 13. § 1. D. de iurisd. l. 3. fin. D. de recept. & Aem. Macer ‡ in l. 3. D. de L. Inl. repet. & Imperator § 3. Inst. de excus. tut. potestatem aliquam pro quacunque nuncuparunt, aliis ut veterum locis iam supersedeant.

Secundus itaque gradus non decurionum est, minorumve magistratum; utpote quos uti a quaestione, ita & a poenis humiliorum immunes fuisse novimus, l. ult. D. de decur. l. 3. 9. 12. C. de poen. sed reliquorum civium, ab infima distinctorum plebe, feceque servili, arg. l. 8. de L. Corn. de fals. & l. 16. § 3. D. de poen. Hi itaque capite puniri, decuriones vero ob honorem, quo fungebantur, iure ordinario deportari tantum solebant, l. 15. D. de poen. ita tamen ut in iis, ut minus honoratis, facilius quam in honoratioribus, ‡ capit⁹ poena admitteretur, auctore Modestino. Atque hoc ex iis quae sequuntur evidentissimum evadit, prohibitis Magistratibus, ne extra summum discrimen suo in illos arbitrio vi meri imperii, sed imperato demum iussu principis animadver-

‡ In Basili, perperam Marciano tribuitur, lib. ix. sit. xxxii. p. 762. init. tom. VII. Rechte autem ἀρχαὶ ibi versum est; uti apud Theoph. d. l. ἐ ἀρχὴ μετερχόμενος, ubi vid. Fabrottus: aliter vero visam Cl. Ortoni, non quidem ad d. § 3. sed in tract. de Aedil. colon. cap. 14. p. 495. ed. Trai.
Quod sub Alexio Comneno adhuc obtinuisse scholiares Bāsilicorum testatur, lib. x. p. xxix. p. 695. lit. u. tom. VII.

M V S E U M
B R I T A N N I C U M

L I B . II . C A P . X I V . 171

adverterent. Conf. l. 27. § 1. & 2. D. de poen. l. 6. § 7. D. de ini. rupt. irr. testam. l. 1 pr. D. quando adpell. & l. 2. § 1. D. de bon. eor. qui ante sent. De adpellatione secundi, i.e. deterioris, videndus Cl. Du-kerus ad Florum lib. IIII. cap. 20. init. ibiq. citati, Gro-nov. Graev. Burm. Quae vero olim, tom. II. Iurisp. Rest. in Praeterm. ad Reinold. p. 241. seq. hac de re obserabam, ex iis, quae iam dixi, ut emenden-tur, rogo.

C A P V T XV.

In l. 17. § 4. & 5. D. de excus. tut. receptam lectio-nem servandam esse ostenditur.

Callistratus libro iv. de Cognitionibus, in l. 17. § 4. & 5. D. de excus. tut. (in ed. Vulg. est l. 20.) ita ait: *Is qui AEDILITATE fungitur, POTEST tutor dari; NAM * aedilitas inter eos magistratus HABETVR, qui ** PRIVATIS muneribus excusati sunt, secundum Divi Marci rescriptum. Sane notum est, quod gerentibus honorem vacationem tutelarum concedi PLACVIT.* Accur-sius aedilitatem *curulem* intelligit, non tamen so-lam; faciles vero Accursio id condonamus, acturi hac de re cap. seq. Nos *plebeios*, cum urbanos, tum municipales accipimus: *curulibus* cum iurisdic-tione creari iam desitis, & ipso olim iure non minus excusatis, quam maioribus magistratibus aliis, Quemadmodum vero duumviri, ceterique minores magi-

* In ed. Baudozae perperam habetur, *neque*, vel glossa teste.

** D. Gothfr. Baudozam sequutus, *in*serita praepos. edidit: *qui (a) privatis &c.*

172 L E C T I O N . I V R . C I V .

magistratus, non omnium vacatione tutelarum gaudebant, ita nec *Aediles*; utpote *privatorum* tantum munerum, non *publicorum* immunes; inter quae posteriora tutelam curamque connumerari placuerat, *pr. Inst. de excus. tut. iunc. l. 9. D. de his qui sui vel al. sunt. iur. & l. 17. § 2. D. de excus. tut.* quod & accurate adnotavit Accursius, eumque sequutus Donellus *lib. 111. Comment. cap. 9.* Quapropter, ut alia nunc mittam, exemplo *militum*, ad collegarum, ceterorumque ordinis sui, maioris minorisve, liberorum tutelas, *Aediles* iure vocabantur, utpote a solis privatorum tutelis liberi, *l. 15. § 2. 3. 4. 9. D. eod. iunc. l. 6. § 16. D. eod. l. 19. § 1. D. de tut. & cur. dat. & l. pen. D. qui pet. tut.* nisi speciali forte privilegio contra tutelas omnes sibi nominatim prospexisserent, *l. 17. § 3. & l. 41. § ult. D. eod. iunc. l. 15. 12. D. eod.*

Aliud vero iuris in *Cive* esse, Romae domicilium habente, & ad magistratum in municipio gerendum designato, Vlpianus tradit *l. 23. pr. D. eod.* Ceterum tamen & de quocunque alio, magistratum adhuc *suscpturo*, intelligendum hoc esse, nihil dubitandum videtur; quum solis honorem *gerentibus, non gesturis*, excusationem competere Callistratus scripscerit, *d. l. 17. § 5. D. eod.* Sensus itaque Callistrati hic videtur: *Aedilis plebeius*, quum ad similitudinem aliorum magistratum *minorum*, ex rescripto Divi Marci, a *privatis* tantum muneribus sit excusatus; proinde a *tutela*, quod *publicum* munus est, excusatus non videtur. Sane *usu* iam obtinuit, ut *quamdiu* honorem gerunt, suoque magistratu funguntur, vacationem quoque tutelarum, *plebeiarum* scilicet, habeant; nisi tamen *cooptae* iam antea fuerint.

Atque ex brevi hac theoria, receptae veritas electionis, loco haud uno, facile vindicabitur. Primum in

in d. l. 23. pr. D. de excus. tut. ubi nonnullis in libris *negationem* deesse Accursius monuit. Verum hac opera quum egregie functus sit Ant. Augustinus ad *Modest.* p. 204. iunc. lib. 1. *Emend.* cap. 3. sola tantum Graecorum verba e Basil. adiicio, d. l. p. 11. num. 22. 'Ο ΜΕ'ΛΛΩΝ γενέσθαι σρατηγός, 'ΟΤΚ ἔχει παράτημο ἐπιτροπῆς. *Qui FVTVRVS est magistratus, tutelae excusationem NON habet.*

Deinde & Franc. Zoannettum, in *Restitut. Pand.* cap. 10. ex vetusto ut ait codice, in l. 6. § 15. D. eod. invita tamen glossa, *pro nec provinciale*, substituentem *nec patrimoniale*, omnino refellunt proxime antecedentia, quae provincialium munerum, ac vere publicorum, mentionem faciunt. Ceterum Vlpiani esse, non Modestini, verba illa § 15. ex superioribus coniicio, § 5. fin. § 6. & 13. iunc. l. 1. § 2. D. eod. sibi tamen non liquere, Ant. Augustinus d. l. ad *Modest.* candidē profitetur, p. 203. Graeca vero in Basil. d. l. p. 4. lit. C. ita habent: "Ουτε δημόσιον, εἴτε ΕΠΙΑΡΧΙΚΟΝ ἔστι τῆς ἐπιτροπῆς λειτέργυμα, ἀλλὰ τολτικὸν. Neque publicum, neque PROVINCIALE est tutelae munus, sed civile. Nec praetereundus Iul. Caef. Bulengerus, qui lib. VII. de *Imp. Rom.* cap. 15. initialia d. l. 17. § 4. verba, inserta negatione, sic constituit: *Is qui aedilitate fungitur, NON potest tutor dari.* Quem propterea recte notavit V. Cl. Ev. Otto, de *Aedil. Colom.* cap. XIV. § 3.

Refellendus quoque Vertranius Maurus, *de iure liber.* cap. 18. verbis proxime sequentibus eandem particulam, velut a Triboniano de industria omissem, inferiens hoc modo: *nam aedilitas inter eos magistratus NON habetur, qui privatis muneribus excusati sunt.* Et quanquam huic correctioni ipse quoque Bachovius, more tamen non suo, publice accinuerit, vol. II. ad *Trentl. disp.* IX. § 2. lit. D. iure merito tamen

174 L E C T I O N . I V R . C I V .

tamen ab eodem Viro Cl. d. l. est reiecta. Addo auctoritatem libri Basilici, d. l. p. 10. fin. verba Callistrati a nobis exposita, hunc in modum interpretantis: 'Οι ἀγορανόμοι ΙΔΙΟΤΙΚΩΝ λειτουργιῶν, ὅτι μὴν ἐπιτροπῆς ἀπολύουται. Ο τιμὴν ΧΕΙΡΙΖΑν ναινῆς ἐπιτροπῆς, ό μὴν τῆς ἀρχθείσης ἀπολύεται. Aediles P R I V A T I S muneribus, NO N tutela excusantur. Qui honorem G E R I T , nova tutela, non copta iam, excusatur. Conf. scholia stes ibid. p. 37. lit. f. Denique nec Iac. Raevardi, ad l. 2. D. de reg. iur. probanda coniectura, in d.l. 17. § 2. omittentis τὸ cetera, ac si scripserit Callistratus: ut ad munera quoque publica compellantur. Nititur vero haec emendatio falsa persuasione, Callistratum nempe ab aliis aucto-ribus dissentientem negasse, tutelam munus publicum esse. Sed eius contrarium iam evicimus: & ad-versantur Basilica, d. l. p. 10. ibiq. schol. p. 37. lit. d. Cadit quoque eiusdem Raevardi expositio § 4. d. l. 17. Aedilis enim, si qua talis recte dari tutor possit, sane excusat us esse eodem respectu dici non potest. Conf. Hilliger ad Don. d. l. lit. A. & Gul. Maranus in Parat. D. b. l.

C A P V T X V I .

*Illustratur inscriptio l. un. D. de via publ.
Et si quid in ea fact. esse dic.*

INscriptio tituli, cum in Vulgata tum Florentina I editione, ita concepta est: *de via publica*, Et si quid in ea factum esse dicatur, auctore Ant. Augustino lib. III. Emend. cap. I. Haloander vero ex libris Politiani, a Lud. Bolognino minus curate hoc loco descriptis, quique Bononiae in aede Dominici maxima

ma religione adservantur, sequentem titulum xi. *de via publica, & itinere publico reficiendo*, cum nostro hoc x. imprudens coniunxit, velut generali inscriptum rubrica: *de via publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & de ea ex edicto Aedilium Curulum a singulis reficienda*. Vid. Ant. Augustinus d. l. Forte autem & in aliis Vulgatis, *Aedilium Curulum* mentionem, in inscriptione huius tituli, Haloander reperit: *Accursius certe in Casu d. l. un.* eorum diserte meminit, deque illis solis Papinianum interpretatur, neque etiam aliter vetus habet interpres, quem *Pisanum* vocant: quo modo & Angelum in *Lecturis*, & Romanum in l. i. § *si quis in villa, 36. num. 7. D. de Silan. Scto*, hunc titulum citasse, Alb. Gentilis ostendit, *de libb. Iur. Civ. cap. 2.* hac tamen observatione adiecta, eum in libris antiquorum ita inscribi: *de via publica, & si quid in ea factum esse dicatur.*

Legisporro un. inscriptio ita habet: *Ἐκ τῆς Αξιονομῆς Μονοθεβλῆς τῆς Πετρίνας: & in Indice Iurisconsultorum, Αστυνομικος βιβλιον εν.* Vulgo vertitur: *Ex libro singulari Papiniani de officio Aedilium.* Vtrum vero maiores hic Aediles, quos *Curules* vocant, an minores, sive *Plebeios*; utrum porro *Urbanos*, an *Municipales*, Papinianus intelligat, non adeo liquidum videtur. Lis omnibus nota, & nuper adeo ventilata est: aqua tamen nos omnino abstinentes, nostram solum coniecuturam dabimus. Occupata republica, veteres ad Constantimum usque magistratus mansisse constat, eosque inter & curulem aedilitatem: velut ex Tacito lib. i. Ann. cap. 3. init. & lib. XIII. cap. 28. Suetonio in Tib. cap. 34. Cland. cap. 38. & in Vespas. cap. 5. Dionne Cassio lib. LIX. ad ann. 7. § 1. Plinio lib. VIII. Epist. 23. & Capitolino in Gord. cap. 3. manifestum est. Conf. inscriptiones Gudianaæ, pag. CLXXXV. num. 91 pag.

pag. xxix. num. 5. & addes. Casaubonum *ad Spartian. in Hadr. cap. 3.* & *ad Capit. in Vero, cap. 3.* Accisam tamen paullatim veterem potestatem fuisse idem Tacitus obseruat *d. lib. XIII. Annal. cap. 28.* donec progressu temporis tota eorum iurisdictio ad Praetores transferretur, solo ipsis ludorum relicto honore. Quum enim iam saepe antea, evitandorum sumtuum caussa, vix qui aedilitatem peterent, ex privatis reperirentur; eorumque proinde iurisdictio *Praetoribus* fere dari coepisset, auctore Cassio *lib. XLIX. p. 402. iunc. lib. LV. p. 563.* idcirco & Julianus, Edictum componens Perpetuum, aedilium praetorio velut partem adiecit, *arg. I. 63. D. de Aed. ed.* Quam etiam caussam puto, quare Iurisconsulti, de iure agentes aedilitio, *Praetoris* fere meminisse soleant. Vid. Paulus *lib. I. Sent. tit. xv. § 2.* Quorum vero Martialis Aedilium meminit, *lib. v. epigr. ult.* & *lib. XIV. epigr. 1.* plebeios fuisse censeo, pariter ac quos Seneca simili functos officio praedicat, *de vita beata cap. 7.* distinctos ab nobilissimis illis, ea solum loca intrare solitis, quae populum receptabant, *epist. 86.* non popinas aut ganeas, utut iurisdictioni suae obnoxias: licet obescoenam semper lenonum ac meretricum fecem a conspectu magistratum submovente; quod ex M. Seneca, *lib. IV. contr. 25.* aliisque, Brisonius *lib. II. de form. cap. 172.* & Lipsius *lib. I. Elect. cap. 23.* accurate adnotarunt: quibus similem addo Varonis apud Gellium de Aedilibus Curulibus locum, *lib. XIII. cap. 13.*

Ceterum qui apud Gruterum, Reinesium, Fabretum, & Gudium, Aediles passim memorantur; paucis exceptis *municipales* fuisse existimo, pariter ac in Pandectis, *I. 12. & 13. D. de per & comm. rei vend.* *I. 14. & I. 30. § 1. D. loc. cond. I. 17. D. de compens.* *I. 12. D. de decur.* & in Codice, *I. 2. C. si serv. aut libert.*

libert. &c. Et quamvis *curulum* nomine adpellatos saepe legimus, propterea tamen *urbani* fuisse temere crederentur. Vid. inscriptio apud Gruterum pag. xciv. num. 11. & alia apud Reinesium Classe vi. num. 85. ubi male pro *Liberio*, editor *Laberium* substituit; quemadmodum ex Grutero p. cclviii. num. 5. & pag. ccccxxviii. num. 10. intelligitur. Conf. Ampl. Bynkershoekius lib. III. *Observ. cap. 7. fn.*

His itaque convenienter ei potius accedendum sententiae existimo, quae in *d. l. un.* de officio municipalium Aedilium, non curulum, aut urbanorum, egisse Papinianum statuit: idque ipsis ex verbis evinci posse, cum Ampl. Brencmanno facile suspicor, in *diff. de leg. inscr. § 19. p. 166. tom. II. Iurisp. Rest.*

CAPVT X VII

*De Lege Duodecim Tabularum
Testamentaria.*

AVITAM DE *bonis* cuiusque suis statuendi potestatem, una cum absoluto in *familiam* iure, integrum suis civibus servarant Decemviri; quorum ea de re verba, in tabula Legum v. haec videntur fuisse:

**PATERFAMILIAS VTI LEGASIT SV-
PER FAMILIAI PECVNIAIVE SVAI,
ITA IVS ESTO;** id est, *familia pecuniae sua*,
arg. l. 3. D. ad L. Corn. de siccari. Latinorum enim ablativos, primae certe flexionis, terminationem sequi dativi Graecorum, dudum ex Prisciano notavit Vofsius *lib. iv. de Art. Gramm. cap. 2. sub fin.* neque id in vocabulis tantum origine Graecis, verum & Latinorum propriis: atque, sicut in capitalibus literis solet,

M

adfixo

78 L E C T I O N . I V R . C I V .

adfixo tuta, non subscripto. Conf. Perizonius ad *Sanctum lib. I. cap. 6.* p. 36. X

Fuisse autem ea, quae diximus, legis nostrae verba, cum Cicero *lib. II. de Invent.* *cap. 50.* tum *Auctōr lib. I. ad Her.* *cap. 13.* aperte testantur; se-
cūs ac vīsum aliis, quōrum ne mentionem faciamus, Cl. Ottonis diligentia prohibet, in *praef. tom. IIII. Thes. Iur.* p. 31. seq. Conf. & illustris Heineccius *Exerc. XXVII. § 10.* p. 979. Ceterum quia Pomponius in *I. 120. D. de verb. signif.* & Iustinianus *pr. Inst. ad L. Falc.* & *Nov. XXII. cap. 2.* breviori legem oratione efferunt, sola *rei* adpellatione & *familiam* & *pecuniam* complexi, hoc modo: *uti legasset rei suae*, vel *de re sua*; hanc ego caussam fuisse suspicor, quare alii in recensenda hac lege, vel vocabulum *rei*, vel *tutelae rei suae*, deesse existimantes, adiecerint: quam vero perperam, ex interpretatione Vlpiani manifestum puto, *I. 195. § 1. D. de verb. signif.* adpellationem *familiae* in *xii. tabb.* & in *res* & in *personas* deduci aentis. Neque etiam veteres Itali antiqua semper legum verba tam religiose referunt; sed adiiciendo quid, vel detrahendo, mentem earum exprimere magis gestiunt. Atque hoc vocabulum *tutelae* referto, Paulō memoratum, in *I. 53. D. eod.* & Vlpiano *tit. XI. § 14.* Etenim abfuisse illud a verbis decemviralibus, non obscure is quem dixi Pomponius testatur, *d. I. 120.* verbum *legare* inter alia etiam de *tutelae* constituendae iurē interpretatus. Et quid frequenter est, quam legitima haec verba, *familiam pecuniamque*, a veteribus coniungi, absque ulla *rei*, vel *tutelae* mentione? Quod egregie, ut omnia, primus quod scio observavit Pet. Burmannus, humaniorum facile literarum princeps, *ad Petrom. cap. ult.*

C A -

CAPUT XVIII.

De Lege Furia Testamentaria.

LAtissimae illi potestati, de qua *cap. praec.* dero-
gatum fuisse postea, auctor est Pomponius, *d.*
l. 120. cuius verba, aliter ac vulgo distincta, haec
sunt: *Sed id * INTERPRETATIONE coan-*
guastatum est; vel legum, vel AVCTORITATE
iura constituentium. Quam *interpretationem* vocat
Pomponius, mihi certior tantum atque accurasier iu-
ris veteris definitio est, & potestatis olim concessae
iustos intra fines coercitio. Huius porro interpreta-
tionis duo fontes indicantur, unus *legum*, alter *fori*
disputationis, *arg. pr. Inst. de L. Falc.* & *l. 2. § 5.*
D. de orig. iur. quae eiusdem Pomponii est, & ad
quam videsis *Ampl. Bynkershoekium.* *Conf. l. 55.*
D. de legat. l. & *Quintilianus declam. 374.*

In legibus istis prima citatur *Furia*, cognomento
Testamentaria, a C. Furio Tribuno plebis condita,
auctore Cicerone, in *Orat. pro Balbo*, *cap. 8.* *Tulit*,
inquit, *apud maiores nostros legem C. Furius de testa-*
mentis: eidem memorata *lib. l. in Verr. cap. 42.* Per-
peram igitur Guido Pancirollus *lib. II. Var. Lect.*
cap. 279. auctorem eius laudat M. Furium Camillum,
virum patricium, & legis Fusiae Caniniae latorem.

M 2

Tem-

* Hugo a Porta & Ed. Veneta: *sed id interpretatione coangusta-*
tum est, vel legum auctoritate, vel iura constituentium. Ha-
loander, Vintimilius, & Baudoza, omittunt *id*; ille in ceteris
Vulgatam, hi Florentinam sequuntur. Russardus vero, Cha-
rondas, & Pacius, ex aliis codd. in marg. ita habent: *Sed id vel*
auctoritate legum coangustatum est, vel interpretatione iura
constituentium. Mihi Florentina satis sana videtur.

280 L E C T I O N . I V R . C I V .

*Tempus conditae legis incertum est; nisi forte anno 570. a C. Furio Aculeone, quem hoc anno Pighius inter Tr̄ibunos recitat, tom. II. p. 316. annis ante Voconiam quatuordecim, quis latam coniiciat. Conf. Livius lib. xxxviii. cap. 55. ubi quaesturae, quatuor ante annis ab illo gestae, meminit. Quem vero anno Vrbis 308. memoriae vitio *Furium* Tribunum citavit Pighius, is C. *Furnius* fuit, auctore Dion. Halicarnassensi lib. XI. cap. 57. De gente Furia denique, una patricia, altera plebeia, consulendi sunt inter alios Ant. Augustinus, & Fulvius Vrsinus, in *Furia*.*

Verba legis interciderunt: argumentum vero Vl-
pianus exhibet, tit. I. § 2. verbis sequentibus: *Mi-*
nus quam perfecta lex est, quae vetat aliquid fieri,
& si factum sit non rescindit, sed poenam iniungit ei,
qui contra legem fecit: qualis est LEX FVRIA
TESTAMENTARIA, quae plus quam MIL-
LE ASSIVM legatum, mortisve cauſsa, prohibet
capere, praeter EXCEPTAS PERSONAS: &
adversus eum qui plus ceperit, QVADRVP LI
POENAM constituit. Eademque fere apud Var-
ronem in fragmentis leguntur, lib. III. de *Vita Pop.*
Rom. p. 66. edit. Dordr. ex libro II. L. Calpurnii Pi-
sonis, de continentia veterum poëtarum; sunt autem
haec: *PLEBIS QVE SCITO cautum, ne qui*
LEGARET, cauſave mortis dinaret, supra AS-
SES MILLE. Evidem de ἀθετίᾳ huius frag-
menti subdubitasse video Fabrottum, ad § I. Theopb.
de *L. Falc.* verum absque iusta suspicionis cauſa:
qui enim inter Varronis λειψανα, ex codice Mss, in
bibliotheca Veneta S. Victoris, primus id produxit Mer-
rula, testis est oculatus, auctorque omni exceptione
maior, quem ipsum videsis in *vit. Ennii*, p. 15. Conf.
Jan. Douza, eiusdem fidem Merulae sequutus, in
not. ad Lucil. p. 106. & V. Cl. Io. Alb. Fabricius

τελυ-

τολυμαθέστατος, in *Bibl. Lat. tom. II. p. 237.* seqq. Patet itaque ex hisce omnibus, quantopere in argumen-
to huius legis referendo, aberraverit Alex. ab
Alexandro *lib. VI. Gen. Dier. cap. 15.* non aliud ea
cautum fuisse memorans, quam quod Falcidius postea
Trib. de dodrante, iusta legatorum mensura, sanxisse
legitur.

Ait lex: *ne supra ASSES MILLE.* Vid. Vlpianus,
& Varro, *dd. II.* Vere itaque Quintilianus *lib. III. Inst. Orat. cap. 8.* *Est aliquid aequum, sed prohibi-
tum iure, ut libertas testamentorum.* Ceterum qui
mille ASSES dd. II. adpellantur, in Lege Furia *mille
AERIS* nuncupata videntur, eodem auctore Varrone,
lib. VIII. de Ling. Lat. p. 118. *Pro ASSIBVS non
numquam AES dicebant antiqui, a quo dicimus
MILLE AERIS legasse.* Conf. idem auctor *lib.
IV. de Ling. Lat. p. 40.* Theophilus in sua paraphra-
si d. l. convertit *χιλια νομίσματα*, id est, *mille num-
mos*, vel *mille nummūm*, uti recte Fabrottus reddi-
dit, & Cl. Dukerus. Vid. pluribus Iac. Perizonius in
Triade, ad L. Voc. p. 143. seq. Minus proinde accurate
Iac. Curtius *τὰ νομίσματα* Theophili *aureos* est
interpretatus: a quo errore nec Franc. Hotmanus
de Re Numm. p. 84. nec Ant. Augustinus *de LL. in
Furia*; nec Balduinus in *schol. ad Nov. I. p. 225. ed.
Rittersh.* immunes fuerunt. Et Curtii quidem lap-
sum iam notarat Cuiacius *lib. xix. Observ. cap. 31.* Rem omnem ipse componit Theophilus, ad § 6.
Inst. quib. mod. ius pat. pot. solv. assem, quo in man-
cipationibus utebantur, *χιλιεν τέμπον* adpellitans,
assem nempe libralem, de quo Plinius *lib. xxxiii.
Hist. Nat. cap. 3. ibiq. Hard.* Conf. Perizonius *de Ace-
re gravi, § 6. seqq.*

Atque hanc legatorum summam suis in testamen-
tis observare lex omnes iusserat, sive *ingenui* essent,

181 L E C T I O N . I V R . C I V .

sive *liberti*, secus atque visum Hotmano *de Re Numm.* p. 84. & *de Aureo Iustin.* sub fin. ad solos legem libertos, & praesertim coelibes, restringenti. Neque vero ullam hic conditionis *mentionem* auctores faciunt, Vlpianus, Imperator, Theophilus, *dd.* *l.* *Iure merito* itaque istum Hotmani errorem castigandum sibi sumvit Elb. Leoninus, *lib. iv. Emend. cap. 4.*

Ceterum tamen quasdam hic personas legem exceptisse Vlpianus memorat, *d. l.* attamen haud nominativum expressas. Quantum vero coniectura adsequi licet, *duo* personarum genera intelligi videntur posse: vel enim *ingenuus* testabatur, vel *libertus*: ille ultra mille aeris iure legabat cognatis proximis, sobrinis nempe, & propioribus, argumento legis Cinciae, apud Vlpianum *d. tit. i. § 1.* & legis Iuliae repetundarum, *i. i. § 1.* *D. de L. Iul. repet.* Libertus vero eadem utebatur legandi facultate, quod ad cognatos patroni, eodem auctore Vlpiano *tit. xxviii.*

§ 7.

Poena legis Furiae *quadrupli* erat, eodem tradente, *d. tit. i. § 2.* non totius legati, sed eius quod summam lege definitam excederet. Theophilus *ad d. pr. Inst. de L. Falc.* Mixtum vero erat illud quadruplum, ex *simplo* aestimationis, & *triplo* poenae, quemadmodum in actione vi bonorum raptorum, & in furto olim oblato, de quo Gellius *lib. xi. cap. ult. Conf. Nov. cxxiv. cap. 3. iunc. § 25. fin. Inst. de Action.* Ratio poenae inde arcessenda videtur, quod in legato *vindicationis* legatarius, quidquid sibi relictum esset, suo iure a quoconque possessore vindicaret. Quo & legis verbum *capere* apud Vlpianum pertinere puto, *d. tit. xxviii. § 7.* Quod si itaque ultra mille asses legatarius sibi vindicasset, actione in quadruplum heres quidquid amplius captum esset, repecebat, velut a raptore. Per *damnationem* vero si relictum

licitum ita esset, plus mille assibus heres dare non compellebatur. Maleproinde Balduinus ad *Leg. Falc.* p. 20. quadruplum istud aerario illatum fuisse opinatus est; tiquidem privata haec actio & civilis erat, non publica, vel criminalis.

Non itaque rescindebatur captum hoc legatum, sed poenae tantum quadrupli obnoxius fiebat legatarius, re legata apud legatarium manente: atque ideo hanc legem *minus quam perfectam* Vlpianus vocat, *d. tit. I. § 2.* distinctam a lege prorsus *imperfecta*, quae nec rescindebat, nec puniebat; veluti lex Cincia, apud Vlpianum *d. l. Conf. Brummerus ad L. Cinc. cap. III. § 5. seqq.*

Finis legis unicus, testamentis consulendi, ne interciderent, in gratiam familiae testatorum, *d. pr. Inst. de L. Falc. iunc. l. 4. D. testam. quemadm. aper.* & *l. I. C. de SS. Eccl. Conf. Seneca lib. IV. de Benef. cap. II. & 22.* & Quintilianus *declam. 308. 311.* & 264. Neque aliis est verborum Theophili sensus *d. pr.* aut Varronis in *fragm. d. p. 66.* Etenim verba *legare* & *ληγατεύειν*, cum effectu hic accipienda, pro *iure legare*: ut adeo Vlpianum inter & Theophilum nulla intercedat dissensio, secus quam Cl. Schultingio visum est, *ad Vlp. d. l.*

CAPUT XIX.

De Legi Voconiae Auctore, & Aetate.

Tantum de *Lege Furia*: ad *Voconiam* pergimus, Ciceroni hoc nomine memoratam, *lib. III. in Verr. cap. 6.* Gellius *plebiscitum* dixit, *lib. xx. cap. I.* *Nōvus Bonōvius* Theophilus, *d. pr. Inst. de L. Falc. M. 4*

184 L E C T I O N . I V R . C I V .

Falc. Voconianam *rogationem* Paulus *lib. iv. Sent. tit. viii. § 22.* ubi vulgo *Voconia narratione*, vel secundum alias *ratione*, mendose legi dudum observavit Cuiacius *ad Paul. d. l. Conf. Ant. Augustinus de LL. in Voc. p. 156.* & Pet. Pithoeus *ad Collat. L. Mos. & Rom. tit. XVI. § 2.* denique Pag. Gaudentius, *de fém. excl. a succ. cap. 3.* Evidem Balduinus *de L. Voc. p. 18.* Vertr. Maurus *de iure libb. cap. 27.* Ian. a Costa, & Th. Marcilius *ad § 3. Inst. de leg. agn. succ. ibidemque ad Theophilum Fabrottus*: Iac. quoque Menardus *ad Civ. lib. I. in Verr. cap. 43.* & Perzonius in *Triad. p. 107. seq.* eosque sequutus Cl. Schultingius *ad Paul. d. l.* legere hic malunt, *Voconiana ratione*; minus tamen vere, ut puto. Quia autem omnis huius litis decisio a primi legis nostrae capitis pendet intellectu; utrum nempe de *legitima* etiam hereditate, an vero *testamentaria* sola, leges caverint; ex professo ea de re in seqq. agemus.

Auctor huius legis *Q. Voconius Saxa*, Tribunus plebis. Cicero in *Orat. pro Balbo cap. 8.* De cognomento *Aricini*, quo ipsum citat Pancirollus *lib. II. Var. Lect. cap. 279.* nihil quidquam reperi. Praemonen vero *Quinti* fuisse, non *Caii*, cum ex Cicero *d. l.* tum ex Liviana constat epitome *lib. XLI.* Erronea proinde lectio est, in vulgatis libris, apud Ciceronem *lib. I. in Verr. cap. 42.* ubi *Caius* adpellatur; cuius mendi omnibus editoribus neglecti, ipsique etiam Valesio *ad Excerpt. Polyb. p. 371. fin.* primus suspicionem iniecit Ant. Augustinus *de LL. d. l. Or. 1.* Orsus autem error videtur, ex adfini figura τῶν C. & Q. cuiusmodi permutationes, in codicibus manu exaratis, admodum frequentes, viri eruditи observarunt, exemplisque Pandectae Florentini illustravit Bestius, *de Rat. emend. leg. cap. I. § 3. p. 13.* cui addesis alphabetum Ampl. Brencmanni, in *Hist. Pand. lib. II. cap. 2.*

Conf.

Conf. Franc. Duarenus *lib. i. Disput. Anniv. cap. 58.* & Rad. Fornerius *lib. i. Rer. Quot. cap. 30.*

Simili scripturae vitio, quod ad nomen *Voconii* attinet, laudata Livi epitome adfecta est, *lib. xli.* ubi perperam *Volumnius* vulgo legitur. Praeter ea enim, quae citavimus loca, plura adsunt alia, idem *Voconii* nomen exprimentia: verbi causa, Ciceronis *lib. ii. de finib. bon. & mal. cap. 17.* & in *Catone Mai. cap. 5.* nec non *Philipp. iii. cap. 6.* Optime adeo cum Sigonius, ad *Epit. Liv. d. l.* tum Ant. Augustinus *de LL. in Voc.* & Franc. Hotmanus *ad Cic. lib. i. in Varr. cap. 42.* pro *Volumnio* substituerant *Voconium*, suffragante Iac. Perizonio in *Triad. p. 142.* Quanquam restitutae huius lectionis princeps laus soli Lud. Vivi debeatur, in *Comm. ad August. de Civ. Dei, lib. iii. cap. 21.* monente And. Tiraquelle *ad Alex. ab Alexandro lib. vi. cap. 15.* Conf. Franc. Balduinus *de L. Voc. p. i. & de Iurispr. Muc. p. 5. ed. Gundl.* Denique id ipsum evincit frequens plebeiae *Voconi*orum gentis mentio, plurimas in familias distributae, *Saxarum, Vaccarum, Vitulorum, Paullorum, Placidorum, Verorum, &c.* de quibus omnibus ad his Fulvium *Vrsinum*, in *Exc. de fam. Rom. sub fin. ad calc. Ant. Aug. de fam. Rom.* Inscriptiones co pertinentes Gruterus, Reinesius, aliisque collegerunt, ex indicibus istorum operum conquiri faciles.

Ceterum alias longe *Voconius* est, itidem *Quintus praenomine*, inter familiares Ciceronis, & quaestio nis tum exercitae iudex, in *Orat. pro Cluent. cap. 54.* Alius quoque *Voconius Romanus*, equestris vir dignitatis, & Flinii iunioris condiscipulus, ac familiaris, ad quem epistola v. libri i. data est, alibi quoque memoratus, uti *lib. ii. epist. 13. & lib. x. epist. 3.* Alius porro aetatis longe recentioris, *Voconius Saxa*, in *Pandectis laudatus*, cuique Proconsuli, vel Praesi di,

186 L E C T I O N . I V R . C I V .

di, epistola Divorum Fratrum inscripta legitur, *i.*
i. § 27. D. de quaestione. Vid. Pancirollus *d. l.* & Vi-
 ri Cl. Schultingius in *diff. ad i. § ult. D. de quaest.*
§ 10. & Westenbergius *ad Conf. ad Marci, diff. XVIII.*
§ 11. seqq. Denique & Voconii poëtae, interque amicos
 Hadriani principis, Apuleius meminit, in *Apol. p. 13.*
ed. Pric. Delinquit itaque Alex. ab Alexandro *lib. vi.*
Gen. Dier. cap. 15. Io. Corasius *ad l. 24. C. fam. er-*
cisc. tom. II. Opp. p. 199. & Ioach. Mynsingerus *ad*
pr. Inst. de L. Falc. duas nobis, vel tres, si diis pla-
 cetur, ex una Voconia, leges fabricare: *Volumniam*
 unam, duasque *Voconias*; alteram Ciceroni in *dd. II.*
 alteram Iustiniano memoratam, *d. pr. Inst. Conf. Iac.*
 Perizonius in *Triad. d. p. 142.*

Haec de legis auctore: ad *annum* porro quod
 attinet, eum Cicero definivit, in *Cat. Mai. cap. 5.*
annum nempe V. C. 584. Q. Marcio Philippo iterum,
 & Cn. Servilio Caepione Coss. quo tempore & En-
 nium vita functum annales memorant. Ita enim Ca-
 to, apud Ciceronem *d. l.* *Ille,* inquit, (Ennius)
Caepione & Philippo iterum Coss. mortuus est: cum
*ego quidem, quinque & sexaginta annos * natus,*
LEGEM VOCONIAM voce magna & bonis la-
 teribus suasissima. Conf. idem in Bruto *cap. 20.* Abhoc
 autem Ciceronis testimonio diversus abit Livius, *lib.*
XLI. & XLIX. auctorque epitomes *d. lib. XLI.* no-
 tante Balduino *de L. Voc. p. 4.* In quo calculorum divor-
 tio, Ciceronis ego ut antiquioris, & fere supparis, au-
 toritate standum existimo; Cassiodoro etiam, tabu-
 lisque Capitolinis consentientibus. Vid. Pighius, Si-
 gonius, Contius, *ad d. ann. 584.* Fr. Balduinus *de L.*
Voc. p. 2. & Pag. Gaudentius *d. cap. 3.*

At-

* Erroneos sequitus fastos, pro annis 65. Vinnius 70. rescri-
 bendum cenfuit, *ad s. r. Inst. de fidic. horae.*

Atque hanc nostram sententiam suo etiam testimonio adiuvare videtur D. Aur. Augustinus, quem integris plerorumque veterum commentariis usum fuisse aliunde novimus, *d. lib. III. de Civ. Dei, cap. 21.* Ait enim: *Tunc, id est, inter secundum & postremum bellum Carthaginense, lata etiam est illa LEX VOCONIA &c.* Interfuerunt vero anni quinquaginta duo. Ceterum Lud. Vives in *Comment. ad d. I.* memoria forte lapsus adscripsit: *paullo ante bellum Macedonicum Persae;* quum scribere debuisset, *sub belli Macedonici finem.* Perseus enim ab Senatu hostis reipublicae dictus legitur anno Vrbis 581. C. Popilio Laenate, & P. Aelio Ligure Coss. auctore Livio *lib. XLII. cap. 10.* belli vero huius administratio ad novos insequentis anni Coss. P. Licinium Crassum, & C. Cassium Longinum, fuerat dilata, eodem referente, *d. lib. XLII. cap. 18.* Tractum denique hoc bellum per annostres, captusque Perseus anno Vrbis 585. Aemilio Paullo iterum, & C. Licinio Crasso Coss. Vid. Livius *lib. XLV. cap. 1.* Lata itaque Voconia lex, annis 32. a bello Punico 11. & annis 20. ante coeptum tertium, adeoque annis 280. post conditas XII. Tabulas.

Et quid multa? ex ipsius Voconiae legis verbis, annus quem diximus 584. facile colligitur. Auctor enim Cicero est, *lib. I. in Verr. cap. 41.* hoc modè scriptum in lege fuisse: *QVI AB A. POSTUMIO, Q. FULVIO CENSORIBVS, CENSVS ESSET.* Vnde omnino liquet, ab eo demum tempore vim suam obtinere hanc legem coepisse, quo sui magistratus munere Postumius & Fulvius iam abiissent, lustrumque ab iis conditum fuisset, id est, quinquennio post illorum creationem, anno Vrbis 580. peractam, iam elapo; qui annus est 584. ut diximus. Cavendum itaque, tum ab Henr. Valefir, tum

188 L E C T I O N . I V R . C I V .

tum Arn. Vinnii errore: quorum ille *ad Excerpt. Polyb.* p. 27. legi nostrae annum adsignavit 576. C. Claudio Pulchro & Tib. Graccho Coss. hic vero *ad 6 i. Inst. de fideic. hered.* annum 595. Ceterum non nisi operis tribuendum, quod in *d. Triade Perizonii*, p. 139. expressus legitur annus 684. quemadmodum ex Consulum, qui adscripti, nominibus palam est.

C A P V T X X .

De Legis Voconiae Argumento.

DVo praecipue hoc plebiscito intendisse videtur Voconius: *unum*, ut ab omni hereditate, non solum legitima, verum etiam testamentaria, feminae arcerentur: *alterum*, ut quod lege Furia fieri iam cooperat, legatis diligentius coercitis, defunctorum voluntates custodirentur. Quanquam vero generalis haec lex videatur, formulam eius tamen specialioribus conceptam verbis fuisse, auctor est Cicero, lib. 1. in *Verr. cap. 41. seqq. ibiq. Asconius*. Solemne legum, & edictorum generalium, initium hoc erat: *NE QVIS*. vel *SI QVIS*: qua de re Interpp. *ad l. l. D. de verb. sign.* Voconius vero ita orsus videtur: *QVI . . . CENSVS ESCIT*; secus ac Liviinae auctor Epitomes, *d. l. XLI.* & Aur. Augustinus *de Civ. Dei*, *d. lib. III. cap. 21.* memoriae prodiderunt; qua de re pluribus *cap. seq.*

Quum itaque ad eos tantum lex pertineat, qui ab anno Vrbis 584. *CENSI* essent, paucis in veram huius vocis significationem ut inquiramus, operaे forte pretium videbitur. Et Asconius quidem Paedianus *ad Cic. in Verr. d. l.* duas *CENSI* expositiones

nes adfert. Verba adscribo: *NEQUE CENSVS ESSET*, id est, *neque centum millia sestertium posse fideret*. Nam more veterum *CENSI* dicebantur, qui centum millia professione detulissent; huiusmodi adeo facultates *CENSVS* vocabantur. Alii sic intelligunt: *NEQUE CENSVS ESSET*, hoc est, neque census eius in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari *census* solet apud *Censores*, quorum administratio per lustrum, hoc est, quinquennium extenditur. Priorem expositionem plerique sequuntur interpretum, & ipse etiam ⁸ *πάντα* Gronovius lib. III. de Pec. Vet. cap. 16. p. 247. init. Posteriori vero Cl. Perizonius, cum principe literatorum Graevio subscrispsit, in *Triad.* p. 180. seq. Ab utrisque tamen discessit Menardus *ad Cic. d.l. CENSVM* interpretatus eum, qui & centum possideret millia, & suum apud *Censores* nomen professus esset.

Ad me quod attinet, optimum quidem auctorem Asconium censeo, & in praclarissimis melioris aetatis ingenii numerandum; attamen quum pauca tantum fragmenta, eaque corruptissima & interpolata valde, ad nos pervenerint; non sine ratione dubitare mihi videor, an verba modo adlata pro Asconianis haberi debeant. Asconius certe, antiquitatum peritissimus & legum, neque *censum* cum *classico* turpiter confudisset; nec *centum millia aeris*, *five assium*, centum sestertiorum millia fuisset interpretatus. Videantur, qui simile de fragmentis istis, a Poggio primum editis, iudicium tulerunt, Hadr. Cardinalis, *de serm. lat.* p. 131. & Scioppius passim, in *Infam. Fam.* ac potissimum in *Iud. de Stil. Hist.* p. 169.

Meo iudicio *CENSI* adpellatione omnes omnino cives continentur, utpote quos ex publica lege, iam

196 L E C T I O N . I V R . C I V .

iam a Servii Tullii temporibus, quovis *quinquennio* censeri oportuit, gravissima adversus *incensos* statuta poena, servitutis nempe, & publicationis bonorum: Cicerone *pro Caec.* cap. 34. Halicarnassensi lib. iv. cap. 19. Livio lib. i. cap. 44. & lib. iv. cap. 24. & Velleio testibus lib. ii. cap. 19. Conf. Festus in *voc. Quinquennales*, & Callistratus in l. 3. § 6. *D. de iure fisci.* Posteaquam vero, lata iam Voconia lege, intermitti saepenumero* census coepisset, ipso quem diximus Cicerone referente, tum lib. i. in *Verr.* cap. 41. tum in *Orat.* *pro Arch.* cap. 5. & Censorino *de die nat.* cap. 18. fin. ibiq. Lindenbr. subtili mox calumnia subversa lex est, quasi scilicet ob neglectum censum & prohibitio cessaret; lieceretque adeo civibus, utpote non censis, quantum vellent mulieribus relinquere; eo enim verba redeunt Ciceronis *d. cap. 41. seq.* Atque ita malo, quam cum Cl. Perizonio, p. 186. seq. census de industria neglegti, quod impunie fieri non potuit, reos postulare testatores.

Rem ipsam paucis videamus: P. Annius, de quo Cicero, senatoriae vir dignitatis, quum *census non* esset, unica filia herede scripta, deceperat anno Vrbis 678. C. autem Verres Praetor, anno in sequente 679. legem Voconiam editio renovaverat, ne patri heres existeret filia. Sed ait Cicero, nihilquidquam filiae istam obesse legem, utpote quae de *censis* tantum loqueretur, Annium vero *non censem* deceperisse. Et sane ultimus Romae census anno 667. actus fuerat, L. Marcio Philippo, & M. Perperna Censoribus, a Cicerone memoratis *d. lib. i. in Verr. cap. 55. iunc. Orat. pro Arch. cap. 5.* & Plinio lib. vii. Hist. Nat. cap. 68.

* Conf. Iustorum catalogus apud If. Vossium; *de magn. Rom. vet.* cap. 6. & Ger. Cocceium *ad l. 2. § 18. D. de orig. iur. p. 167. sqq.*

68. ita ut per ^{tex}duodecim annos interiectos intermissus fuisset, ad annum usque 683. Vid. Epitome Livii lib. xcviij. & Asconius ad cap. 3. *Divin. & contra competit. in tog. cand. p. 145.* denique Plutarchus in Pompeio, p. 630. & in *Apophthegm. p. 230. seq.* Conf. Fabricius in *Hist. Cic. ad ann. 692.* Atque hoc sensu verba Ciceronis puto capienda, d. cap. 41. sunt autem haec: *P. Annius Asellus mortuus est, C. Annio Sacerdote Praetore. Is cum haberet unicam filiam, NEQUE CENSVS ESSET, quod eum natura hortabatur, LEX NVLLA prohibebat, fecit ut filiam bonis suis heredem institueret. Heres erat filia faciebant omnia cum puella, leges, aequitas, voluntas patris, edicta Praetorum, CONSVETVDO iuris eius, quod erat tum, cum Asellus est mortuus. Deinde init. cap. seq. Iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annii fecerat, non improbum, non inofficium, non inhumanum. Quod si ita fecisset, tamen post illius mortem nihil de testamento illius novi iuris constitui oporteret. VOCONIA LEX te videlicet delectabat. Imitatus essem ipsum illum * C. VOCONIVM, qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virginis, neque mulieris; sanxit in posterum, QVI post eos Censores CENSVS ESSET, ne quis heredem virginem, neve mulierem faceret.*

* Emendandum esse hunc locum, & pro C. legendum Q. supra monuimus cap. xix.

C A P V T X X I .

De Capitibus Legis Voconiae.

Plura duobus capita hanc legem habuisse, a vero haud absimile videtur; quemadmodum ex iis, quae de feminarum *dotibus* suo infra loco sumus dicturi, liquido adparebit. Ceterum *duo* tantum, quorum nobis verba quodammodo sunt reliqua, hodie feruntur, a nobis hoc & sequenti capite expōnenda.

Vnum ac praecipuum Voconiae legis caput, de coērcendis mulierum hereditatibus, fuisse conceptum, auctor est Gellius lib. xx. cap. i. ubi ita Sext. Caelius Favorino: Quid utilius PLEBIS SCITO VOCONIO de coērcendis mulierum hereditatibus? Vid. idem lib. vii. cap. 13. & lib. xvii. cap. 6. Conf. Cicero d. lib. i. in Verr. cap. 41. seq. Polybius in Excerpt. de Virtut. & Vit. p. 1462. Dio Cassius lib. lvi. p. 662. & Aur. Augustinus de Civ. Dei, d. lib. iii. cap. 21.

Verba capitinis primi, quantum ex Cicerone, Gellio, Augustino, & aliis, coniūcere possumus, hunc fere in modum concepta fuerunt: QVI AB A. POSTVMIO ALBINO, Q. FVLVIO FLACCO CENSORIBVS, CENSVS ESCIT, VIRGINEM. MVLIEREMVE HEREDEM NE FACITO.

*Alterum legis caput, post subversam fraudibus Furiam, modum *legatis* imposuisse, cap. praec. monimus, idemque Tullius testatur, d. lib. i. in Verr. cap. 43. iunc. pr. Inst. de L. Falc. ibiq. Theoph. in paraphr. Verba Ciceronis haec sunt: Quid? si plus lega-*

legavit, quam ad heredem heredesve perveniat,
quod per LEGEM VOCONIAM ei, qui CENSUS NON SIT, LICET: cur hoc, quum in eadem genere sit, non caves? Ita edidit ḥ rāvū Graevius, itaque omnes habere codices Lambinus testatur, Hotmano etiam, Balduino, aliisque suffragantibus. Genuinam vero non esse, facile, ni fallor, ex iis quae sequuntur, evinci potest. Sane enim Verres, Voconianam legem in edicendo imitaturus, negante ac prohibente oratione, *quid non liceret*, non adfirmando aut permittente, *quid liceret*, sancire debuit. Verissima igitur altera Lambini coniectura videtur, ab illustri quoque Graevio adoptata, dudumque Fabbrotto complacita, *ad Theoph. § I. Inst. de L. Falc.* quā legendum hoc modo: *Quod per legem Voconiam ei, qui CENSUS SIT, NON LICET.*

Verba secundi capitis haec forte fuerunt: QVI AB A. POSTVMIO ALB. Q. FVLVIO FL. CENSORIBVS, CENSUS ESCIT, PLVS CVI-QVAM, QVAM AD HEREDEM HERDESVE PERVENIAT, NE LEGATO.

CAPUT XXII.

De primo capite L. Voconiae.

Capite primo Voconius ait: *QVI AB A. POSTVMIO ALBINO, Q. FVLVIO FLACCO CENSORIBVS*, i.e. post annum Vrbis conditae 584, quo lustrum ab iis conditum, & magistratus quinquennialis, severissime tum exercitus, adimpletus est. Plinius *lib. VII. Hist. Nat. cap. 48.* Conf. Pighius *tom. II. Ann. p. 356. iunc. p. 373.* Ait porro: *CENSUS ESCIT*, i.e. cives omni-

N

no

no omnes, in posterum singulis quinquenniis censendi: non autem soli *pecuniosi*, aut soli *classici*; quos perperam vulgo cum *censis* confundi, supra cap. xx. monuimus.

Pégit Voconius: *VIRGINEM MVLIEREM VIVE*, i.e. feminam qualemcumque: puberem, impuberem: nuptam, innuptam: patriciam, plebeiam: ingenuam, libertam. Notionem istarum vocum, cum propriam tum translatam, praeter interpretes ad l. 13. pr. D. de verb. sign. professa opera illustrarunt, Val. Gul. Forsterus lib. I. Observ. Succis. cap. 15. Def. Heraldus ad lib. v. Arnobii, p. 319. ed. Paris. & Celeberrimus Dukerus ad Opusc. de latin. vett. Ict. p. 33. seqq.

Ait denique: *HEREDEM NE FACITO*; quae verba de hereditate proprie dicta, id est, civili tantum & directa, non etiam de fideicommissaria, intelligenda existimo: quippe quam non lex civilis; sed eius in fraudem potius naturalis aequitas paullatim induxit, iure per se infirmam, nulliusque ante Augustum in foro effectus aut obligationis, § 1. & 12. Inst. de fideic. hered. iunc. pr. Inst. de codicill. Quanquam enim in alia omnia Perizonius abiit, d. Triad. p. 140. etimque, ut fit, sequuti non pauci, ob auctoritatem scilicet Ciceronis lib. II. de Finib. Bon. & Mal. cap. 17. ex illo tamen loco tantum abest ut quod volunt pateat, ut inde contrarium plane demonstrari posse existimem. Verba Ciceronis haec sunt: *Memini me adesse P. Sextilio Rufo, quem is ad amicos rem ita deferret: se esse heredem Q. Fadio Gallo, cuius in testamento scriptum esset;* * *SE AB EO*

* Cl. Davisius in *not. ad b. l.* dupliciter emendat, legendō vel *eum ab se rogatum*; vel *se ab eo rogasse*. Vtrumque frustra: ipse enim Sextilius loquens inducitur, *quod vel ex antocedd. patet: se esse heredem Q. Fadio Gallo.*

L I B . II . C A P . XXII . 193

EO ROGATVM , ut omnis hereditas ad filiam perveniret . Id Sextilius factum + NEGABAT : poterat autem impune ; quis enim redargueret ? Nemo nostrum credebat , eratque verisimilius , hunc mentiri cuius interesset , quam illum qui id se rogasse scripsisset , QVOD DE BVISSET ROGARE . Addebat etiam , se in LEGEM VOCONIAM iuratum , contra eam facere non audere ; nisi aliter amicis videretur . Aderamus nos quidem adolescentes , sed & multi amplissimi viri ; quorum nemo censuit PLVS Fadiae dandum , quam posset ad eam LEGE VOCONIA pervenire . Tenuit permagnam Sextilius hereditatem ; unde , si sequutus esset eorum sententiam , qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponeren , NE NVMMVM quidem VNVM attigisset .

Species ita habet : Fadius , quum census esset , filiam heredem relinquere , lege Voconia prohibebatur : Sextilium itaque testamento instituit , ante ab se rogatum , ut hereditatem aditam filiae restitueret : commendationisque huius , & fidei sibi datae , in ipso testamento fecerat mentionem . Fadius moritur . Quid Sextilius ? is facti infamiam ut evitaret , simulque avaritiam & perfidiam tegeret , coacto amicorum consilio , prolatisque tabulis , non solum negabat , se fidem Fadio de restituenda hereditate dedisse ; sed etiam , contra Voconiam legem , in quam iurasset , facere se non audere profitebatur . Ita Sextilius .

Tantum vero aberat , ut quod de lege Voconia
N 3 iste

† Tria hic observanda : *unum* vulgo neglectum , valuisse olim fideicommissa , mandato rite confirmata , petique adeo solita fuisse : *alterum* , ex sola testatoris rogatione nullam ante Augustum obligationem iure usci potuisse : *tertium* , praestari tamen incapacibus fideicommissariis plerumque suisse , liberalium instar donationum .

196 L E C T I O N . I V R . C I V .

iste caussabatur, ipso iure aut publico usu tum obtinuerit; ut contra ea disertis verbis Cicero testetur, *ne nummum quidem unum attingere Sextilium debuisse*. Et quaeso, inficiationis color quid aliud indicat? nisi rogatum se, lubentissimo animo, ut virum bonum decet, hereditatem restituere debuisse: *religiosus enim homo sanctusque*, ut ait Seneca, *tueri debet fideicomissa*, in lib. de tranquill. animi, cap. 11. Qua de re egregia sunt, quae disputat Cl. Chiftelius, lib. I. de Fideicomm. cap. I. 2. 3.

Audiamus ipsum Ciceronem d. lib. II. de finib. cap. 18. *Site amicus tuus moriens rogaverit, ut hereditatem reddas SVAE FILIAE, nec usquam id scripsiterit, ut scripsit Fadius, nec cuiquam dixerit; quid facies? tu quidem REDDES: ipse Epicurus fortasse redderet; ut Sext. Pedaueus, Sexti F. is qui hunc nostrum reliquit, effigiem & humanitatis & probitatis suae, filium: tum doctus, tum omnium vir optimus & iustissimus, cum sciret nemo, cum rogatum a C. Plotio, equite Romano splendido, Nursino; ultro AD MVLIEREM venit, eique nihil opinanti viri ‡ MANDATVM exposuit, HEREDITATEMQUE REDDIDIT.*

Ceterum tamen, non ab hereditate solum directa, verum a fideicommissis quoque, exclusos nonnunquam incapaces fuisse, ex lege Cornelia, ab interrege Valerio anno 672. condita, & a Caesare deinde abrogata, *de proscriptis*, discimus, apud Ciceronem, lib. I. in Verr. cap. 47. cuius legis haec fertur sententia: *ut quibus aqua & igni interdictum esset, eos neque testamento, neque inter bonos, iuvare liceret.* Conf. Oratio pro S. Roscio cap. 43. ibiq. Hotm. & Pighius in Annal. ad d. ann. 672. Quo igitur colore ista

‡ Vid. notata superius ad signum ‡.

ista Ciceronis loca de lege Voconii vulgo intelligent, ignorare me fateor: pariter ac quae ex Val. Maximo, Seneca, Quintiliano, & Plinio, testimonia extantur. Agemus de singulis.

Et Val. Maximus quidem *lib. iv. cap. ii. ex. 7.* per *fidei commissa praedia* non alia puto significat, quam Corneliae, Q. Pompeii matris, curae & fidei solum commendata, non autem verbis precativis feminae incapaci relicta testamento. Petuisse enim Coelius a Cornelia, exulis Pompeii nomine, caussamque victor obtinuisse dicitur; manifesto indicio, de fideicommisso proprie dicto ibi non agi; exuli enim lex obrat Cornelia, ad petendum vero fideicommissum nulla adhuc prodita erat actio. X

Ad locum M. Senecae quod attinet, *lib. ii. Controv. ult.* ubi directo iure heres femina scripta legitur, non, quod vulgo volunt, fideicommisso tantum honorata; tria observo: *unum*, frusta ex declamationibus Rhetorum, vel graeci argumenti, vel ficti, auctoritatem iuris peti: *alterum*, quod si etiam de veritate historiae constaret, illam recentioris tamen aetatis esse, qua sub Imperatoribus, ob intermissum censum, feminae heredes institui iam possent: *tertium* denique, testamentum hic citari, non civis Romani, sed mercatoris peregrini, ab hac testandi facultate penitus exclusi.

Ad Quintilianum pergimus *declam. 325.* ubi vici-nus pauper a divite heres institutus dicitur, & restituere ex fideicommisso hereditatem iussus ei, cui defunctus restitui rogasset. Verum & hanc ficti argumenti, uti solent scholasticae, declamationem esse, ex praecedentis fine *sermonis* patet, ubi disertis id verbis traditur. Deinde ad Domitiani edictum hic adludi videtur, de quo Suetonius *cap. 8.* iunc. *Iuvenali sat. 1. vers. 55. seqq. ibiq. Schol.* Tantum igitur

198 L E C T I O N . I V R . C I V .

tur abest, ut de Voconia ibi agatur, ut caussa instituti mariti non alia adferatur, quam adulterii suspicionis fuga. Ita enim Quintilianus: *Quaedam argumenta etiam ex incommodis petenda sunt: fuerit necesse est ratio aliqua & caussa, propter quam dives non ipsam, ad quam pervenire volebat hereditatem, scripsit heredem. Obsterit oportet PVDOR.* — *Obsterit oportet FAMILIARIOR aliqua causa. Non poterat SALVO PVDORE hanc scribere heredem. Quid ergo? negem fuisse RVMOREM, qui adspiceret hanc feminam?* &c.

Supereft Plinii locus, etiam ad partes vocari solitus, lib. x. epift. 79. in quo tamen de femina herede fideicommissaria nec $\gamma\mu\nu$ nec $\mu\nu$ scriptum legitur. Verba sunt haec: *Rogavit testamento, ut hereditatem suam adirem, cerneremque; ac deinde praeceptis quinquaginta millibus nummum, reliquum omne Heracleotarum & Tianorum civitatibus redderem.*

Atque haec de *primo* legis capite adnotasse placuit. Quamvis vero interpretum alii prohibitionem quoque legatorum, quod ad feminas, huc referant; minus tamen recte id fieri vel ex eo existimari videatur posse, quod de legatis, observato sexus discrimine, relinquendis, certoque legandi modo, in *secundo* demum legis huius capite cautum fuisse, ipfe Cicero testetur d. lib. i. in *Verr.* cap. 43. qua de re infra singillatim agemus:

CK

C A P V T XXIII.

De legitima Feminarum successione.

DVbium plerisque visum est, utrum a *testamētaria* solum hereditate, an ab *legitima* quoque, prohibitae veteri iure feminae fuerint? *Prius a Cuiacio, Augustino, Balduino, & Hotmano: posteriorius a Cl. Perizonio d. l. defenditur.* Ad nos quod attinet, *tempora* putamus hic distinguenda esse, triplicemque Iurisprudentiae epocham, *antiquae, mediae, & novae*, § 3. *Inst. de legit. adgn. success. ibid.* *Theoph. Conf. Paulus lib. iv. Sent. tit. VIII. § 3. & 22. iusn. l. 2. § 5. D. de orig. iur.*

Prima Iurisprudentiae epocha, quam antiquam dicimus, leges XII. tabularum complectitur: *altera* subsequutam fori disputationem, singulares item leges; plebiscita, & magistratum edicta continet, ad occupatam usque sub Caesaribus rem publicam; quam propterea *medium* Iurisprudentiam adpellamus: *tertia* denique, sive *nova*, constitutiones habet Imperatorum, ad usque Iustinianum, *novissimae* Iurisprudentiae in Codice & Novellis auctorem. Vid. Perizonius d. l. p. 194. a qua sententia quamobrem discesserint Viri Cl. Schultingius ad Paul. d. l. Bachovius, Vinnius, Heineccius, ad d. § 3. *Inst. caussae nihil video.*

Primitus *antiquae* Iurisprudentiae incunabulis, iam ab Romulo usque, liberos omnino omnes, in patria agentes potestate, legitimos patrum heredes fuisse. Dion. Halicarnassensis memoriae prodidit, lib. II. Ant. cap. 26. Quo iure & mulieres, patria solutas potesta-
te, & in maritorum manum solemniter translatas, u-

200 L E C T I O N . I V R . C I V :

ti confueuisse, idem auctor *d. l.* commemorat, omni consentiente antiquitate. Vid. Cicero in *Top. cap. 3. & 4. ibiq. Boëth.* * Tacitus *lib. iv. Ann. cap. 16.* Gellius *lib. xviii. cap. 6.* Macrobius *lib. i. Saturn. cap. 10.* Servius denique ad Virgilium, *lib. i. Georg. vers. 31. & lib. iv. Aeneid. vers. 103.* Conf. Cl. Schultingius *ad Vlpian. tit. ix. tit. xi. § 13. tit. xxii. § 14. & ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit. XVI. § 2. num. 7.* & Ampl. Grupenus, *de Vxore Romana, cap. III. § 4.*

Quam Regiorum temporum iurisprudentiam, & in XII. tabulas, cum plurimis aliis Regum legibus, postea commigrasse, omni vacuum dubio videtur. Ita enim Paulus *lib. iv. Sent. tit. VIII. § 22. fin. Lex XII. tabularum NVLLA DISCRETIONE SE-XVS † cognatos admittit.* Neque aliter Imperator § 3. *Inst. de legit. adgn. succ. Lex,* inquit, XII. tabularum, simplicitatem legibus amicam amplexa, OMNES ADGNATOS, SIVE MASCULOS SIVE FEMINAS, cuiuscumque gradus ad successionem vocabat. Conf. *l. pen. & ult. C. de legit. hered.* Vno verbo: omnes ab intestato iure familiae succedebant: filii, filiae: fratres, sorores: germanae vel consanguineae: nepotes & neptes ex masculis; & ita deinceps. Solae igitur emancipatae, vel solemniter elocatae, tum excipiebantur, utpote minimam capitis diminutionem passae, & familiae ad-

* Equidem verba Taciti *b. l. Christ.* Thomasius de solis capienda flaminicis censuit, *diff. de Nupt. cap. 1. § 6.* verum ad omnes ea nuptas pertinere, veteris iurius ratio facile puto evinxit.

† Generaliore vocabulo *cognatos* vocat, qui proprio nomine *adgnati;* nec ulla adeo emendatione hic opus. Vid. idem Paulus *l. ult. § 1. D. de gradib. add. l. 4. § 1. D. eod. l. 19. D. de reb. dub. &c.*

adgnationisve iure privatae. Vid. Vlpianus *d. tit. xi.* § 13. & *tit. xxii. § 14.* Quo sensu Paulum accipio *d. lib. iv. tit. viii. § 3. 4. 15. seqq. iunc. d. l. pen. 3.* Quare vero in dubium iuris Attici obtentu haec revocaverint alii, quos inter Pag. Gaudentius, *de fem. succ. cap. 13. & 15.* & Iac. Perizonius, *d. Triad. p. 134. seq.* nondum intelligo.

Ad *medium* Iurisprudentiam pergimus, qua fori disputationem, singulares leges, & edicta magistratum contineri diximus, § 3. *Inst. de legit. adgnat. succ.* Partem huius itaque lex facit Voconia, primo cuius capite *testamentariae* feminarum successioni penitus derogatum fuisse vidimus; postquam nimirum fori disputatione *legitimae* ius hereditatis dum feminis ademptum fuisset: ipsis etiam filiabus-familias, multoque magis sororibus, neptibusque masculorum, omni ab intestato successione prohibitis. *Rationem* mutati iuris hanc vulgo reddunt, quod familiae in feminis intereant, per mares vero conserventur, *d. § 3. Inst. iunc. l. 195. § ult. & l. 196. § 1. D. de verb. signif.* reipublicae itaque interesse, ut ad masculos potius avita bona perveniant, quam alienis familiis per feminas inferantur. Addi potuissent peculiaria familiarum iura, & *sacra* potissimum, quae nulla feminae, sed soli habebant sui iuris mares: sexu sequiori in patris semper, vel mariti, sacris non minus ac potestate, constituto. Forte autem & aliae, non minus fonticae, propioresque reddi caussae possunt, quare prudentum interpretatione aitis parentum bonis feminas postea excludi placuerit: cui rei investigandae operam paucis nunc dabitur.

Apud omnes, quantum constat, aevi antiquioris populos ignoratas fuisse *dotes*, certissimum videtur; donec certis in casibus, publicae utilitatis causa,

progressu temporis introducerentur. De *Hebraicis* post Salmasium de *Modo Virur.* cap. iv. p. 138. seqq. ex professo egit Iac. Perizonius in *d. Triade*, p. 115. seqq. Quibus addi meretur ex nostris Io. Schilterus in *Comment. ad Æ. Exerc. xxxvi.* § 66. seq. De *Atheniensibus*, ex iure Solonis, Io. Meursius *lib. i. Them. Att. cap. 13. & 14.* in *Sol. cap. 16.* ad *Theocr. iijll. 18.* & *lib. iv. Lett. Att. cap. i.* De *Lacedaemoniis*, ex Lycurgi rhetris, post citatos ad Aelianum, *lib. vi. cap. 6.* & ad Iustinum, *lib. iii. cap. 3.* Nic. Cragius de *Republ. Laced.* *lib. iii. p. 223.* seq. De priscis denique *Germanis*, praeter interpretes ad *Tac. de Mor. Germ. cap. ii.* Cl. Gundlingius, in *diss. de Emt. Vxor. cap. i.* & Io. Pet. a Ludewig, in *diss. de dote mariti*, p. 22. seq. erudite egerunt.

Ad *Romanos* quod attinet, altum in vetustis eorum legibus de *dote* silentium est, tum Regiis, tum Decemviralibus. Vtinam vero Servii Sulpicii *de dotibus* commentatio, memorata Gellio *lib. iv. cap. 3. & 4.* integra ad nos pervenisset: plurimum sane lucis his uxoriae rei tenebris inde adfulgeret, quod nunc vel nullum prorsus, vel admodum debile est. Ceterum quum Roma adhuc infante & paupercula, nupturientes mulieres, virgines viduaeve, nihil fere praeter vestem & vestis fartum, ut Plautus ait, ad viros adferrent: nihil sane aequius videri poterat, quam ut patri maritove, cuius in potestate familiaque agebant, una cum fratribus liberisque, lege succederent: ne scilicet orbae viduaeve, & a fratribus cognatisve neglectae, vel turpiter egere, vel inhoneste vitam tolerare cogerentur.

Posteaquam vero bellis primum Punicis ex ephesis velut excedere, & viribus divitiisque augeri, futura gentium domina coepisset; brevi etiam una cum paupertate, maximo Iovis dono, exui frugalitas visa est.

est. Luxu itaque cum imperio populi, opibusque privatorum, in dies augescente, virisque stivam rege-re iam defuetis, luculentis mox *dotibus* opus videba-tur, ad matrimoniorum longe sumptuosiorum onera sustinenda. Accedebat propria velut Martiae civitatis indoles, quae assiduis fere bellis implicita novo quo-annis supplemento indigere videbatur; quo & vici-norum undique impetum sustineret, novellique im-perii fines proferret. Scopus itaque reipublicae pri-marius, πολυάνθρωπον ἔσεσθαι τὴν Ρώμην, auctore So-zomeno, lib. I. cap. 9. Conf. Dion. Halicarnassensis lib. IV. cap. 27. & Cassiodorus lib. I. Var. Ep. 9. Quam in rem plura attulit Vertr. Maurus de *Iure Liber.* cap. I. ^x Huic autem fini obtinendo nihil inservire magis posse videbatur, ac legitimarum frequentia nuptiarum, quippe servis olim & peregrinis a militia prohibitis: iis vero plurimum frequentandis amplae & imperio-sae *dotes* inveniendae erant, qua velut esca viri ille-cti impotentium reginarum iugum subirent ultro, fu-turarum incogitantes molestiarum; praeoptantibus fere plerisque ab dotatis regi, quam indotatis impe-reare. Vid. Apuleius in *Apolog.* p. 20. seqq. & p. 102. seqq. ed. *Pric.* Plautus in *Aul. ad. II. sc. I. vers. 45.* seqq. & *Iuvenalis sat. VI. sub init.* Conf. Cl. Heinec-cius lib. I. ad *L. Iul.* & *Pap. cap. III. § 2.*

Ceterum tamen haud imprudenter veteres Roma-ni, temporum habentes rationem, suae interesse rei-publicae existimarunt, ut nubentibus feminis & con-stituerentur dotes & servarentur, quarum scilicet beneficio, sustinendis tot matrimonii oneribus, sibi maritos invenirent, utilesque patriae cives educerent, l. 2. *D. de iur. dot. I. I. D. sol. matr.* & *Nov. xcviij. cap. 3. fin.* Conf. Rittershusius ad l. 23. *D. de reg. iur. cap. 10. p. 139.* Quapropter & onerosis titulis adscri-bidos solet, auctore Cuiacio, in *Hapar. D. de iur. dot.* &

204 L E C T I O N . I V R . C I V .

& lib. v. Obs. cap. 4. eaque de cauffa Martiano Capellae reciprocum & repensatrix adpellata, lib. ix. p. 302. & 304. ed. Grot. Qua de re egerunt pluribus, Ant. Merenda, lib. 11. Controv. cap. 37. seq. & Iac. Curtius tom. I. Coniect. lib. I. cap. 39.

Receptae vero semel dotes non frequentari solum, verum & augeri in immensum coeperunt, luxu cum opibus velut decertante. Quo factum, ut mulieres indotatae pro illocabilibus fere haberentur; quaeque sine dote nuberent, magis in concubinatum quam in matrimonium viderentur dari, quod ex Plauto aliisque, Viri Cl. Perizonius d. l. p. 115. & Heineccius lib. II. ad L. Iul. & Pap. cap. XIII. § 2. iam observarunt. Vnde & maritus, hiantis instar corvi, deludi videbatur, si decollante spe dotis philosophum agere, nudamque Caiam habere cogeretur; quod tamen non oportere Paulus ait l. 9. § 1. D. de cond. caus. dat. Conf. Vlpianus, l. 4. § 21. seq. D. de dol. mal. & met. caus. Addef. Varron. de R. R. III. 16.

Quantitas porro dotium primis temporibus incerta erat, modo maior, modo minor, pro variis rerum ac personarum circumstantiis. Vid. Polybius in Excerpt. Peiresc. de virt. & vit. p. 1427. & p. 1460. & 1469. ed. Gron. De dote maxima decies centenorum millium, in l. 6. § 1. D. de usur. & fruct. videntur Turnebus lib. XVIII. Advers. cap. 30. item Lipsius ad Tacit. lib. II. Ann. cap. ult. An autem, & quando, certa dotis quantitas definita fuerit, qua denique lege, & quo effectu, a nemine quantum novi ex professo expositum adhuc est. Veniam itaque lector dabit, si in re tam obscura nos plerumque palpitare, aut via aberrare, vel labi deprehenderit.

Nuptura mulier vel sui erat iuris, vel in patris constituta potestate: *illius* bona omnia per solemnes nuptias vir dotis nomine acquirebat, Cicerone auctore,

C

Etore, in *Top. cap. 4.* * *Huius* vero, quum proprium esset nihil, solam a patre alove acceptam dotem, matrimonio constante maritus obtinebat; eo mox soluto restituendam danti, vel cui reddi convenisset, *tit. D. sol. matr.* Pater vero, vel nubenti filiae dotem adsignabat, vel relinquebat testamento; & *nubenti* quidem pro lubitu, habita dignitatis & facultatum ratione; *testamento* vero certam ut, videatur, legeque definitam quantitatem: id quod *Voconia* primum *lege* effectum coniicio. Quum enim, ut supra ostendimus, post introductas dotes feminae ab intestato succedere desisiens; & Voconius porro sua hac lege a testamentariis quoque hereditatibus eas repelleret; necessarium omnino videbatur, ne plane expertes paternorum essent bonorum, certam *dotis quantitatem* constitui, innuptis omnibus testamento dandam, nuptiarum futurarum caussa. Forte itaque non improbabilis coniectura videbitur, qua peculiale hac de re caput suae inferuisse legi Voconium existimo: quum haud obscure digitum eo intendisse Cicero videatur, *d. lib. II. de finib. bon. & mal. cap. 17.* in verbis: *Nemo censuit PLVS Fadiae dandum, QVAM posset ad eam LEGE VOCONIA pervenire.* Neque ab ludere alter eiusdem locus, *lib. I. in Verr. cap. 42.* ubi de filia Annii, herede a patre instituta: † *Quibuscum VIVI BONA NOSTRAPARTIMVR,* (in constituenda scil. dote) *iis Praetor adimere, nobis mortuis, bona fortunatusque poterit?*

Sum-

* Male Accursum, Bartolum, ceterosque eius sectae, Aristoteli in *Top.* hunc locum adscribere, iam notavit Hotmanus, *de Doti, § 53.*

† Hotmanus *ad h. l.* minus accurate *sue heredes in genere intelligit.*

Summam porro dotis, *quantam* Voconius definiter, magis adhuc dubium videtur. Alii itaque conjecturae ut indulgere nobis liceat, certa veterum auctoritate destitutis, iterum rogamus. Quid autem, si *quartam* legitimae ab intestato portionis, dotis nomine, hac primum lege fuisse definitam putemus; unde progressu temporis ceterae *quartae* suo velut ex fonte promanaverint? Ut ut est, coniecuturam isthanc argumentis nonnullis, cum ἐντέχονται, tum ἀτέχονται, si non vero similem, probabilem saltim, reddere tentabimus. *

Primum omnium satis constat, uti olim classes ex Servii instituto, ita postea ordines populi, *censu* distinctos fuisse; non comitiorum tantum, sed tributi quoque, & militiae caussa, quod ex Varrone, Halcarnassensi, & Livio, pluribus evicit sol literatorum Graevius, in *praef. tom. I. Thes. Antiqu. Rom. Conf.* Perizonius in *Triad. p. 173. seqq.* Census autem maximus libera republica utique erat senatorius, & Voconii aetate *quadringentorum millium*, ut suspicor; quum enim aetate Ciceronis *octingentorum millium* fuisset, ab Augusto tamen, exhaustis plerorumque opibus, ad *quadringenta*, veterem velut summam, & equitum deinde propriam, fuisse redactum, auctor est Dio Cassius *lib. LIV. ad ann. v. 736. & 741. ad def. Suetonium in Augusto, cap. 41. & Perizonium d. l. p. 174 seqq.* Ex lege itaque Voconii maxima dotis quantitas *centum* fuisse *millium* videtur, velut quarta senatorii census pars; quosensu Dionem accipio, *lib. LVI. ad ann. v. 762. Verba haec sunt: Τὸν τε γυναικῶν τιοι, ναὶ παρὰ τοὺς*

* Cuiacii sententiam legi Papiae id tribuentis refellit Merillius *lib. III. cap. 6. Conf. Iac. Gothofr. ad l. 2. C. Th. de ineff. dot.*

τὸν ὈΤΟΚΟΝΕΙΟΝ ΝΟΜΟΝ, καθ' ὃν ἀδεμαὶ ἀνταὶ
ἀδενὸς ὑπὲρ ΔΤΟ ἩΜΙΣΤ ΜΤΡΙΑΔΑΣ ἐσίες μηρον-
μεῖν ἔξην, συνεχάρησε τέτο ποιεῖν. Vertit Xylander,
ex editione Leunclavii: *Quumque LEGE VOCO-
NIA mulieribus prohiberetur, ne qua maiorem
CENTVM MILLIBVS NVMMVM ** her-
reditatem posset adire, ea quoque lege quasdam sol-
vit. Conf. Perizonius d. l. p. 143. seq. ubi Ranichi-
ni, & aliorum, quibus & recentiores addi possent,
de viginti quinque millibus *sesteriorum* expositio,
erudite refellitur. Vid. Guido Pancirollus lib. III.
Var. Lect. cap. 279. Zach. Huberus lib. II. *Diff. p.*
349. seq. & Arn. Rotgersius, in *Demonstr. Apodict.*
p. 120.

Iureconsulti in suis postea ad hanc legem interpre-
tationibus, ad omnes omnino in potestate liberos, illud *quartae* capienda ius certa ratione extendisse videntur; quae proinde *nat. ἔξοχὴ legitima* adpellari coepit, vel *quarta* simpliciter, auctore Plinio lib. V.
epist. I. iunc. I. 8. §. 8. D. & I. 6. C. de inoff. testam. Quumque successionis ius reciprocum fere sit, *I. II. C. de legit. her.* patribus quoque in bonis liberorum eandem portionem attributam fuisse legimus; quare que Vlpianus, in *I. I. §. ult. D. si a par. quis manum:* diserte *ius antiquum* nuncupat, id est civilis originis, & praetoria bonorum contra tabulas possessione longe antiquius, *arg. I. 2. § 20. D. ad Sct. Tert. & Orph.* ubi per *ius vetus* civile XII tabb. intelligitur. Sequutae denique eandem hanc rationem fuerunt, quarta Falcidia, Trebellianica, Divi Pii, plurimae que aliae, de quibus ex professo egit Claud. Chifforius *de Port. Leg. cap. I.*

C AX

* i. c. *sesteriorum*, totidem enim faciunt viginti quinque milia drachmarum, docente Gronovio, *de pec. vet. lib. III. cap. 16.*

C A P V T XXIV.

*Quaedam veterum loca eiusdem
argumenti illustrantur.*

QUAM itaque a legitimis successionibus, haud longe post XII. tabb. diuque ante latam Voconiam, remotae fuerint feminae, suis contentae dotibus agere iussae, uti ostendimus; Cuiacii, Hotmani, Iani a Costa, Schultingii, aliorumque cadit sententia, vel ipsi hoc Voconiae legi, vel eius saltim rationi, a Iureconsultis in argumentum tractae, adscribentium. Etenim Pauli locus, ad quem provocant, id minime evincere, ipsa verba ostendunt, lib. IV. tit. VIII. § 22. sunt autem haec: *Feminae ad hereditates legitimas, ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque IVRE CIVILI, + VOCONIA ROGATIONE, videtur effectum.* Ceterum lex XII. tabb. nulla discretione sexus cognatos admittit. Quivis videt, non de antiqua & omnimoda feminarum exclusione a Paulo hic agi, verum de recentiori eius moderatione potius, a Iurisconsultis ex benigniore interpretatione, diu post Voconiam inducta, qua ad filiasfamilias & forores agnatas, siue consanguineas, contra rigorem iuris veteris, legitima ab intestato successio primum extensa est. Aetate certe Ciceronis exclusas adhuc filias etiam unicas fuisse, ex iis quae de Annii testamento supra cap. 20. & 23. disputavimus, clarissimum est. Conf. Perizonius, in d. *Triad.* p. 104. seqq.

Verum huic forte sententiae obesse contendes dif-
fertum

¶ Vid. quae dixi supra, cap. xix. p. 184,

fertum Ciceronis locum, quo filii ab intestato hereditas ad matrem rediisse dicitur, in *Orat. pro Cluent. cap. 15.* Verba adscribo: *Avitus, usque ad illius iudicij tempus, nullum testamentum unquam fecerat; neque enim legare eiusmodi matri poterat in animum inducere: neque testamento nomen omnino praetermittere parentis.* Id cum Oppianicus sciret, neque enim erat obscurum, intelligebat *AVITO MORTVO BONA EIVS OMNIA AD MATERM ESSE VENTURA.* Indicant nodum interpres, non solvunt; quantumvis Gordius haud sit. Quid enim vel tironi notius est, dudum aetate iam Ciceronis edita Praetorum de *bonorum possessionibus* in foro viguisse? adeoque & feminas ex editio *unde cognati* post suos & adgnatos ad bonorum possessionem admissas fuisse? Et vero is, de quo agitur, Avitus Cluentius, & coelebs erat, & agnatis orbus, scelere Oppianici; ita ut proxima ex cognatis mater esset, ad quam solam *bona*, ut ait Cicero, non *hereditas*, ab intestato perverirent; secus ac longe postea, a Claudio primum Imp. deinde & senatusconsulto Tertulliano cautum novimus, *pr. Inst. de Scto Tertull.* qua de re inferius dicemus.

Sunt etiam, qui cum Schultingio ad *Paul. d. l.* in adversam sententiam Polybii auctoritate utuntur, in *Excerpt. de virt. & vit. p. 1462. ed. Gron.* ita habentis: Φύμις περὶ ἀντὶ διδομένης μετήλλαξεν ἡ μάτηρ. ὁ δὲ τοσῶτον ἀπέσχετο τῆς κομίσασθαι ὃν πρότερον ἐδωρήσατο, περὶ ὃν ἀρτίως ἔπου. ὥσεικὶ ταῦτα, καὶ τὴν λοιπὴν ἔσταν, τὴν τῆς μητρὸς ἀπαστυν, ἀπεδώκε ταῖς ἀδελφαῖς, ἩΣΟΤΔΕΝ ἌΤΤΑΓΣ ΠΡΟΣΗΓΚΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΤΕΣ. Vertit Casaubonus: *Pervulgata huius rei fama, mater Scipionis paullo post decepsit: ex cuius bonis ille ea, quae olim donaverat, de quibus superius dixi, non modo non recepit; sed & ea omnia,*

O

&

210 LECTIO N. IVR. CIV.

& universam matris hereditatem, sororibus remisit, TAMETSI NVLLA PARS HEREDITATIS LEGIBVS AD EAS PERTINERET. Vbi per leges solemni veteribus more Voconiam intelligi aiunt.

Quanquam vero circa eadem haec tempora latam Voconiam constat, eaque hoc intuitu haud incommodo a Polybio indigitari potuit; attamen, quum iidem interpres, prohibitionem legitimae feminaturum post consanguineas successionis, non Voconiae legi, sed eam insequitae disputationi fori, adscribendam statuunt; nullus utique video, quid locus iste firmandae illorum opinioni faciat. Immo vero Scipio, dudum adoptione factus extraneus, matri suae Aemiliae, cum qua divortium pater fecerat, non ab intestato, * quod fieri tum non potuit; verum ex testamento heres, itidem ut antea patri fuerat naturali, de quo Polybius *d. l. p. 1461.* sorores suas lege coheredes habere haud quivit. Quid? quod solemnibus nuptiis in manum eae & familiam virorum, Tiberii & Nasicae, dudum transiissent? suis denique dotibus, ab eodem Scipione liberaliter repraesentatis, contentae agere secundum leges moresque debuerint? Vid. Polybius *d. l. p. 1458. seqq.*

Idem de loco Appiani Alex. statuendum censeo, *lib. iv. de Bello Civ. p. 599. ed. Toll.* ubi de triumvrali proscriptionis edicto agens, inter alia haec refert: Θεράνιος δὲ σρατηγῶν μὲν ἔτι, ἀλλ' ἐσρατηγικῶς, πατήρ δὲ νεανίς τὰ μὲν ἄλλα ἀκολάτου, δυναεύοντος δὲ παρ' Ἀντωνίῳ, τὰς λοχαγὺς ἡξίς τὴν σΦαγὴν ἐπισχεῖν αἱ πρὸς διέγουν, ἐξειδοῦσσιν δὲ τὸν πατέρα τοιούτον παρ' Ἀντωνίῳ, οἰδὲ ἐπιγελάσαντες, ἥτισεν, ἐπον, ἀλλ' ἐπιθάτερα. καὶ συνεῖδεν πρεσ-

* Quo tamen iure aviae adoptivae successisse legitur, Polyb. *4. l. p. 1458.*

πρεσβύτης, ἔτερον αὐτίκα βραχύτετον ἦτει διάζημα μέχρι
ἢ τὴν θυγατέρα ἴδοι ιδὼν δὲ ἐκέλευε ΜΗ̄ ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ
ΤΩΝ ΠΑΤΡΩΩΝ, μὴ κακείημι ὁ ἀδελφὸς αὐτήσαι-
το παρὰ Αντωνίῳ. Thoranius, non quidem praetor, sed
praetorius, pater adolescentis alioquin perdisti, qui ta-
men multum posset apud Antonium, centuriones ora-
bat, tantisper caedem differrent, dum se filius ab
Antonio peteret. Illi ridentes, petiit, inquiunt, sed
in contrarium. Id ubi intellexit senex, iterum bre-
vissimum spatum petiit, donec videret filiam: quam
visam iussit NON ADIRE PATER NORVM
BO NORVM HEREDITATEM, ne & illius
mortem frater impetraret ab Antonio. Instituerat
nempe Thoranius pater filium & filiam coheredes,
quod aegre ferens filius apud Triumviros id egerat,
ut pater proscriberetur: hic vero filiae timens, ne
& ipsa fratris scelere interficeretur, eam se abstinere
ab hereditate iubet, totamque fratri relinquere.

Neque magis obesse puto verba Phaedri, lib. III.
fab. x. vers. 37. de uxore, post filii & mariti caedem:

*Maligna insontem deprimit * SVSPICIO,
Quod BONA POSSIDEAT.*

Sive enim de matre filio *substituta* haric speciem in-
terpretetur, quam sui caussa expungere libertus ten-
taverat; sive de uxore *in manu*, proximaque legitima
herede; sive denique de bonorum possessione
ex edicto, unde *vir & uxor*, post cognatos deferri
solita: utique viduae huic ex lege Iulia & Papia so-

O 2

lidum

* Scioppius, Salmasius, & Gudius, metri caussa legunt, *su-
spectio*: videsis vero Scalig. lib. VII. de Re Poët. cap. 2. &
Burm. τὸν τάνον, ad Quintil. decl. I. cap. 2. fin. item ad Phaed.
prol. lib. III. §. 45. ubi idem Gudius cum Scioppio mavult,
suspectione.

212 L E C T I O N . I V R . C I V .

lendum debebatur, propter communem filium, pubertatis annos iam adeptum, & si supervixisset pura mox donandum toga. Vid. Vlpianus *tit. xvi.* § 1. & Cl. Heineccius *lib. ii. cap. xvi.* § 6.

Quod vero ad Sempronii Tuditani testamentum attinet, Valerio Maximo commemoratum *lib. vii. cap. viii. num. i.* quo ex sententia Perizonii *d. Triad. sub init.* filia contra legem Voconiam heres instituta legitur, brevi animadversione defungar. Antiquissimi codd. *filium* exhibent, pro quo Lipsius *O filium* substituit. Mihi autem vulgaris lectio retinenda videtur, quam de *emancipato* interpretor, ea aetate ante edictum *unde liberi*, ipso iure paterna hereditate prohibito, § 9. *Inst. de hered. ab intest. & tit. D. unde lib.* Nisi quis cum Cl. Perizonio, in *not. ad Val. Max. d. l.* malit *Fulvium* ibi legere, testatoris generum. Centumviri sane in leges iurati contra legem decrevisse non videntur, quam & longe postea in foro obtinuisse, ex Cicerone *in Verr.* supra ostendimus. Cetera erudite omnia Periz. *d. l.*

De *Lentulit* tandem *filia*, a patre cum Augusto instituta, *pr. Inst. de Codicill.* quod movent alii, nullius plane momenti videtur; haud magis atque exempla alia, post intermissum Romae censum ab auctoribus prodita; quemadmodum in superioribus non semel observatum memini. Conf. de Marcia, Hortensii herede, iterumque Catoni nupta, Plutarchus in *ei. vit.* iam citatus Perizonio in *Triad. p. 204.* item M. Seneca, *controv. xxviii. sub fin.* & Plinius *lib. vii. epist. 24. & lib. viii. cap. 18.* item Tacitus in *Agric. cap. 43. fin.*

CAPUT XXV.

De Legis Voconiae capite secundo.

Tantum de *primo* legis capite. Verba *secundi* supra exhibuimus, *cap. xxii. fin.* Ait Voconius; *PLVS CVI QVAM NE LEGATO.* Quibus verbis oppido generalibus omnes prorsus capaces, id est masculi, cives Romani, intelliguntur: feminis enim peculiari capite, quod intercidit, *de dote* prospectum fuisse, quam ultra capere iure haud possent, supra coniecimus, *cap. xxiii. p. 105.*

Frustra sane Fr. Balduinus *ad L. Voc. p. 10.* & secundum hoc caput ad solas pertinere feminas opinatus est; cuius contrarium & Ciceronis verba superius relata, *cap. xxii.* & Iustiniani oratio, *pr. Inst. de L. Falc.* Theophilique περαφρασις, luce clarius demonstrant; notavitque hunc errorem Cl. Gundlingius δ μεμηρίτης, in *praef.* Quo autem pacto paullatim minui hic rigor cooperit, blandioris sexus demerendi causa, capite insequenti data opera persequemur.

Ait porro: *QVAM AD HEREDEM HERedesve perveniat*, id est, ut minimum aequales sint utrorumque portiones, heredum & legatariorum; neque *minus* unquam heres quam legarius capiat, quamvis *plus* volente testatore capere semper possit. Vid. Theophilus *ad d. pr.* cuius verba lubens adscribo, in recentioribus quippe editionibus mendose expressa: Ετέθη ἐν ΤΡΙΤΗΙ τάξει ὁ Βοιώνιος Νόμος, ὃς εἰπεν, μηδὲν πλέον λαμβάνειν τὸν ληγατάριον τῇ κληρονόμῳ. *TERTIO* loco lata est lex *Voconia*, qua *cautum erat*, ne legarius *plus* haberet, *quam* heres. Ita primus edidit princeps

114 L E C T I O N . I V R . C I V .

Frisiae in literis ornamentum, Vigilius Zuichemus: ita mox Andr. Wechelus: ita Rescius cum Nannio: Curtius denique, & Gothofredus. Postulat quoque hanc lectionem antecedens oratio, qua *primo* loco lex XII. tabb. *secundo* Furia erat relata; quibus *tertio* loco Voconia, & *ultimo* Falcidia subiiciuntur: quo & particulae faciunt: πάλαι, μετὰ ταῦτα, ἐν τρίτῃ τάξει, ἐν τέλει.

Qua ergo de caussa eruditissimus Fabrottus, in utraque sua editione, sive ex ingenio, sive scripto codice, pro τρίτῃ reposuerit δευτέρᾳ, ignorare me fatetur. Recentiores certe editores cum Douiatio Fabrotti vestigia omnes legerunt, ideoque etiam studiosos hac de re monendos censui. Denique de Fr. Balduini sententia, caput secundum de uno *semisse* heredi relinquendo, alteroque solum in legata erogando, interpretantis, *ad h. l. p. 10.* citata Quintiliani auctoritate, *declam.* CCLXIV. capite quod sequitur, ex professo agemus.

C A P V T XXVI.

De fatis Vocoriae Legis.

POsteaquam inventis dotibus, haud diu post XII. tabb. a legitimis parentum hereditatibus, totoque adgnationis in successionibus iure, excludi feminae coepissent: instituto huic quantumvis saluberrimo adversari mox visi parentes, mariti, adgnati; indigne ut sit ferentes: exclusis filiabus, uxoribus, aliisque sibi propioribus; patrimonia sua, vel integra, vel maximam certe partem, ad remotioris gradus adgnatos, gentilesve transferri. Quumque comodum accidisset, ut iureconsulti in suis ad XII. tabb. com-

commentis, novum inter privatos testandi ritum per aës & libram induxissent; factō velut agmine ad hereditates feminis ita mancipandas, patres, mariti, adgnati provolarunt. Atque sic nova velut ianua ad mulierculas ditandas aperta, gravius civitati malum inde oboriebatur; quod nimirum potentiores optimatum familiae, avitis mox opibus spoliatae, pristinum brevi splendorem pessimo publico amitterent.

Contra vero tot paullatim auri im̄bres in Romanarum sinus Danaarum confluēbant, ut ipse etiam Plutus sub leges Proserpinæ ivisse, totumque eius regnum in muliebris formam provinciae redactum videretur. Et quemadmodum, usu teste, opes luxum; luxus vero, perpetuus honesti dissuasor, innumera vitia progenerat, publico cum detimento, illustriumque ruina familiarum, nunquam non coniuncta; ita quoque non potuit non, tanta crescentium indies muliebrium divitiarum copia, luxuriam, fastum, & tyrannidem impotentis Romae sexus mirum in modum adaugere, atque efferre. Qua de re Megadorus apud Plautum, in *Aulul. act. III. sc. v. vers. 34.* & falsissimus poëtarum Iuvenalis, *sat. vi. vers. 268. sqq.* non inscite conqueruntur.

Praeterea accedebat malum alterum: neque enim, si qua paullo esset locupletior, omnes ad virum *dotis* nomine opes adferebat; sed plerumque bonam earum partem, *dotis receptitiae* nomine, sibi salvam paciscebatur, dotalibus ab rationibus distinctam. Interea vero ob immodicum reginae luxum, cui alendo tam exiguis dotis fructibus impar maritus, res eius labi, fierique vadimonia; ita ut mutuas saepe pecunias ex receptitiis uxoris rationibus vir sumere cogetur: & si cibi dies venisset, maritusque dominae solvendo non esset, turpissima nonnunquam iniuria conspueretur, iusso receptitio vernula virum cum

sacco assidue sectari, creditamque pecuniam importune reposcere. Quod adeo etiam insolens atque intolerabile visum Catoni, ut inter alias caussas pro lege Voconia hanc in primis adferret, apud Gellium *lib. xvii. cap. 6.* Conf. Nonius Marc. *voc. Recept. serv. p. 54. ed. Merc.* & Servius ad *Virg. lib. i. Aeneid. vers. 577.* Vere itaque turbato naturae ordine, viros feminae tum *ducere*, virique feminis *nubere* dicebantur: qua de re Properius *lib. ii. eleg. 7. fin.* & Martialis *lib. viii. ep. 12.* addes. Plautum, in *Aul. act. ii. sc. i. vers. 45.*

Tam gravis etiam veternum bonos Patres invaserat, ut velut publicae salutis obliiti, sero admodum, & vix quidem, hanc fundi sui calamitatem persentiscerent: donec fervente bello Punico *ii.* & imminente portis Annibale; postquam eo ventum iam esset, ut plus auri in mundo matronarum, quam in populi aerario haberetur; anno v. c. *DXL.* Q. Fabio Maximo, Ti. Sempronio Graccho iterum Coss. C. Oppius Trib. pl. rogationem perferret: *ne qua mulier plus semuncia auri haberet; neu vestimento versicolori uteretur; neu iuncto vehiculo in urbe, oppidove, aut proprius inde ciui passus, nisi sacrorum publicorum caussa, haberetur.* Qua de re Livius *lib. xxxiv. cap. i. ibiq. Glar.* & Tacitus *lib. iii. Ann. cap. 34.*

Verum enim vero annos vix undeviginti lex utilissima steterat, quum diuturnum eius taedium delicatas feminas iam capere inciperet; nihilque illae non sacramento velut devinctae molirentur, quo Vulcanos Martesque suos omnibus demulcens blanditiis ad eam antiquandam perpellerent: nec eventum spes frustrata est. Etenim anno v. c. *558.* M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco Coss. egregium illud par hominum elegantiorum, M. Fundanius, & L. Valerius, Tribuni pl. ad tribules suos, de abroganda *Oppia*, legem ferre sunt ausi, apud Livium *d. l.*

Et

Et quanquam cordatores eorum collegae, M. & P. Junii Bruti omni conatu Oppiam tueri instituerent, eamque antiquari se nunquam passuros publice profiterentur; quamvis etiam Consul Cato, severissimus ille γυναικομάζεις, gravissima oratione eam servandam suaderet; tamen matronis, quarum periclitari maiestas videbatur, in publicum effusis, viasque omnes, & forum, & ianuas Tribunorum, palam obsidentibus, haec legum omnium saluberrima abrogata est, eodem auctore Livio, *d. lib. cap. 8.* Si caussam indagemus, qua plebs inducta legem aboleri passa sit, eam Cato dabit, *d. lib. cap. 2.* *Si in sua, inquit, matrefamiliae quisque nostrum, Quirites, IVS ET MAIESTATEM VIRI retinere instituisset, minus cum universis feminis negotii haberemus.* Nunc domi vieta libertas nostra, *IMPOTENTIA MVLLIEBRI,* hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere non potuimus, universas horremus. Haec rigidus Cato. Contra vero venustissimi vir ingenii, L. Valerius, amicae matronarum gratiae publicam facile salutem impertiens, fortius inter alia contra legem argumenta non invenit isto: a splendidis gynaecei adparatibus petito: *Munditiae,* inquit, & *ornatus, & cultus, haec seminarum insignia sunt: his gaudent & gloriantur: hunc MVNDVM MVLIEBREM adpellarunt maiores nostri.* Quam festive? quam lepide? dignus me hercules Valerius, cui suas inter formosulas data penas trahenti, comitissimum caput aurato fandalio Omphale non una demulceat. Et simile quid de Afnio Gallo, urbanissimo luxus patrono, apud Tacitum legitur *lib. II. Annal. cap. 33.*

Laxatis itaque legum frenis, in omne mox luxuria ac turpitudinis genus impotens sexus proruere visus est; civitasque his moribus diu stare non posse vide-

O 5 batur,

218 L E C T I O N . I V R . C I V .

batur, ruinam omnibus luxu portendente. Remediis itaque opus & subitis, & validioribus, saluti pristinae instaurandae idoneis. Et *sumptuariae* quidem in tam foeda morum scabie fastidiose spernebantur: alia itaque via rem adgredi placuit, opes nempe feminorum, tanquam unicos malorum fomites, arctioribus finibus circumscribendo. Cui fini anno post sublatam *Oppiam* sexto & vicesimo, Q. Voconius Saxa Trib. pl. nostram hanc legem de coercendis mulierum hereditatibus pertulit, admittente in primis Catone, ex cuius, quam pro hac lege graviter dixit, oratione nonnulla apud Gellium fragmenta supersunt, *lib. vii. cap. 13.* & *lib. xvii. cap. 6.* Conf. Cicero in *Cat. Mai. cap. 5.*

Rationem legis, in publica positam utilitate, in superioribus iam attigimus, Catonis illa oratione uberius expositam, iurique Mosaico apprime congruam; quod professa opera Pag. Gaudentius pluribus ostendit, in *diff. de fem. exclus. a success.* quae ipsius tractatui *de Iustinianei seculi moribus* subiecta legitur. Conf. Perizonius in *Triad. sub init.* ubi & similia Graecorum instituta erudite illustrantur. Evidem alia plane sententia Divi est Augustini, *d. lib. IIII. de Crv. Dei, cap. 21.* ubi de Voconia agens: *qua lege*, inquit, *quid iniquius dici aut cogitari posset, ignoro.* At sanctos illos patres, ne excepto quidem Tertulliano; ubi de iure, legibus, & politico civitatum regimine agitur; verae antiquitatis, artisque civilis ignorantia, plerumque aberrasse, & ipsi eorum *magistrorum* ultro confitentur. Vid. idem Augustinus *epist. 153. tom. II. p. 405.* Ambrosius *de Videis*, *p. 165.* & *epist. 66.* & Tertullianus *Apol. cap. 9.* & *lib. I. ad Nat. cap. 15.* ibiq. *Iac. Gotbofr.* Addesis iudicium Ampl. Viri, Corn. van Bynkershoek, in *Opusc. de iur. occid. libb. cap. 10.* & in *Cur. Sec. p. 14.* seqq.

E

Et merito igitur Sam. Pufendorfius *lib. IV. de Iur. Nat.* & *Gent. cap. xi. § 8.* Voconiam hanc legem adversus acerbam Augustini censuram publice defendit. Ecquis etiam aequo animo philosophantem audiat Justinianum, § 15. *Inst. de hered. ab intest. § 4. de Scto Tert. l. 4. C. de libb. praet. l. 2. C. de iur. libb. Nov. xxi. praef.* & *Edictio* *III. cap. 1.* adeo ut divinae legis immemor, barbarica, insolentia, & impia vocet iura, ipsi denique naturae contraria, quae legitima feminis hereditate masculorum in gratiam interdicunt? Conf. Hertius ad *Pufend. d. l.* & Bodinus *lib. v. de Republ. cap. 2.*

Ceterum tamen centum vix annos integrum stetisse Voconiam, illa quae Ciceronis aetate invaluerat, legi derogans consuetudo, superiusque iam relata, *cap. xx. p. 190.* manifeste indicat. Quanquam, si iusta rem lance ponderemus, calumniosa magis *re censu* interpretatio, quam certa populi voluntas, eam induxisse consuetudinem videatur: neque etiam tantae in eo improbitatis postulandus est Verres, quantam odio abruptus Cicero, caussaque pro more serviens, adversario exprobrat, quod scil. Praetor suo Voceniam edicto in usum revocare tum instituerit. Vid. Hotmanus *lib. I. Observ. cap. 1. & 2.*

Primam igitur lex Voconia deminutionem ista, quam diximus, aetate passa est, qua testamentaria feminarum institutio ad solos restringi *censum professos* coepit. Sequuta mox imminutio est *altera*, ad legitimam hereditatem quod attinet, ab Iureconsultis fori disputatione sensim introducta; *filiabus & sororibus consanguineis*, una cum filiis & fratribus, ab intestato vocatis; quemadmodum ex Paulo, in *Sent. lib. IV. tit. viii. § 22.* supra meminimus, *cap. xxiv. init.* conf. Seneca pater, *Controv. xxviii. p. 335. ed. Schult.* salva tamen *bonorum* in emancipatis, & *dotis* in *filiabus* collatione, ex Praetoris edicto illam scri

220 L E C T I O N . I V R . C I V .

fori disputationem consequuto, & Pandectis inserto, oriunda. Add. l. 16. *D. de suis & legit. hered.* Ulteriores vero huius sexus, civili iure penitus neglectae, nonnisi post adgnatos omnes, tertio successionis ordine, inter *cognatos* demum vocatae fuerunt, data a Praetore bonorum possessione, *tit. D. unde cognati*. Quo & reciproca illa matris liberorumque successio pertinebat, priusquam senatusconsultis, Tertulliano & Orphitano, sub Hadriano & Marco, legitimae liberorum & parentum hereditati fere exaequaretur, *titt. Inst. & D. de Sēt. Tert. & Orph.* iure tamen portionis *legitimae*, liberis parentibusque, semper salvo, quaeque eo pertinet *querela* inofficiosi, attestante Plinio *lib. v. epist. 1.* Confersis quae diximus supra, *cap. xxiii. p. 207.*

Ceterum reliquis in caussis, ad imperium certe Augusti usque, illibata Voconiae auctoritas persistit, auctore Dione Cassio, loco supra adscripto, *cap. xxiiii. p. 206. seq.* nisi quatenus lege Iulia & Papia, vel senatusconsultis illi adiectis, vel denique sequentium Imperatorum legibus, usque ad Iustinianum, certa feminis privilegia, πολυπαιδίας in primis gratia, indulta memorantur.

Insigne huius rei exemplum Augustus in Livia sua praebuit, cui a Senatu ius trium liberorum ante imetraverat, quam coheredem Tiberio ex triente scriberet, eodem notante Cassio, *lib. LV. sub init. iunc. lib. LVI. ad ann. 767.* Verba eius posteriore loco haec sunt: Τὸ δὲ λοιπὸν τῆς Διοίδη, ὡς τινὲς λέγουσιν: Εἴνα γὰρ τὶ καὶ ἐμείνη τῆς φοίας ἀντεῖ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βελῆς ἡ τῆσσατο τοσῦτον ἀντεῖ καὶ ΠΑΡΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ κατελίπειν δυνηθῆναι. Reliquum vero Liviae, sicuti quidam memoriae prodiderunt: nam Augustus, ut illa quoque patrimonii sui parte aliqua frueretur, a Sena-

Senatu petierat, ut tantum etiam PRAETER LEGEM relinquere ei posset.

Quem locum varie exponunt interpretes. Cl. Perizonius in *Triad.* p. 189. eos refellit, qui *Voconiam* hic legem intelligunt; ipse vero de *Iulia & Papia* interpretatur, quae marito haud permittebat uxori suae, ex qua communes non haberet libetos, quaeque ter non pepererat, relinquere quantum vellet. Cui suum adiiciens calculum illustris Heineccius, *lib. II. ad L. Iul. & Pap. cap. 15. § 3. p. 264.* ex lege Papia nonnisi duas decimas capere potuisse Livia observat, alteram matrimonii nomine, alteram ob Tiberium filium: adeoque, ut trientis capax esset, eam lege decimaria solvendam fuisse. Ita Vir Clarissimus.

Quia vero nullum est dubium, quin sub Augusto, & diu postea, lex Voconia obtinere non desierit, quemadmodum in superioribus iam ostensum est; nihil obstare puto, quo minus cum Cuiacio, Casaubono, Torrentio, & aliis, de *Voconia* lege Dionem capiamus, cuius ipse in antecedentibus diserte meminerat, *lib. LVI. ad ann. 762.* Vid. *sup. cap. xxiii. p. 206. seq.* Quamvis etiam ex lege Papia duas capere decimas Livia potuerit, & eatenus derogatum esset Voconiae; maiorem tamen summam quo minus caperet, eadem sane Voconia prohibebat, non Papia.

Verum tamen conjecturae nostrae, quam de *quar-*
ta dotis nomine, feminis ab intestato relinquenda,
supra exposuimus, cap. xxiii. p. 205. simulque sen-
tentiae, de Voconia diu post Augustum observata,
adversari forsitan videbitur celebris Quintiliani lo-
cus, de duabus feminis testamento institutis, singu-
*lis in semisse, declam. cclxiv. quae *fraus legis Voco-**
niae inscribitur; unde potiora ad rem facientia ad-
scri-

222 L E C T I O N . I V R . C I V .

scribere visum est: *Antequam IVS excutio, & vim LEGIS, quae per se satis manifesta est, intueri: primum illud apud vos dixisse contentus sum: adsum testamento.* — *Interest, supremae hominis voluntati LEGEM favere; ut quod de bonis constituit in supremis, dominus fecerit iure.* Nec me confundit, quod ex diverso sunt propinquii. Iactent, ut volent, sanguinis coniunctionem. *Ego intelligo quasdam fuisse causas, propter quas is, qui hos cognatos habebat, aliis moreretur heredibus.* — *Solum IVS excipiunt, & circa LEGEM calumniantur.* Quae LEX tamen qualis est? *NE LICEAT MULIERI PLVS QVAM DIMIDIAM PARTEM BONORVM SVORVM RELINQUERE.* Quid putas voluisse legislatorem, cum hoc ius constitueret? Ne feminae nimias OPES possiderent, ne POTENTIA earum civitas premeretur. Hoc ergo adversus SINGVLAS constituit: & ad evitandas opes feminarum satis hoc quae situm, ne VNI plusquam dimidia pars patrimonii relinqueretur. Ceterum quidem illud non caverunt LEGES, ne plures FEMINAE eodem TESTAMENTO scriberentur: non hercule magis quam illud, ne plures HEREDITATES iisdem feminis relinquenterentur. Reliqua praetermittimus.

- X Fr. Baldinus de *L. Voc. p. 10. seq.* de secundo legis capite verba haec interpretatur, & verbum *relinquere* positum pro *legare* existimat, ut ad legata non ad institutionem referatur. Quumque idem totam Voconiam legem ad mulieres pertinere censeat, non potuit non secundum quoque caput, itidem ut prius, de feminis intelligere: ita ut in *primo* capite tractatum sit, quota pars hereditatis mulieri dari a censo posset: in *secundo*, quantum eidem legari. Et proinde veram legis speciem a Quintiliano exprefsam

sam fuisse: quandoquidem non intersit, utrum quis prohibeatur *plus quam semissem* mulieri legare; uti habet declamatio: an *plus quam ad heredem pervenit*, illi relinquere; quae verba sunt capitinis secundi.

Verum enim vero, ut ut ingeniose haec omnia, magna veri specie, dicta videbuntur; nullus tamen dubito in contrariam Cuiacii sententiam descendere, *ad pr. Inst. de L. Falc.* & Gronovio Avoprobata, *lib. III. de Pec. Vet. p. 244. seqq.* qui totum illud de semisse hereditatis, licentia scholastica, uti moris tum erat, confictum esse statuunt; cuiusmodi exempla in superioribus nos adferre meminimus. Et quanquam Cl. Perizonius, in *Triad. p. 151. seq. & p. 212.* Quintiliani aetate illud Voconiae legis caput, de centum millibus festeriorum, in hunc de semisse modum, salva tamen filiarum, neptium, & forte etiam sororum exceptione, correctum fuisse, veterique *Voconiae* nomine idcirco appellatum coniiciat; huius tamen conjecturae, ut ut eruditae, auctoritas, veterum subnixa fide, merito desideratur. Mihi quidem in rem obscura ita videtur: quum legis Voconiae, capite quidem *primo*, de hereditate mulieribus non danda testamento, cautum sit: *secundum* vero de do-
tibus caput interciderit: *tertium* denique, quod *secundum* iam dicimus, hunc modum definiverit legatorum; ne plus cuiquam legaretur, quam ad heredem heredesve perveniret: Quintilianus, vel quisquis declamationis auctor editorve sit, ex commixtione utriusque illius capitinis rhetorica licentia novam finxit controversiam, de semisse hereditatis, titulo institutionis, utriusque feminae relicto. Omnino enim falsus videtur Balduinus, quod verbum *relinquere* apud Quintilianum de legatis acceperit; quum disertis ibi verbis, & plus semel, hereditatis utriusque feminorum datae, mentio inferatur. Quam denique in hac de-

declamationis specie, invito prorsus Voconio, multa ipsius adfingantur legi, quae ab ea sunt alienissima, immo prorsus contraria, unusquisque ex verbis, quae excerptissimus, postremis facile intelliget. Quae vero de fictis declamationum argumentis dixi, illustrari ex ipso facile Quintiliano possunt, *lib. II.* *Inst. Orat. cap. 10.* & *lib. VII. cap. 4. p. 626.* *ibiq. in not. Burm.* Conf. interpretes ad Petronium *cap. 1.* & *2.* & Lud. Cresfollius in *Theat. Rhet. lib. IV. cap. 9.*
p. 423.

Supereft, ut quo tempore Voconia in usu esse desierit, adlatis veterum locis denique indagemus. Evidem ad *primum* legis *caput* quod attinet, istud censu intermisso paullatim evanuisse, in superioribus notavimus: ita tamen ut in iis adhuc feminis porro locum obtinuerit, quae praemiis legis Papiae Poppaeae indignae viderentur. *Alterum* legis *caput* ad *Falcidiam* usque perdurasse, ex *pr. Inst. de L. Falc.* ignorat nemo. Ceterum quod ad *legitimas* ab intestato successiones, & quo *primum* tempore ad has quoque admitti *feminae* cooperint, haud adeo liquidum videtur. De *filiabus familias & sororibus consanguineis*, fori *primum* disputatione, ad hereditates patrum fratribusque adgnatorum vocatis, supra nos egimus, *cap. xxiv. sub init.* In reliquis vero feminis prohibitionem legis durasse, indicio sunt duo senatus-consulta, *Tertullianum & Orphitianum*, sub Traiano & Marco condita: quamvis, si accurate rem pensitemus, non tam legitima *matribus* successio tum data, quam potius πολυπαιδίας praemia, ex Iulia & Papia lege, ad matres iure liberorum subnixas, extensa videantur.

Huic vero sententiae quam maxime intercedit Iac. Perizonius, *d. Triad. p. 214. seq.* & quoque ad matris, quae fratrem germanum in vivis haberet, hereditatem ad-

admissas fuisse filias, etiam diu ante Sctum Orfitianum, colligi ait ex Tacito *lib. III. Ann. cap. 23.* Mox autem suae diffidens expositioni, ex testamento filiam successisse subiicit. Verumtamen nova ex Quintiliano & Plinio testimonia recitat, quae matribus ab intestato liberorum hereditates obvenisse arguant, *d.l.*

p. 215.

Primum est Quintiliani, *lib. ix. Inst. Orat. cap. 2.* ubi quis matre praeterita extraneum instituisse dicitur; matrem vero testamentum illud impugnasse. Sed quid inde? An quia *praeteritio* matris pro exheredatione est; *exheredari* vero is demum dicitur, qui legitimus ab intestato heres est, secundum vulgaria artis nostrae principia, *§7. Inst. de exher. libb. 6. §1. Inst. de inoff. testam.* proinde etiam matri praeteritae, cuius *d. l.* Quintilianus meminit, legitima filii hereditas debebitur? Ita voluisse Perizonius videtur.

Verum enim vero, quum ante definitas iustae exheredationis caussas, multi saepenumero, in testamentis praeteriti, obmotis querelis eversum ultimas irrent voluntates, nec irrito nonnunquam successu; qui tamen nullo prorsus iure ad legitimam venire hereditatem potuissent, auctore Valerio *Max. lib. VII. cap. 7. ibiq. Cl. Schultingio:* nihil sane caussae video, qui minus & mater, quamvis ab intestato exclusa, tamen testamento contra pietatem a filio praeterita, sibi optime de eo meritae extraneum hominem turpiter praelatum fuisse queri potuerit. Confer sis quae supra attulimus, *cap. XXIV. p. 209.* ex Cicerone *pro Client. cap. 15.* & adde caussam a Plinio defensam, cuius ipse tam ambitione meminit *lib. VI. epist. 33. iunc. l. 76. pr. de leg. 2.*

De altero Plinii testimonio, quod laudat Perizonius, infra agam *cap. ult.*

C A P V T . X X V I I .

De Voconiae Legis poena.

Argumento Voconiae & capitibus, quoad in re obscura nobis licuit, expositis atque illustratis, de *poena* quoque legis porro agere decrevimus. Interpretum plerique ex male intellecto Plinii loco, in *paneg. cap. 42. in. publicam* hic poenam, aerario inferendam, non privatam, pariter ac in lege Julia Papiaque, statutam volunt. Verba Plinii haec sunt: *Locupletabant & FISCV M & AERARIV M, non tam * VOCONIAE & IVLIAE leges, quam maiestatis singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent.* Vertranus Maurus novam inde Voconiae legis sanctionem confinxit: *Neve id omne, quod plus legatario, legatariaeve, quam heredi relinquetur, alterutrius commodo sit; sed ut multatitum, aerario Quaestoris vindicanto.* Nos distincte secundum duo legis capita rem omnem persequemur.

Ad *primum* caput quod attinet, nullam eo poenam fancitam fuisse, veteris iuris ratio affatim nos docet. Etenim *incapaci* herede contra leges scripto, *ab intestato* hereditas proximo adgnato, vel gentili, ita defertur ac si nullum defunctus testamentum reliquisset, *pr. Inst. de hered. ab int. iunc. § 34. Inst. de legat.* Quapropter & Verrem, praeterita P. Annii filia, a patre contra legem instituta, possessionem hereditatis L. Annio, proximo eius, vel adgnato, vel genti-

* Vertr. Maurus, *de iure libb. cap. 13.* misavit Voconia; sed frustra omnino, ut cuivis patet.

L I B . II . C A P . X X V I I . 247

gentili, dedisse legimus. Cicero *d. lib. i. in Verr.* cap. 42. Atque ita ante Iuliam & Papiam: hac vero lege hereditates incapacibus relietae, feminis puta liberorum iure destitutis, tanquam *caducae* aerario vindicari coeperunt: quo sensu utraeque leges, Voconia & Iulia *caducaria*, fiscum locupletasse Plimio dicuntur; quamvis & *vigesimariam* posse intelligi lubens largiar, de qua inferius nonnulla sumus notaturi, *cap. ult.*

De secundo capite idem dicendum videtur, quod supra *cap. xviii. p. 182.* de *Furia* lege ex Vlpiano tit. i. § 2. observavimus: habita nempe vindicationis inter & damnationis legatum distinctione; ita ut legatarius plus *vindicans* in quadruplum heredi teneatur; heres vero *damnatus*, ultra modum lege definitum, legatario praestare haud compellatur. Accedit, quod libera republica nullus *fisco*, in his certe causis, locus fuerit, pulchre observante Perizonio, in *Triad. d. l. p. 105. & 152.* Quam ob caussam a Balduini quoque sententia discessimus, opinati, quadruplum legis Furiae aerario populi illatum fuisse, *d. cap. xviii. p. 183.*

Atque eodem hoc sensu verba legis *Falcidiae* interpretanda arbitror, *l. i. pr. D. de L. Falt. Eis*, quibus quid ita datum legatumve erit, eam pecuniam *SINE FRAVDE SVA* ita capere liceto, lac. Cuiacius *lib. vii. Obs. cap. 33.* ea exponit, *sine ulla deminutione integri dodrantis*, refellens alios, uti Balduinum *de L. Voc. p. 36.* & Duarenum *lib. ii. Disput. cap. 10.* qui *ta SINE FRAVDE* explicitant *impune*, sine poena *quadrupli*, lege Furia in plus capientem statuta. De notione *fraudis*, hoc sensu passim obvia, lexicographi monuerunt, quam & huic loco propriam esse nullus dubito. Quanquam enim Furiae dudum derogasset Voconia, huic porro

Falcidia: ea tamen derogatio de modo tantum & *quantitate* rei leganda, non vero de *poena* plus capientis intelligenda videtur; neque enim Voconiam Falcidiamque, leges fuisse *imperfectas* temere quis dixerit. Quod autem abrogatum non est, qui etiamcūnc stare negabitur? De *Falcidia* porro, eiusque *capitibus* pluribus, paullo inferius capite agemus speciali.

C A P V T XXVIII.

De Perpetuis Praetorum Edictis.

POst suos & adgnatos tertio successionis ordine coniunctas defuncto feminas, filias puta, nepotes, sorores, ad bonorum possessionem *unde cognati*, iam seculo Vrbis septimo admissas fuisse, plus semel in antecedentibus dictum est: cui rei argumen-
to plurima sunt Ciceronis loca, cum alibi, tum in Verrem potissimum, *d. lib. I. cap. 45. & 47.* Conf. Hotmanus *lib. I. Observ. cap. 2.*

Quod vero Cl. Perizonius *d. Triad. p. 192. seqq.* anno Vrbis supra sexcentesimum octogesimo sexto, adeoque anno post accusatum Verrem tertio, sexto autem post Verrinum illud edictum, in quod citata Oratione Cicero invehitur; *legem Voconiam* variis artibus magis ac magis elusam, & *perpetuo editio* tum primum ut putat constituto, maxima sui parte in desuetudinem abiisse coniicit; mihi a vero nimium quantum esse remotum videtur. Quae ut apertius pateant, historicam de Edictis doctrinam, peculiaribus a me dissertationibus nuper expositam, breviori iam oratione constringere decrevi.

Quotquot magistratum in Vrbe gerebant, vel pro-

vin-

yinciis, de rebus ad officium suum peruentibus, cum sacris tum civilibus, *edicta* olim proposuisse ex Cicerone *pro Sextio cap. 41.* Auctore ad Herenn. lib. II. cap. 13. Valerio Maximo lib. VIII. cap. II. ex. Rom. I. Gellio lib. XV. cap. II. aliisque, ex professio docuit Barn. Brissonius lib. III. *de Form.*

In primis vero Praetores, *Vrbanus & Peregrinus*, sui magistratus initio, edictis perpetuae iurisdictiōnis causa in albo propositis, *ius* condere *honorarium* dicebantur, l. 7. *D. de iurisd.* De *Vrbano* ab anno *Vrbis* 387. rescertissima: de *Peregrino* autem ab a. 507. vel 511. cum maxime ambigitur. Nostram hac de re sententiam annis abhinc sex speciali diatribe exposuimus, cui addi meretur gemina eiusdem argumenti commentatio, una Io. Henr. Mylii, altera V. Cl. Franc. Car. Conradi, nuper admodum evulgata. Vid. Cicero in *Orat. I. pro Corn. apud Ascon. p. 136. iunc. Grut. Inscr. p. 503.* Idem lib. XIII. ad famil. epist. 59. ibid. Gron. Val. Maximus lib. I. cap. III. ex. Rom. 2. Boëthius lib. III. ad *Top.* Cic. cap. 5. p. 109. ed. Steph. & Theophilus ad § 7. *Inst. de I. N. G. & C.* Addef. Vlp. in l. 9. § 4. *D. de dol. mal.**

Ex utriusque autem Praetoris edictis, nec non Aedilium Curulum, enatum *Ius Honorarium* perpetua in foro auctoritate censebatur, d. l. 7. *D. de iurisd.* nec fas Magistratibus in leges iuratis contra ius publice introductum edicere vel decernere. Ipsa enim edicta nonnisi publica auctoritate, adhibitis Tribunis pl. concepta fuisse, Cicero testatur, lib. III. *de*

P. 3. de iuris dictis Offic.

* Quumque solo *Gentium* iure peregrini uterentur, nec *lege* idcirco *agi* apud *Peregrinum* posset, auctore Cicerone, *pro Flacco, cap. 21.* ex *Vrbano* edicto *ius peregrinis* dici haud potuisse, hinc facile adparet. Eadēm vero ratio *Peregrini* erat edicti, quae *Provincialis.*

130 L E C T I O N . I V R . C I V .

Offic. cap. 20. & a frequentibus usque adoptata vulgo
tralatitia vocabantur: quapropter & Verri expro-
bratur, ut infolens aliquid, *in re vetere edictum no-*
vium, lib. i. in Verr. cap. 44. seq. ibiq. Ascon. qua de
re actum pluribus in *diff. de Edict. Transl.*

Atque ita a primis edictorum incunabulis obtinue-
rat. Vbi vero ab avita iudiciorum religione improbi
saepenumero Praetores desciscere, & neglectis cum
suis tum priorum edictis, pro lubitu sere ius novum e-
dicere ac decernere viderentur; primum huic malo
peculiari senatusconsulto, anno Vrbis 585. L. Ae-
milio Paullo iterum, & C. Licinio Crasso Coss. oc-
curredum est, *ne Praetores aliter, quam ex EDIC-
TIS suis PERPETVIS ius dicerent.* Vid. Acta
Diurna ex linteis Pontificum libris, apud Pighium
tom. ii. p. 378. seqq. Reinesium *Inscr. cl. iv. num. 2.*
seqq. p. 340. seqq. & Henr. Dodwellum in *Adp. Prael.*
Cambd. p. 663. & 690. *

Insequuta est integro post seculo lex tribunitia C.
Cornelii Balbi, anno Vrbis 686. de qua Asconius
Paed. in *arg. Orat. pro Corn.* p. 123. qua renovatum
vetus senatusconsultum, iussique Praetores *ex EDICTIS suis PERPETVIS ius dicere:* vel, uti
Dio Cassius lib. xxxvi. p. 20. de Cornelio scribit:
'Εσυγέσατο ηντ' ἀρχάς τε ἐνθὺς ἀυτοῖς τὰ δίκαια, δις κρή-
τουται, προλέγειν, καὶ ΜΗΔΕΝ ἈΠ' ΑΤΤΩΝ ΠΑ-
ΡΑΤΡΕΠΙΕΙΝ. Rogationem tulit, ut & statim a prin-
cipio Praetores praedicerent, quo iure essent usuri,
et deinde *NEQVAZVAM AB EO IVRE*
DEFLECTERENT.

Per-

* *Nebesius* quidem haec fragmenta coarguit Marc. Velserus;
opib. 50. & 51. ad Camer. p. 840. & huperime V. Cl. Pet.
Wesseling, in *Prob. cap. ult.* Ego interpolata esse facile la-
gior, tota vero supposita dicere non audeo.

Perperam igitur Iac. Menardus ad *act. i. in Verr.* p. 103. ed. Graev. pro *PERPETVIS* apud Asconium d. l. substituendum coniecit *PROPOSITIS*. Nec felicior Schubarti conjectura, de solo Peregrino, non item de Urbano, verba Cassii modo laudata interpretantis, *de fatis Iurisp. p. 399*. Nec certior Grotii sententia, *fl. sp. de O. I. fin.* eumque sequuti Menardi ad *Cic. d. l.* negantium, ante Adriani tempora ullam edicti perpetui mentionem apud veteres reperi. Denique & a vero aberrasse videtur Iac. Perizonius, *in Triad. p. 192.* in eam prolapsus sententiam, a Corneliano demum plebiscito perpetui editi originem arcessendam esse: quod ipsum & Eberlino iam federat, *ad tit. de O. I. cap. x. p. 84.* & Giphanio in *Oecon. Pand. & Ed. Perp. p. 122.*

Ab exente itaque seculo Vrbis septimo, quum pleraque iam edita composita, & Ius Honorarium ad quandam sui maturitatem perfectionemque venisset, recte Cicero in *Orat. pro Rosc. Com. cap. 8.* Sunt *IVRA*, inquit, sunt *FORMVLAE DE OMNIBVS REBVIS* constitutae; ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis, errare possit. Expressae sunt enim ex uniuscuiusque damno, dolore, incommmodo, calamitate, iniuria, *PUBLICE* a *PRAETORE* formulae, ad quas *PRIVATA LIS* admodatur. Conf. Idem in *Top. cap. 5. lib. 11. de Inv. cap. 22. & lib. 1. de Leg. cap. 5. iunc. lib. 11. cap. 23.* Iurisconsulti quoque id aetatis, suis Edicta commentariis publicos in usus illustrare sunt adgressi, Servius Sulpicius, Aulus Ofilius, M. Antistius Labeo, aliquique Pomponio memorati, *I. 2. § 44. D. de orig. iur.* Videatur, si tanti, gemina dissertatio: una de Servii Sulpicii & A. Ofilii, altera de M. Ant. Labeonis ad Edictum libris, annis abhinc quinque edita.

232. L E C T I O N . I V R . C I V .

Equidem quae de perpetua Iuris Honorarii auctoritate haec tenus differuimus, de iis alia aliorum interpretum sententia est. Sunt qui *perpetuum* idem esse putant ac *annuum*, legisque vim per annum obtinens: eoque sensu Ciceronem exponunt, lib. 1. in *Verr. cap. 42.* ubi ait: *qui plurimum tribuunt edicto, Praetoris edictum LEGEM ANNAM dicunt esse*, &c. Ita Pighius tom. 1. p. 264. Spanheimius in *O.R. lib. 11. cap. 8.* Schultingius *ad tit. de O.I. § 8.* aliquique. Verum enim vero non de omni iure praetorio, sed de novis tantum edictis, & ambitiose vel avare compositis, Tullium ibi agere, praeter ea quae ipso ex Cicerone modo attulimus, Verrinae caussae indoles abunde indicat. Vocabula *perpetuum* & *annuum*, promiscue nonnunquam usurpari, minime negamus; ea vero adpellatione qualemque ius ordinarium, & publico fori usu receptum intelligitur, cuiusmodi ab annuis fere magistratibus condebatur. Quo sensu illud Ovidii explicò, lib. 1. *Fast. vers. 38.* de Romulo:

*Quum rudibus populis ANNAM IVRA daret.
& hoc Propertii, lib. 11. Eleg. XVI. vers. 35.*

*Hac mibi PERPETVVM IVS * est, quod solus amator
Nec cito desisto, nec temere incipio.*

Sunt porro, qui cum Henr. Dodwello, in *Prael. Cambd.* p. 333. & in *Adpend.* p. 780. auctoritatem Iuris Praetorii Senatui adscribunt, eiusque annuis hac de re decretis; reliquorum etiam Praetorum in-

com-

* Ita Lipsius emendat: *vulgo perpetuo* legitur, quod tueri Pas-
serinus voluit; eruditus vero Lipsianam crism defendit elegan-
tissimus Broukhufius.

componēdis edictis suffragia intervenisse existimant: Ofilium denique primum ius*Caesaris* edictorum ius: composuisse, idque lege aut senatus consilio publice fuisse confirmatum. Quia vero coniecturæ tam multipli nulla veterum favet auctoritas, ei ulterius persequendae lubentes abstinemus.

Sunt denique Thomasianæ adsertores sententiae, in *diff. de Næv. Iurispr. lib. I. cap. 7. p. 38. seq.* qui negata edictorum perpetua auctoritate, hunc Corneliae sensum legis reddunt: Praetores non eo solum anno, cuius kalendis in albo edixerant, sed altero etiam tertioque, quoties nempe urbanam deinde praeturam gererent, formulis edictorum suorum adstrictos fuisse. Qua vero facilitate confingere haec placuit, eadem & subverti posse, quivis patillum peritior ultro intelligit.

Ceterum quas in Ius Praetorium censuras plurimi eruditivi viri, nostro etiam aevo, exercere passim amant, solide meo iudicio & erudite abstersit Gottl. Corlius, δικαστής, in *diff. de Vindic. Iur. Praet.* quamvis haud ignoreni in alia omnia. nuperrime abiisse Ampl. Heineccium, in *Hist. Iur. lib. I. § 65.* Verum hac de re in secundis curis nostrarum *de Iure Honorario* dissertationum, uberioris forte agemus.

C A P V T XXIX.

De Lege Falcidia, eiusque Capitibus.

Avictorem huius legis, plebiscitorum ultimi, Publrium Falcidium, praenomine *Caium* ab Eusebio ad ann. Abrab. 1976. p. 153. perperam adpellari iam Scaliger monuit d. J. p. 147. qui & alterum Eusebii errorum de anno latronis recte castigavit, non 712.

fed 713. pro quo male alii annum 714. vulgo constituant. Vid. Dio Cassius lib. XLVII. p. 430. fin. Conferantur Cassiodorus, Pighius, Goltzius, Marlianus, & Fasti Latini Oxonienses apud Pet. Relandum in *Appendice Fast. Conf.*

Ceterum cuius Suidam erroris multi arguunt, eo liberari videtur posse, in voc. Φαλκίδιος, ubi non Falcidio tantum, sed Augusto quoque legem hanc tribuere videtur. Lata enim fuit *Augusto triumviro*, nec ullum dubium, quin huius, Romam eo anno reducis, suoque omnia arbitrio gerentis, voluntate comitia sua Falcidius habuerit. Vid. Dio Cassius d. l. p. 418. seqq. Eadem igitur erroris nota & Isidorus absolvitur lib. v. cap. 15. & can. 6. Dist. 2.

Vritas hujus legis ac praestantia longe fuit, estque hodie maxima, uti praetet Iuris nostri auctores eodem loco Cassius profitetur, d. p. 430. fin. Quocirca neutquam Franc. Balduini spernendam coniecturam autumo, existimantis P. Falcidium, in concipienda digerendaque hac lege, usum consilio ac opera fuisse excellentis alicuius Iurisconsulti, ac in primis quidem Trebatii, cuius & ipse postea Augustus auctoritatem sequutus legitur, pr. *Inst. de codicill.*

Politica legis nostrae *ratio* eadem utique, ac Furiae Voconiaeque fuit, nova tamen ut videtur triumvirium temporum caussa accedente, quam & Balduinus prodidit, d. l. p. 19. Confer sis superius tradita, cap. xviii. hui. lib. p. 183.

Argumentum legis brevi admodum oratione ita complexus est Dio Cassius d. p. 430. Καὶ ὁ νόμος ἡ Φαλκίδιος ὄντος μένετος (πλείσην καὶ τοῦ ἔτος ἡπχοντος τὰς πάντας ηλύθων διαδοχάς, ὡς τὰ τὸ τέταρτον τῆς οικταλειφθίσιος εἰ γέλας, ἀν γέ τη βεβύνηται, λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων) ὑπὸ τῆς Περθέως Φαλκίδες δημιουργῶντος ἐτέθη. Verit Xylander Leunclavio rectius: *Et lex Falcidi-*

Falcidia a P. Falcidio tribuno plebis lata, quae nunc quoque plurimum valet in hereditatibus ad eundis: ea autem permittit, ut heres, si adire hereditatem gravetur, quadrante accepto reliquum dimittat. Vbi tamen tria notamus: primum frustra verti, si adire hereditatem gravetur, quum in Graeco tantum habeatur, *τὸν γέ την βαρύντας.* Deinde, Leunclavium perperam reddidisse, triente relictorum sibi bonorum accepto, pro quadrante, *τῷ τετράπτῳ.* Denique *τὸν ἀφεῖνα* idem hoc loco esse ac *relinquere, permittere,* legatariis scilicet; secus ac Alciato, Balduino, Zasio, & Chifletio, visum est, in Dionem ut Graeculum; & Iuris Romani imperitum, strenue invehentibus; Hubero post Hotmanum observante, in *Disp. Fundam.* p. 562. & Io. Schiltero ad *D. h. l.*

Ceterum, pessime hic impegisse Harmenopulum video lib. v. tit. 9. § 1. ceterosque Graecos: quarta Falcidiae cum legitima Iustinianea perperam confusa. Unde quae in recentioribus exemplis apud Eusebium petita leguntur, d. l. i. merito exploserunt Scaliger in *not.* Alciatus lib. v. Parerg. cap. 24. Rivallius lib. II. *Hist. Iur. fin.* Contius lib. I. *Lect. cap. 3.* & Oiselius ad *Cai. lib. II. tit. VI.*

Verba Pauli in d. l. I. pr. haec sunt: *Lex * Falcidia lata est, quae PRIMO CAPITE liberam legandi facultatem dedit (usque ad dodrantem **) his verbis: QVI GIVES ROMANI SVNT,*

QVI

* Hal. & Vintim. *Lex ETIA M Falcidia,*

** Omittunt iidem *τὰ usque ad dodrancem.* Et praeter Balduinum, & Hotmanum, Iac. quoque Cuiaci in *Parat. Cod. ad L. Falc.* *addebat,* inquit, *verba illa, usque ad dodrancem;* quia *finis dodrancis finitur secundo, non prima capite.* Ex Glossa mutuo, ut multa alia, haec sumpta videntur, quam vide. Sat is vero recte veterum nonnulli, Dynus, Alexander, & alii, mentem inter & verba primi capituli distinxerunt, uti & Marian. in *Parat. h. l.* Servanda enim illa esse textus Baflicorum nos

236 L E C T I O N . I V R . C I V .

*QVI EORVM POST HANC LEGEM RO-
GATAM TESTAMENTVM FACERE VO-
LET, VT *** EAM PECVNIA M, EAS-
QUE*

*mos docet, lib. XII. tit. I. num. I. p. 357. tom. V. ubi haec le-
gimus: Ἐξει ληγατέων ΜΕ'ΧΠΙ ΤΟΥ ΟΚΤΑΟΥΓΚΙ'ΟΥ. Τὸ
γὰρ ΤΕΤΡΑΟΥΓΚΙΟΝ τῷ γεγράμμένῳ κληρονόμῳ φυλάσσεται.
Liberum est legare VSQ V.B AD BESSSEM: TRIENS e-
nīm boredi scripto servatur. Erroneo Graecorum more quarta
legitima; a Iustiniano audita, cum quarta Falcidiana confundi-
tur, ipsomet hunc lapsum notante Cuiacio in Parat. D. ad L.
Falc. ibiq. Chassan. in not. & ad Nov. XVIII. Conf. praeter
cītatos superius, Fabrotus ad Th. de L. Falc. § I. Cunr. Rit-
tershusius in Comm. ad Nov. part. VI. § 34. p. 317. & Ioh.
Schilterus ad Dig. tit. ad L. Falc. p. 549.*

*** Franc. Duarenus lib. I. Dispp. Annit. cap. 58. Ex sententia
Aemari Ranconeti, eumque sequutus Franc. Balduinus ad b.
I. p. 25. hoc modo emendant: quam pecuniam, quasque res;
ex promiscuo nempe literarum. & q apud veteres usu: qua-
de re in superioribus notata vide, cap. XI. p. 155. not. † Ad-
desis Rad. Fornerium, lib. I. Rer. Quoi. cap. ult. Sed Iac. Cui-
acius d. l. in Parat. C. ad L. Falc. nec non ibid. ad tit. Qui
adm. ad bon. poss. ἀποχεῖν legendum putat: is sam pecuniam,
fasque res, i. e. suam, suas. Quam tanti viri crisin suam quo-
que fecit Fabrottus dd. II. utrobique citatis ex Festo, & Pseudo
Cornuto ad Persium, germinis Enni locis; quibus non pau-
cos alios eiusdem Poëtae adiicere potuisset. Quia vero Cice-
ronis & Augusti aetate, glandibus Enni Quirites vesci iam de-
fierant; & praeterea Falcidiae legis verba Paulus b. I. integra
non repraesentat, sed sensum duntaxat, retentis paraphrastico
mōre nonnullis ipsa ex lege vocabulis; at dēnique rā sam &
fas non minus eam & eas, quam suam & suas apud veteres
notasse Feitus d. l. nos monet: ultro sane erudita Cuiacci
conjectura deficit, corruitque. Quid? quod aptissimum rece-
pta lectio sensum fundat, subaudiendo iis personis in voce
quibusque: in eam vero & eas intelligendo quam quasve,
quasi Paulus scripsisset: Qui tives est. ei civi ius potestasque
est dare legare eam pacuniam, easve res, usque personis; quam
pecuniam, quasve res, quibusque personis dare legare ut volet.
Conf. Gul. Matanus in Parat. d. l. Atque ita nec pro ut le-
gere is cum Cuiacio, necesse videtur, aut cum Balduino ad b.
I. verbis iis potestasque intersecerere si.

QVE RES, QVIBVS QVE DARE LEGARE VOLET, IVS POTESTAS QVE ESTO
(† ut hac lege sequenti licebit). SECUNDO CAPITE modum legatorum constituit his verbis: QVICVNQVE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVI QVE CIVI ROMANO PECVNIA MIVRE PVBLICO DARE LEGARE VOLET, IVS POTESTAS QVE ESTO: DVM ITA DETVR † LEGATVM, NE MINVS QVAM PARTEM QVARTAM HEREDITATIS † EO TESTAMENTO HEREDES CAPIANT: EIS QVIBVS QVID ITA DATVM ‡ LEGATVM VME ERIT, EAM PECVNIA M SINE FRAVDE SVACAPERE LICETO: IS QVE HERES, QVI EAM PECVNIA M DARE

† Deesse haec in nonnullis codicibus, tum Io. Cruceus, in *Adnot. ad b. l.* tum P. Baudoza cum aliis attestatur: ut adeo Ant. Contius *ad b. l.* ab Eguin. Barone verba haec contra fidem omnium librorum deleri, frustra conquestrus videatur. Fr. Duarenus autem cum suo Ranconeto tantum delet *et seq* *sequenti*, Glossa tamen repugnante, quae per *legem sequentem* caput legis alterum, quod sequitur, intelligit, non invito Marano, in *Parat. d. l.* Ego vero nullus dubito fide quorundam codicum illa omnia expungere, potius quam contorta & longe quaesita interpretatione Studiosis imponere. Neque etiam alia mens Cuiacio in *Parat. C. d. l.* neque Balduino *ad b. l.* p. 25.

† Pro *detur legatum*. Fr. Duarenus *d. l.* Ranconetum sequutus feliciter restituit *detur legetur*: quam emendationem Hotmannus quoque & Balduinus *dd. ll.* agnoscunt, & ipse Gul. Maranus, acerrimus alioquin vulgatae defensor, labens sequitur. Et iam olim idem observaverat pragmaticorum pater Baldus de Vbaldis, *ad l. 24. C. fam. ercisc.*

‡ Hal. & Vintim. *EX eo testamento.* Et ita quoque Char. *ad Zaf. d. l.*

‡ Duarenus, Cuiaci, Balduinus, Hotmannus, & Gul. Maranus *dd. ll.* recte legunt *datum legatum*, non *legatus vero*.

238 L E C T I O N . I V R . C I V .

**DARE IVSSVS + + + DAMNATVS ERIT,
EAM PECVNIA M DEBETO DARE
QVAM DAMNATVS EST.** Ita Paulus. Neque enim Hotmanum audimus, in *Disp. de Quart. Falcid. cap. i.* una litura expungentem omnia a verbo dedit, usque ad τὰ Secundo capite. Multo minus quidquam habere ponderis videntur somnia atque inceptiae τῷ περὶ ὁμοίωτάς Franc. Husmanni, *sub finem tom. IV. Thes. Iur.* quem dudum castigavit Gul. Maranus in *Parat. D. b. l.* Conf. illustris Iurisconsultus Ev. Otto in *praef. d. tom. sub fin.*

Ad capita progradimur, quorum numerum alii alium constituunt. Franc. Husmannus, in *Parad. ad b. l. d. tom. IV. Thes. Iur.* unum duntaxat legis nostrae caput de quarta heredis; reliqua autem a Triboniano mala fide Paulo adsuta, & itidem ut Senatusconsultum Pegasianum, prorsus conficta fuisse contendit. Refellendis autem tam putidis naeniis otium nobis fecerunt Viri insignes, Gul. Maranus in *Parat. d. l.* & Ev. Otto, in *praef. tom. IV. Thes. Iur. sub fin.*

Alii quatuor in lege capita observant, Fr. Duarenus *d. lib. I. cap. 58. & lib. II. cap. 10.* & Fr. Hotmanus, *d. l. num. 6. & de LL. in Falcidia,* quos alii deinde sunt sequuti. *Primum* in verbis initio *d. l. I. Subiectis: Qui cives Romani &c. Secundum* in proxime sequentibus: *Quicunque civis Romanus &c. Tertium* porto, fere circa medium: *Eis quibus quid ita datum &c.* Denique *quartum* ex Caio: *Si quis aliter, quam bac lege hincat &c. lib. II. Inst. tit. vi.*

Sunt vero, qui ista quatuor ad tria redigant, ex secundo & tertio capite unum duntaxat efficientes, quartumque adeo tertium numerantes. Ad me quod atti-

+ + + Hal. Vintim. & Vulgata, *dampnaturus*; sed Florentina con-siliarior videtur.

attinet, cum Cuiacio aliisque, plura olim legis capita extitisse facile suspicor; *duo autem a Paulo* q.d. l. i. *in non tria, aut quatuor, recenseripi*to. Vid. Cuiacius, *Parat. C. d. l.* Balduinus *ad h. l. p. 21. seqq.* Charondas ad Zafium in *Falcidia*, & Gul. Maranus in *Parat. Dig. h.l.* Etenim quae alii tertium vocant quartumque, vel partes tantum capitum sunt secundi, vel capita peculiaria, certe ex Pauli sententia, qui *duorum* tantum diserte accurateque meminit; ultra quem hic sapere velle, quid aliud est quaeso quam despere?

Quod autem diximus, *plura olim capita extitisse* videri, mirum nemini in hac literarum luce adpariturum puto; siquidem in legibus bene multis id observatum, & a Viris eximiis, Brissonio & Hofmanno, in lege Iulia de adulteriis, & ab illustri Heineccio tum in Papia, tum Aelia Sentia, abunde ostensum est. Exempli etiam loco huiusmodi caput a Paulo praetermissum Cuiacius reperit in *I. 81. § 2. D. ad L. Falc.* ubi ita Caius: *SED ET de his quoque rebus, quae mulieris causa emata paratae essent, ut hae QVO-
QVE extra modum legis essent, NOMINATIM
IPSA FALCIDIA LEGE expressum est.* Quibus ex verbis nullus dubito inferre, quin ad idem hoc caput quoque pertineat relegata mulieri dos, de qua in proxime antecedentibus Caius egerat, *d. l.
§ 1. Dos, inquit, relegata extra rationem legis Fal-
cidiae est, scilicet quia suam rem mulier recipere vi-
detur.* Et ita voluisse quoque Balduinum video, *ad h. l. p. 25. seq. & Hug. Donellum lib. VIII. Casm. Jur.
Civ. cap. 22.* neque necesse adeo est, capitum secundi clausulae, ex qua *aliis tertium exsculpere caput dixi-
mis*, hanc velut adpendicem ex mera coniectura atte-
xere. Neque simile videtur, quod ex Marcello habet *Vlpianus in I. 28. § 1. D. de leg. 1.* quia diserte interpre-
tationi *Jurisconsultorum tribuitur.* Neque etiam re-
pugnat,

240 L E C T I O N . I V R . C I V .

pugnat, quod utique iis in rebus locum Falcidia habeat; quatenus scilicet extra caussam debiti, aliunde quid commodi, velut ex representatione, acceperit, uti notum ex I. i. § 10. D. ad L. Falc. quum etiam idem sit iuris in dote relegata, I. i. § 12. D. de dote prael. adeoque propter eandem iuris rationem in iis etiam rebus, quae ipsius mulieris caussa emtae paratae fuerunt, obtinere debeat.

Aliud legis nostrae caput idem Cuiacius d. I. ex I. 16. C. ad L. Falc. eruit, ubi Diocletianus & Maximianus ita rescribunt Diomedi: *Successores legata, vel fideicommissa, si aes alienum hereditarium defuncti substantiae fines occupaverit, LEGIS FALCIDIAE iusso peti, item TREBELLIANI senatusconsulti praeceptum, exigi non concedit.* Non ea vero mens fuit Cuiacii, quam illi adfingi video, ac si de hac ipsa facti specie peculiare caput in lege extiterit; verum id puto voluisse, de aeris alieni detractione nominatim & in genere cavisse Falcidium: quod neminem temere inficiaturum puto. Vid. I. 6. C. ead. iunc. I. i. § ult. & I. 39. D. & § ult. Inst. eod.

Ceterum in verbis, quae Trebelliani senatusconsulti meminerunt, Tribonianus manum mihi videor agnoscere, qui novi iuris memor pro Pegasiano, eiusque quarta, *Trebellianum* substituit, ut convenientiam eius cum Falcidia ex iure etiam veteri ostenderet. Videntur autem Imperatores in d. I. 16. ob oculos habuisse Paulum, qui in Sent. lib. iv. tit. III. § 4. eodem fere modo loquitur: *Lex Falcidia, inquit, itemque Senatusconsultum PEGASIANVM dedicto omni AERE ALIENO, † Deorumque donis,*

QVAR-

* Locutionem hanc illustrat Wisselbachius in Comm. ad b. l.

† Quia sacra, ac proinde commercio exempta, § 8. Inst. de R. D. qua de te Thomassinus pecc. opusc. secus ac quae Dijstantum

QUARTAM residue hereditatis ad heredem *VO-LVIT* pertinere. Conf. tit. v. § 5.

Aliud porro legis caput de *retentione quartae*, a Paulo praetermissum, cum Ranconeto Duarenus statuit, d. l. idque *quartum* ab iis adpellari paullo ante monuimus. Latere vero illud putant in verbis Caii lib. ii. Inst. tit. vi. § un. iunc. l. 73. § ult. D. ad L. Falc. & l. un. C. quor. legat. Eadem est Balduini sententia, ad L. Falc. p. 31. aliorumque ex recentioribus.

Denique sunt, qui utut omni auctoritate destituntur, tria quatuorve capita, Paulo uti diximus adiicienda, in unum conflant: saturae legis, aut miscellae, instar. Inter quos Egu. Baro ad tit. D. b. l. & Hugo Donellus d. lib. viii. Comment. cap. 22.

Vt vero & meam hac de re sententiam paucis dicam, ab eorum coniectura me haud alienum profiteor, qui de *quartae retentione* nominatim actum a Falcidio putant, secus ac Charondae ad *Zasium* d. l. placuisse video. Id enim & Caii verba utroque isto loco, ipsique Imperatores in d. l. un. C. haud absconde

Q

indi-

tum legata, uti forte rescribendum in l. i. § 5. ad L. Falc. Cuiacii vero crisi dudum explosam vide apud Cl. Schultingium, ad Paul. d. l. Quae denique alii de iure liberorum Diis dato, ex Dionis lib. xv. sub init. hic memorant, ab auctoris mente, verbisque, alienissima sunt. Primi enim Io. Leunclavius, in nos. ad d. l. contra Xylandrum recte observavit, verba haec: τὰ τῶν γεγεννητῶν δικαιώματα χαρίζεται, male verti: *ius* (*trium*) *liberorum* *largitur*; significare autem: *ius eorum*, qui *liberos procreassent*, *largitur*. Deinde, quae de Diis mox subiiciuntur, non proxime cum antecedentibus, quae retuli, cohaerent; sed similia quorundam numinum privilegia in hereditatibus & legatis consequendis continent; a quibus alioquin, ut personae incertae, Iure Civili arcebantur. Vid. Vlpianus tit. xxii. § 6. ubi quae adscriperat Cl. Schultingius, ab aliis, uti sit, inconsulte arrepta sunt.

242 L E C T I O N . I V R . C I V .

indican^t: *Heredi scripto SATIS IDONEE LEGE FALCIDIA, si exhausta legatis successio probetur, PER QUARTAE RETENTIONEM prospectum est.*

C A P V T XXX.

Ad Legem Falcidiam observationes miscellaneae.

ATQUE haec de legis Falcidiae *capitibus*. Superest, ut una alteraque observatione genuinum legis *sensum* breviter illustremus. Et verba quidem eius nec antiqua, nec integra, a Paulo referri; quin & Jurisconsulti orationem abruptam nimis, & intercasam repraesentari, recte admodum sensisse videntur Balduinus & Maranius *dd. II.* quorum sententiam suo etiam calculo adiuvare voluit laudatissimus Jurisconsultus Ev. Otto, in *pref. tom. iv. Thes. Iur. sub fin.* Atque eo tria illa, Paulo omissa, legis capita pertinere, capite diximus antecedenti.

Inter alia autem, quae in tractatione huius legis disputari vulgo solent, illud non levis momenti videtur: an nimirum Falcidiae verba ad *mortis causa donationes* non minus, quam ad legata proprie dicta pertineant? Interpretes nossos in partes hic discessisse Iustinianus ait, *I. 4. C. de mort. caus. dom.*

Mihi quid videatur, adiectis iuris rationibus paucis dabo. Quin donationes istae eodem iure ac legata olim censitae fuerint, lex *Furia* nos dubitare non sinit, utrorumque mentionem diserte complexa. Vid. *sup. cap. xviii. bvi. lib.* Quia vero in legibus Furiam consequutis, Voconia & Falcidia, donationum mentio fuerat omissa; quaeri inter Veteres ea de re coepit. De *Voconia* quidem nullus dubito, quin idem adhuc ius per eam obtinuerit, sola tantum immutata legatorum singulorum quantitate. Nec de *Falcidia* ali-

ter

ter forte existimandum videretur, nisi in hac eius interpretatione ipsos Antiquos dissensisse constaret.

Etenim *Cassiani*, rei mortis causa donatae traditaeque dominium, iam intervivos in donatarium transire statuentes, non poterant non donationes istas natura legatorum toto coelo distinguere, legique a deo Falcidiae, quartaeque detractioni, penitus extinmere. Vid. l. 35. § 3. *D. de mort. caus. don.* Contra vero *Proculianum*, propter arbitratiam donatoris pœnitentiam, & dubium periculi eventum, a quo fuisse spensa videbatur donatio, non transire inter vivos dominium contendebant, sed a morte demum donatoris, ad instar legatorum. Vid. d. l. 4. *C. & Cl. Mascovijs de Sect. cap. IX. p. 242.*

Postea qui succedebant *Herciscundi*, *de mort. caus. don. iunc. l. 1. pr. D. de donat.* Vel enim quis donat simpliciter sola cogitatione mortalitatis, vel ita ut dominium interim transferat, vel denique ut a morte suspendat. Quod ad duas posteriores species attinet, dubium inde oriri nullum potest. De sola autem prima quaeritur, si simpliciter haec facta sit donatio, utrum translatum censeatur dominium, necne. Et recte meo iudicio cum Proculianis *Herciscundi* statuebant, translatum ita dominium non videri, sed instar rei legatae, a morte donatoris, suspensum esse. * Sicuti enim in casu dubio, qui tradidit

Q 2. non

* Quo etiam Vlpianus ex *Proculianorum*, in quos prius erat, mente donationem referat, hac factam conditione, ut donatarius iam nunc haberet redderet autem convalescenti, a reduci, d. l. 29. in verbis: *potest defensari*: quod Sabiniani negaverant, d. l. 35. § 3.

non statim donasse; ita nec qui certum in eventum donavit, illico dominium transstulisse, praesumi potest, *l. 25. pr. D. de prob.*

Atque ex his, quid de *l. 30. D. de mort. caus. don.* habendum sit, manifestum videtur. Speciem Vlpianus ponit de *poenitentia* eius donatoris, qui ita donaverat, ut statim fieret accipientis: eoque casu ex communi utriusque scholae sententia, donatori poenitenti competere ait *conditionem*, vel *utilem*, id est, personalem in factum. Neque enim dari *actio realis* potest, tum ob dominium translatum, tum quod revocatio ante existentem fieri conditionem dicitur: & ne utilis quidem.

Perperam itaque textum Basilicum hic reddidit Fabrottus *lib. XLVII. tit. III. p. 239. num. 30. tom. VI.* ubi haec leguntur: ὁ δωρησάμενος θανάτῳ αὐτίᾳ, μεταμελόμενος ἔχει ἈΓΩΓΗΝ ἐις τὰ ἀπαιτήσαι τὸ δωρῆν: *Qui mortis causa donavit, si cum poeniteat, IN REM ACTIIONEM habet.* Verti debuisset: *actionem ad repetendum habet.* Realis enim a Graecis, vel ita describitur, ἡ τὰ ἰδιαὶ ἐνδικέσσα ἀγωγὴ, uti *d. l. num. 29.* & passim, vel ἡ *iv βὲμ* adpellatur. Scholia stes etiam *ibid. p. 252. lit. l.* verba Vlpiani ita extulit: ὁ μόρτις καῦσα δωρησάμενος, δύνεται ἐν μεταμελείᾳ ἔχειν τὸν πουδικτίου, ἡ ὉΤΤΙΑΙΑΝ ἈΓΩΓΗΝ ἐπὶ ἀναλήψει τῆς δωρεᾶς. *Qui mortis causa donavit, potest ex poenitentia conditionem habere, vel UTILEM ACTIIONEM ad recipiendam donationem.* Conf. Glossae Nomicae voc. ἀγωγὴ, & *iv βὲμ*, *ad calc. tom. 3. Thes. Iur.* & Theophilus *ad tit. de action. § 1. seqq.* Omnem denique dubitationem aufert Julianus, in *l. 18. § 1. D. eod.* utrumque pariter remedium coniungens, *conditionem nempe, & actionem in factum.* Vbi quae autores habent Basilicen: ἡ τὸ δοθὲν ἀπαιτῶσαι ἀγωγὴ, Fabrottus male convertit: *actio quae quod datum est perit*

petit (in factum seu utilis in rem actio) quum intel-
ligatur actio prae scriptis verbis, d. tom. vi. p. 236.
fin. & seqq. Optime vero Scholia stes d. l. p. 249. lit. S.
η ἡμέρας ἀγωγή, in factum actio. Conf. Glossae
Iur. d. l. voc. ἡμέρας & ἡμέραμ. Cedit itaque Iac.
Cuiacii, ad Afric. tract. II. p. 52. aliorumque con-
traria sententia, quam prius licet probatam postea
tamen deseruisse video Giphanium, in Lect. Attorph.
ad d. l. 29. & 30. p. 283. seqq. Wissenbachium ve-
ro ad Inst. disp. XIV. § 7. nihil quidquam hic vidisse
miror. Alios prudens taceo.

Vt vero ad quaestionem nostram, de Falcidiae le-
 gis ad mortis caussa donationes protensione reverta-
 mur, hanc ex dictis summam conficimus: ex mente
 olim *Sabinianorum* donationes istas, utpote a legatis
 maxime diversas, dominii inter vivos translati intui-
 tu, ad legem Falcidiā non pertinuisse: contra ve-
 ro a *Proculianis* pro legatis fuisse habitas, ac proinde
 de Falcidiae deductioni obnoxias. Hos denique se-
 quutos fere *Herciscundos*, secundum distinctionem
 supra positam, quoties scilicet a mortis eventu sus-
 pensa fuisset dominii translatio, easdem donationes
 Falcidiae subiectas censuisse.

Quia vero sectarum dissidiis adhuc dum vix con-
 sopitis, non idem Prudentibus omnibus videretur,
 varieque saepe numero sententiae ferrentur; tandem
 constitutione *Septimii Severi* Imperatoris, non *Ale-*
xandri, ut male alii, illa Herciscundorum quam di-
 xi sententia publice confirmata est: sancitumque,
 non minus mortis caussa donationes, quam legata a-
 lia, detractionis oneri subesse oportere, l. 5. C. ad L.
Falc. & l. 2. C. de donat. mort. caus. meminitque eius
 constitutionis *Papinianus*, in l. 42. § 1. D. eod. iunc.
 Marciano in l. 27. D. eod. ubi cum Haloandro pro i-
 deo in fine legendum videtur, in ea, τὸ quasi autem

246: L E C T I O N . I V R . C I V .

positum pro *sicut*, pro quo in Basilicis est *ib.*, *d. tom. vi. p. 251. l. t. b.* Denique Iustinianus in *l. ult. C. eod.* quae quod ad effectum aliae supererant a legatis differentiae; omnes sustulit; quemadmodum contra Fabrum aliosque ex professo tradere adgressus est Gul. Masius, *lib. v. Sing. Opin. cap. 15.* Cui materiae diutius ignorari instituti ratio nos prohibet.

Ad finis priori disputatio de *fideicommissis* est *singularibus*; quia nempe auctoritate, & quo primum tempore, ratio Falcidiae legis produci ad illa coepit. Vbi *tres* videntur *periodi* observandae esse: *unus* senatusconsulti sub Augusto conditi, post ann. v. c. 750. Vid. § *l. & 12. Inst. de fideic. hered. iunc. pr. Inst. de Codicill.* & Pighius in *Ann. ad d. ann. altera Pegasiani* sub Vespasiano § *5. Inst. de fideic. hered. tertia* denique constitutionis Antonini Pii, *l. 18. D. ad L. Falc. iunc. l. 2. C. eod.*

Quod ad periodum *primam*, nullum dubium est, quin ad laudatum usque senatusconsultum; uti nulla praestandorum erat fideicommissorum obligatio, ita & Falcidianaem detractioni portionis nullum esse locum potuisse: condito autem senatusconsulto, de praestandis ex defuncti voluntate, fideicommissis non minus, quam legatis; quod iuris inde esse coeperit, quaeritur.

Et initio quidem tantum fuisse fideicommissorum favorem puta, ut accidente ad ultimae sanctimoniam voluntatis publica etiam juris auctoritate, integra illibataque fuisse praestita existimem. Conf. dicta superius *csp. xxm. p. 196.* ubi Seneca hunc in finem locum adscripsimus. Verum mox iterum usus docuit, tam bonae raro indolis esse, ut gratis sint probi, & sublatō praemio virtutem sectentur. Vid. *l. 7. testam. quem. aper. iunc. l. 1. C. pro quib. cauf. serv.* Eveniebat itaque; ut fideicommissis orerati heredes testamento

menta fere destituerent, eoque modo fideicommissa, cum reliquis testamenti capitibus, plerumque extinguerentur. Cui malo, quum senatus consulo *Trebelliano*, anno Vrbis § 14. cum Nerone Consules frustra occurrere instituissent; tandem altero senatus decreto, quod *Pegasianum* dicitur, in totum mederi visus est *Vespasianus*, § 4. & 5. *Inst. de fideic. hered.* quarta nempe *Falcidia* ad fideicommissa prorsus omnia, universalia pariter & singularia, tum primum exterisa; quemadmodum disertis verbis *Iustinianus* refert d. § 5. ibiq. *Cuiac.* & *Imp. Diocl. & Maxim.* in *I. 16. C. ad L. Falcid.* ita uti paullo ante coniecimus, emendata ex *Paulo*, *lib. iv. Sent. tit. III. § 4. iunc. tit. v. § 5.* aliis ne quidquam dissentientibus.

Evidem non *Pegasiana*, quod constat, sed *Falcidia*, haec fideicommissorum quarta plerumque appellatur, cum in Digestis, tum in Codice, & alibi; vel etiam *quarta* simpliciter, uti in *I. 9. C. ad L. Falc.* Verum nihil quidquam id nominis obstare, quo minus, uti aliam originem, ita & * naturam aliam, haec quarta habere possit, ab aliis abunde ostensum est: siquidem quartae tantum non omnes, antiquiore illa *Falcidiae* adpellatione, venire passim in Iure solent. Ceterum *Iustinianus*, uti abolito *Pegasiani* nomine quartam hanc in posterum *Trebellianicam* dici iussit, § 7. *Inst. de fideic. her.* ita etiam, omni inter legata & fideicommissa singularia sublato discrimine,

Q. 4

non

* Quia enim *Falcidia ex hereditate*, *Pegasiana ex bonis deducitur*; idcirco in hanc quidem omnia a defuncto profecta imputantur, in illam non item. Vid. *Ant. Conties lib. 11. Subf. Leet. cap. 5. & Claud. Chifletius de Port. Legit. cap. 17. &c. lib. 14. de Iure Fideic. cap. 8. Conf. Lud. Charondas ad Vlp. tit. xxv. § 14.* Minus recte hac de re alii, *Vinnium* ita sequuntur, *ad d. § 5. Inst. de fideic. her.* ut suum hic *Bachovium*.

non quartam amplius *Pegasianam*, ut antea, sed solam *Falcidiam* proprie dictam, esse detrahendam voluit, l. 2. C. comm. de leg. & fideic. Trebellianica ad fideicommissa universalia cum maxime restricta.

C A P V T XXXI.

De Quarta Falcidiae disputatio tripartita.

Enobiliaribus de Iure Falcidiae quaestionebus tres fere praecipuas hcc capite ventilabimus. *Prima* est: ecquaes, ad modum deductionis quod attinet, Falcidiam inter & Pegasianam intercedat differentia? Negat id Cuiacius lib. viii. *Observ. cap. 4.* & cum Cuiacio nuper alii. Sedes controversiae in l. 91. D. ad L. *Falc. iunc.* l. 74. D. eod. & l. 22. D. ad *Sclum Trebell. iunc.* l. 24. C. fam. ercisc. posita videtur. Missis vero ambagibus, quid ipse sentiam, paucis edifferam.

Testamentum, hereditatem, legata, ipso Civili Iure; *Codicillos* vero, *bona*, & *fideicommissa*, naturali magis aequitate nisi, inter omnes constare arbitror. *Testamento* hereditas & legata: *Codicillis* fideicommissa relinquuntur. Heres proinde, & legatarius, *iure* agunt *directo*: fideicommissarius *utiliter* tantum. Illi dominio potiuntur *quiritario*, hic *bonitario*. Heres ex lege in *ius succedit* defuncti: fideicommissarius, etiam universalis, ex senatusconsulto in *bona* tantum. Quam itaque lege Falcidia quartam *hereditatis* partem capere heres iubetur, pars *assis* est, & hoc loco quadrans, prodita eius nomine *directa* in rem actione: quam vero Pegasianum senatusconsultum, ad imitationem Falcidiae, utrique largitur, tam fiduciario quam fideicommissario, pars *dunata* xat

xat est *bonorum*, quae pro rata utrumque inter divi-
duntur, actionibus non directis, sed *utilibus* pe-
tenda.

Equidem *fiduciarius* civile veri heredis nomen &
ius retinebat, sed extraneorum intuitu duntaxat, non
fideicommissariorum; utpote quos in tota hac suc-
cessione omnino exaequaverat, primo Senatus, de-
inde Praetor; heredem vero & legatarios Falcidia
non item. Quum itaque legatis oneratus heres *iure*
semper *directo* uteretur, tam adversus extraneos, quam
legatarios, eodemque iure quartam caperet, ut *he-
reditatis* proprie dictae; fideicommissarius vero, ut
partem *bonorum*: consequens omnino est, in quar-
tam *Falcidiām*, iure *institutionis* ex lege capiendam,
neque legata, neque fideicomissa, aut mortis cau-
sa donationes, aliaque similia, imputari ulla ratione
potuisse: contra vero in quartam *Pegasianam* bono-
rum, ex senatusconsulto heredi permissam fiducia-
rio, illa omnia, quae diximus, imputari debuisse.
Conferri cum his possunt, unde ea deprompsimus,

§ 1. & seqq. *Inst. de fideic. hered. ibiq. Theoph.*

Quae vero ex dd. ll. dubia moveri video, facile e-
vanescunt, si paullo accuratius illos textus confide-
rare lubeat. Verba enim d. l. 91. haec: *Pro ea vero
parte, quam accepit a coherede, extra quartam id
est, * Q VOD a coherede accipitur:* perperam de
legato vel fideicommisso Interpretes intelligunt, quum
ad ius pertineant *accrescendi*, fiduciario post restitu-
tionem suaē portionis salvum †; itidem ac venditori

Q 5 here-

* *Quod pro quia* hoc loco poni, optime notat Alb. Gentilis,
de Libb. Iur. cap. III. p. 28.

† *Vid. l. 43. D. ad Sētum Trebell. iunc. l. 4. & l. 27. § 2. D. eod.*
Conf. Vinnius lib. I. Sel. Quæst. cap. 52, & Huberus in Prael.
de her. vel aff. vend. Noodtio tamen dissentiente, in Comm.
ibid. p. 403. sqq. quod nunc non agimus.

LECTIO N. I V R. C I V.

hereditatis, cui in totius hereditatis restituzione, similem esse fiduciarium diserte ait Imperator; quemadmodum legatario, si partem fiduciarius retineat,
§ 8. Inst. de fideic. hered. Atque ita aliorum variis, & violentis etiam, expositionibus facile puto carebimus; neque ulla Marcianum inter, in *d. l. 91.* & Diocletianum, in *d. l. 24. C. fam. ercisc.* supererit diffensio.

Quæstionum *altera* ad quartam percipiendi modum pertinet: utrum scilicet sola heredi, tam Falcidia lege, quam Pegasiano decreto, quartae competat *retentio*; an vero ex Falcidia etiam *vindicatio*? *Prius* Guiacio placuit, *lib. viii. Observ. cap. 2.* plerisque aliis *posteriorius*. Vid. Ampl. Byinkershoekius *lib. vii. Observ. cap. 7.*

Mihi, ad *Falcidiā* quod attinet, inter extraneos *primū* & legatarios, *deinde* inter vindicationis legatae & damnationis, distinguendum videtur. Adversus *extraneos* enim reales actiones heredi competere quis ignorat? adversus *legatarios* autem, si res sibi legatas sine vitio possideant, easdem actiones tum solum, si per *damnationem* sint relictae, dari arbitror; sin per *vindicationem*, non item. Diversitatis ratio in promtu est: quas enim familiae suae res dominio heredis non exemit testator, cuiusmodi sunt legata *damnationis*; quin earum nomine vindicatio heredi salva sit, dubitari non potest: contra vero, quae testator familiae adempta pleno iure in legatarios transtulit, veluti per *vindicationis* legatum; earum nomine actiones reales solis dari legatariis posse, non heredi, certissimi pariter iuris videtur, *l. 26. pr. D. ad L. Falc. iunc. l. 53. eod.*

Heres itaque Falcidiæ detrahendæ causa, res per *damnationem* legatas a possidente legatario directa *in rem* actione vindicabat; relicas vero per *vindicationem*

neam solo interdicto quod legatorum, honorarilis cautionibus utrobique salvus. I. i. § 2. seqq. D. *quod legator.* ianc. I. i. pr. D. *si cui plus quam per L. Falc.* & I. i. *ut legat. causs. cav.* Quod si res qualitercumque legatae sint apud heredem, in earum praestatione, optimo iure *quartam* lege sibi datam, ipse deducit ac retinet. Sin integra legata per errorem facta solverit, *condicione* utitur *indebiti*, I. i. § 11. D. *ad L. Falc.* & I. 9. C. cod. quae deinde pro re nata vel *certi* est, vel *incerti*.

Tantum de iure heredis ex *Falcidia*: quod porro ad ius fiduciarii ex *Pegasiano* attinet, eandem hic distinctionem, modo traditam, obtinere existimo, nimirum intuitu vel *extraneorum*, vel *fideicommissariorum*, legatorum tamen discrimine hic cessante, quippe sua natura a fideicommissis alieno.

Quartam igitur fiduciarius ex rebus, quas ipse possidet, deductam retinet; ex possessis autem a fideicommissario, utili petit actione: intervehientibus de cetero solitis de parte & pro parte stipulationibus, § 4. fin. § 5. & seq. *Inst. de fideicomm. hered.*

Tertia denique lis Interpretum de legatis ad *pia cauſas* vertitur, utrum & in iis *Falcidiae* ratio habeatur, an minus? Iure veteri, uti iam supra ex Paulo ostendimus, cap. xxix. p. 240. seq. inter donaria, diis consecrata; & inter alia sacris collegiis tantum relata, distinguebatur. Iure deinde Codicis noncum hic penitus *Falcidiā* cessasse, ex I. 49. C. de Episc. & Cler. eruditiores confitentur, uno forte Voetio, si velis, excepto. Tota vero controversia in verbis *Nouellae cxxxii. cap. 12.* sita est, quorum intellectus paullo obscurior, iam Graecos olim Basifcorum scholiastas in diversa distraxerat, & hodie dum celebrioris etiam famae Iurisconsultos, nec sine convitio nonnunquam, in lites mittit minus honorificas. *Nos paucis defungemur.*

Ait

252 L E C T I O N . I V R . C I V .

Ait Justinianus: Εἰ δὲ ὁ ἀληφονόμος τὰ ἐις ἐυσεβεῖς ἀγ-
τίαις καταλειπεῖται μὴ † πληρώσει, λέγων, τὴν κατε-
λιθθεῖσαν ἀντῷ περιποίειν μὴ ἀρκεῖν ἐις ταῦτας καλεύομεν,
ΠΑΝΤΟΣ ΤΟΥ· ἘΚ ΤΟΥ· ΦΑΛΚΙΔΙΟΤΕΣ ΣΧΟΔΑΖΟΝΤΟΣ, δοσον δίποτε * ἐνρεθένη ἐν τῇ † ἀντῷ
ἀπίῃ, προχωρεῖν προνοεῖ τῷ ἀγιοτάτῳ τῶν τόπων ἐπισκόπῳ
τὸ τὰς ἀστίας, ἐις ᾧς καταλέπεται. Vertit Cl. Hom-
bergius: *Si heres non impleverit ea, quae ad piis
caussas relicta sunt, dicens: relictam sibi substantiam
ad illas non sufficere: iubemus, ut OMNI LV-
CRO FALCIDIAE CESSANTE, quodcun-
que in substantia illa invenietur, providentia san-
ctissimi locorum Episcopi, illis caussis cedat, ad quas
relictum est.* Neque aliter latina Juliani epitome,
*Const. CXIX. § 519. p. 627. ed. Pith. Si dixerit heres,
substantiam a testatore derelictam ad impensas pias
non sufficere: CESSANTE LEGE FALCI-
DIA, ea quae relicta sunt, impendantur in illas
caussas, quas testator voluit, cura scilicet & dili-
gentia locorum Episcopi.*

Quae de Graecorum hac in re dissensi modo attigi,
auctorem habent Theodorum Balsamonem, in *schol.*
ad Photii Nomocan. tit. II. cap. I. p. 881. ubi duorum
interpretum notas ad Basilica, *lib. XLI. tit. I. num. 3.*
recitat; unam τῇ Παλαιῇ, & alteram * τῇ Σχολιαζῇ,
in eo consentientium, iuri Digestorum de quarta
Falcidia in piis legatis derogatum esse per *d. Nov.*
cxxxI. cap. 12. Ipse autem Balsamo in alia omnia
tran-

* In Basili. *tom. I. p. 177. D. πληρόσῃ.*

* Th. Balsamon ad *Photii Nomocanonem, tit. II. p. 881. tom. II.*
Bibl. Iur. Can. cum Basiliis *d. l.* & eorum *Synopsi*, *p. 41.*
legit ἵπερδῆ.

† In iisdem τοιαύτῃ.

* In Basilikorum scholiis a Fabrotto editis, huius posterioris ad-
gnotatio *d. l.* desideratur.

transiens haec subiicit: καὶ ταῦτα μὲν ἔικον δὲ σχολια-
σῆς, καὶ δὲ Παλαιὸς. Ἐμοι δὲ δοκεῖ, ὅτι εἰ καλῶς ἀυτοῖς
ἔξελήθησαν τὰ τῆς Νεαρᾶς, οὐδὲ γὰρ ἈΔΙΑΣΤΙΚΤΩΣ
ἀφελιδίωτα δίδονται τὰ ἐις ἐνσεβεῖς ἀπίστας καταλειφθέντα.
ἄλλ' εἴ μὲν ΚΑΙΡΟΠΡΑΓΜΟΝΗΣΕΙ δὲ ιληρούμος περὶ²
τὴν δόσιν τῷ ληγατευθέντος, ἀπόλλυσι τὸν ἀνήκοντα τέτοιο
Φαλιδίου, καὶ δίδωσι τὰ ληγατευθέντα, ὡς ἡ Νεαρὰ Φη-
σίν. Ἐι δὲ ἘΤΓΝΩΜΟΝΗΣΕΙ περὶ τὴν δόσιν τέτοιον,
λεμβάνει τὸν ἀνήκοντα ἀντῷ Φαλιδίου. Atque haec qui-
dem dixerunt Scholastes & Palaenus. Mibi autem
videtur, illos non recte Novellam intellexisse. Non
enim INDISTINCTE retenta Falcidia dantur,
quae in pias caussas relicta sunt. Sed si heres DOLVM in dandis legatis COMMITTAT, perdit
competentem sibi Falcidiam, & dat legata quemad-
modum Novella dicit: si vero PROBĒ in illis dan-
dis VERSETVR, percipit competentem sibi Falci-
diam. Neque aliter sensisse videtur Harmenopulus
lib. v. tit. x. in fin. ubi de pio agens legato, cessan-
tis Falcidiae ne meminit quidem.

In quam sententiam & ego descendere non dubito, praeeruntibus Viris maximis, Cuiacio & Ritters-
husio ad d. Nov. item Giphanio ad l. 7. C. ad L. Falc.
& Raguello ad d. l. 49. C. de Episc. & Cler. quibus
etiam Sandius accedit, Decis. Fris. lib. IV. tit. VII.
def. 10. & in suprema Frisiorum Curia ita iudicatum
refert: seeus ac Glossatores, cumque iis Ant. Mer-
renda lib. II. cap. 32. Huberus in Dispp. Fund. ad
tit. Inst. de L. Falc. p. 567. & communis Doctorum
schola, erroneae praxeos secunda mater.

Vno itaque hoc casu Falcidia vim perdit; si heres
impiae avaritiae *dolo malo* praetexat, hereditatem es-
se adeo inanem, vel aere alieno obrutam ita, ut le-
gatis illis exsolvendis prorsus sit impar: vult e-
num Imperator, totam tunc hereditatem isti esse ec-
clesiac

clēsiae adiudicandā, cui legata sunt relicta. Ad
mōrām vero *semestrem* quod attinet, dupli est poena,
 quae & priori antea casu obtinerat, § 26. *Inſt. de a-
 ction.* Et quis credat Iustinianum tanta semper ambi-
 tione iuris nōj a fe conditi, vel aboliti veteris, ad-
 fectant̄ laudem, in cauſa hac tam pia, nullam ab-
 rogat̄ a fe Falcidiae mētionem fecisse? Patet ita-
 que, & rubricām d. cap. 12. laudatae Novellae, &
 excerptam inde auth. *Similiter C. de Episc. & Cler.*
 invito Iustiniano conceptas fuisse.

Tantum de *quaestione* illa *triplici*. Possem non
 pauca alia Veterū loca eodem modo illustrare, si
 ad hanc legem commentarios scribere animus esset:
 v. c. quid *formale pretium* Vlpiano, *praesenti* oppo-
 situm, in *I. 62. § 1. D. ad L. Fal.* Graecis *returis*
pēnē diarhynos, *lib. XLII. Bas. tit. I. p. 384. tom. V.* Et quia tota res coniecturis agitur, missis Glossae
 hariolationibus, ego *formale* exponerem *publicum*, &
 forma censuali comprehensum, *arg. I. 4. pr. D. de cen-
 sib.** quod ex annuis redditibus fere aestimaretur, mul-
 tumque esset diversum a *praesenti* singulorum anno-
 rum pretio; quemadmodum & hodie esse solet. Vid.
Pancirollus lib. II. Var. Lect. cap. 151. Neque tan-
 tum hinc abit coniectura Ampl. Goesii, apud Cl. Du-
 kerūm, *ad Opist. de latin. Icti. p. 414.* Ita quoque
formalia verba, pro publicis, statis, solemnibus, in
I. 26. C. de testam. iuncto Julianō in *Epit. Nov. CXIII.*
cap. 420. Ita apud Suetonium in *Domit. cap. 13.* epi-
 stolae *formales* ex sententia Labbei sunt stilo publico,
 quem *curige* dicimus, exaratae: quemadmodum &
 literae clericorum episcopales eodem fere sensu *for-
 matae* dicebantur, nisi forma sigilli munitas malis.
 Qua de re Sidonius *lib. VI. epift. 2. ibiq. Savaro. Conf.*
 du

* Quae inter alias suspiciones & Balduino inciderat, *ad L. Fal.*
p. 30.

du Fresne in *Gloss. Medi. Lat. voc. Formalia verba,*
& voc. Formatae.

Possem & vulgatam passim lectionem defendere:
 velut in *I. II. §. 6. D. ad L. Fale.* & *O P E S P A T R I S* interpretari *hereditatem*, secus ac post Ranconetum Balduinus & Charondas: nec non in *I. 87. § ult.* quam idem Balduinus cum Chiaciō ex negante adfirmantem reddunt. Sed manū de tabula.

C A P V T . XXXII .

De Lege Iulia Viceimaria.

Post latam Falcidiam privatae testandi licentiae
 porro derogatum est lege *Iulia Viceimaria*, de
 qua paucis hoc capite agemus.

Vectigal *vicesimae* libera republica cognitum iam
 fuisse, ex Cicerone, Livio, & aliis palam est. Pri-
 mus enim, quantum constat, hoc vectigalis genus
 in *manumissionibus*, consulari lege Cn. Manlius insti-
 tuit, anno Vrbis 396. Vid. *Livius lib. vii. cap. 16.*
 & qui data opera omnē hanc materiam feliciter
 exhausit, aeterni Vir nominis, Pet. Burmannus, in
Comm. de Vectig. Pop. Rom. cap. x. p. 152. sqq. Et
 haec illa est *Viceima*, de cuius legibus A. Ofilius
 scripsisse Pomponius auctor est, *I. 2. § 43. D. de origi-*
nem.

De vectigali porro ex mancipiorum venditionibus
 redigi solito, quod itidem *Viceima*, vel etiam *Quin-*
tiae & *vicesimae* nomine adpellatur. Lipsius egit in
Excurs. ad Tac. lib. XIII. cap. 31. qui tamen cum Cu-
 iacio *lib. vi. Obs. cap. 28. quinquagesimam* ibi legen-
 dum aliquando censuerat, observante Th. Ryckio *ad*
Tac. d. I. Videndus vero & hac de re laudatissimus
 Bur-

255 L E C T I O N . I V R . C I V .

Burmannus, *d. l. cap. v. p. 69.* qui ex inscriptionibus, servata lectione Taciti, egregie, ut solet, haec omnia illustrat.

Vicesima denique, ab Augusto introducta, de qua nunc agimus, *hereditatum* est; quo etiam nomine apud Iurisconsultos, auctoresque alios, & passim in Inscriptionibus veterum, appellatam fuisse legimus. Quia vero post uberrimam Burmanni messem, *d. l. cap. xi. p. 160. seqq.* tenue nobis spicilegium solum superest, quaedam duntaxat singularia attingemus.

Sunt, qui ullam hac de re legem unquam fuisse conditam, nuper in dubium vocare, immo & negare veriti non sunt. Proinde Aemilium Macrum libros duos, non de *Lege Vicesimae* hereditatum, sed de *legibus vicesimae* scripsisse aiunt, itidem uti Ofilius apud Pomponium, *d. l.* Et intelligi *leges*, quas publicanis dicerent vectigalibus huius locatores. Si rationem novae sententiae quaeras, hanc reddunt: Non videri credibile, Augustum adulto iam imperio ad populum tulisse, quod, si fides Polybio *lib. vi. cap. 11. & 15.* vel stante republica in solius Senatus potestate fuerat positum. Praeterea auctorem nobis Dionem esse, *lib. LV. ad ann. 759.* Augustum ante cum Senatu de vectigalibus novis egisse, & improbatissimae suggererant alii, *vicesimam* instituisse, tanquam inventam, & in commentarios relatam a C. Caesare. Eundem porro Dionem *lib. LVI. ad ann. 766.* ostendere, Augustum ad Senatum de vectigalibus quidem retulisse; at ea tamen instituisse arbitratu suo, iniussu Senatus Populique. Denique, ut fuerit, aiunt, hac de re lex Iulia, haud probabile tamen videri, eam a Macro, Alexandro imperante, his libris illustratam esse, abrogatam quippe partem maximam a Nerva, Traiano, & M. Antonino, canticis hunc in finem Plinio in *paneg. cap. 37. seqq. & Ca-*

L I B. II. C A P. XXXII. 257

Capitolino in *Marco*, cap. 11. Ita illi. Nobis contra videtur. Et primum quidem, ad inscriptionem librorum Aemilii Macri quod attinet, *ad Legem xx. hereditatum*, uti & in lapidibus scriptum legitur, i.e. *Vicesimae*: librarios perperam substituisse *Vicesimam*, erudite docuit Gronovius Avus lib. III. de *Pec. Vet.* cap. 13. p. 218. seqq. Eorum autem argumentum toto coelo fuisse distinctum a libris A. Ofili*de legibus Vicesimae*, vel ex eo liquet, quod multo anteriorum intervallo aetate Ofili*Caesaris quippe, Ciceronis, & Attici familiaris, Vicesimae hereditatum* vectigal posteriorius sit: publico autem usu *Vicesima* manumissionum iam dudum observaretur. Sup. p. 255.

Quae deinde ex Polybio adferuntur, de suprema Senatus potestate, iniussu etiam populi nova vectigalia instituendi, minus mihi curate disputari videntur. Evidem aerarii curam, & redditum, sumptuumque publicorum rationes, auctoritati Senatus mandatas fuisse Polybius memorat, d. cap. 11. & locationes quoque vectigalium, a Censoribus voluntate Senatus fieri solitas, d. cap. 15. Minime vero nova a Senatu vectigalia imperari potuisse is refert: quam inter maiestatis τὰ νύπαι non minimum hoc censeatur: ita uti leges condere, tributa indicere, Magistratus creare, omnia denique belli, pacis, federumque iuta. Videatur ipse Polybius d. lib. vi. cap. 12. & seqq. Et *Vicesimam* manumissionum nonne lex Manlia: *Caducum* hereditatis lex Iulia constituit? Qui minus ergo & *Vicesimam* eiusdem? Si quae vero vectigalia a Senatu imperata legantur, uti in provinciis recens factis, Tribunorum ea consensu opus habuisse quis quaeso negaverit? Civibus vero invitatis, ipsique Vrbi, & Populo rerum domino, ea a Senatu imponi potuisse, liberae statui reipublicae omnino repugnat. Et sub Regibus iam olim, primisque Consulibus, ur-

R

bana

258 L E C T I O N . I V R . C I V .

bana onera nonnisi a Populo lege lata introducta fuisse, Dionysius plus semel tradit, *lib. iv. p. 215.* & *p. 245. iunc. lib. v. p. 293. ed. Lips.* Conf. P. Manutius *de Senatu Rom. cap. x.* a quo tamen dissentisse video Pet. Burmannum, *d. l. cap. vii. p. 94. sqq.*

Neque ab hac sententia *adultum* Augusti *imperium* nos revocat, maxime persuasos, Magistratum eum temporarium duntaxat, non Regem, & ne Dictatorem quidem fuisse: minorem Senatu, non superiorem: *adstrictum* legibus, non solutum; nisi quarum obligatione specialiter a Populo liberatus legitur. Et ut uno verbo dicam, similis erat nostrae Praefectis reipublicae, Ordinum maiestati, itidem ut Magistratus alii, iureiurando obnoxii. Abusos plerumque sui munieris auctoritate & Augustum fuisse, & successores eius, & re vera tyrannidem exercuisse, ultro largimur. Ut vero inde ad legitimam reipublicae formam, prout legibus erat definita, sumi argumentum possit, senioris politices fundamenta nequaquam patiuntur. Primi vero, ex regimine aristocratico mixto, monarchicum publice constituere, Diocletianus & Maximianus ausi leguntur. Possem per singulorum vitas Imperatorum ire, ostensurus: exercitum maiestatis iurium, non minus ad Diocletianum usque, quam sub primis olim Regibus, non solum iure ac legibus, sed publico etiam Imperii stilo, apud Senatum Populumque fuisse. Sed actum non agam: dabitur forte alias locus, formulam legis Regiae examini paullo accuratori subiicere; eamque si non totam confictam, quod cum Vulteio Schookius voluit, plurimum tamen interpolatam, & a mala manu admodum corruptam esse, data opera ostendere.

Vt vero quam exorsi sumus telam tandem pertexamus, nihilquidquam nobis obesse videtur, quod dissentientes urgent, invito Senatu introductam hanc

Vice-

Vicesimam fuisse, Dione auctore, lib. LVI. ad ann. 766. Nonne enim & lex Papia Poppaea, Senatu & Equitibus, multos per annos, publice refragantibus, tandem admittente Augusto a populo iussa est? Vid. idem Dio lib. LIV. p. 533. & lib. LVI. p. 572. seqq. & Suetonius in Aug. cap. 34. & 35. quique eleganti oratione posteris haec prodidit Cl. Heineccius, lib. I. ad L. Iul. cap. 111. Simile quid de lege Cornelia ex Dione supra iam observavimus, cap. XXVIII. p. 230.

Denique, quod Alexandro imperante legem hanc, si qua fuerit, dudum a Nerva, Traiano, & Antonino, abrogatam aiunt, in eo mihi falli maximopere videntur. Anne enim Voconiae, Corneliae, Falcidiae, Poppeae, aliaeque, posterioribus senatusconsultis, legibusve aut constitutionibus, vel extensaef vel restrictae, propterea abrogatae censemebuntur? Dii meliora. Quid? quod in adversam partem citati Plinius & Capitolinus, cum Iurisconsultis nostris, vestigal hoc Vicesimae, lege introductum adfirmantibus, aperte consentiant. Sic Paulus lib. I. Sent. tit. VI. qui de Vicesima inscribitur, § 3. *Testamentum*, inquit, *LEX statim post mortem testatoris aperiri voluit*. Vid. Cuiacius & Schulting. ad b. I. Ita quoque Plinius in *paneg. cap. 37*. *Haec mansuetudo LEGIS veteribus civibus servabatur*. Idem *cap. 42*. *Locupletabant & fiscum & aerarium VOCONIAE ET IVLIAE LEGES*. Conf. sup. cap. XXVII. p. 226. Capitolinus etiam in *vita Marci*, cap. II. *LEGES*, inquit, addidit, de *VICESIMA HEREDITATVM*, de tutelis libertorum, de bonis maternis, &c. ubi senatusconsulta intelligi videntur. Quo sensu de Nerva Imperatore Dio scribit, lib. LXVIII. sub init. *Quumque nihil sine primariis viris gereret, multas LEGES tulit*. Vbi nullus dubito, quin & *Vicesimae* imminutio inter alia significetur. Quod vero ius

260 L E C T I O N . I V R . C I V .

nonnisi lege, aut senatusconsulto mitigari potest, an sine lege, vel senatusconsulto, constitutum dices? Nullus putem. Ita & quae Traianum Plinius *d. l.* de *Vicesima* sanxisse non pauca praedicat, non sola ipsius voluntate, sed vel lege, vel certe senatusconsulto, sancta fuisse certissimum puto, generalium usu constitutionum nondum introducto.

Ad *annum* vero *latronis* quod attinet, eum non obscure idem Dio Cassius prodidit, *lib. LV. ad ann. 758. & seq.* ubi & Augusti ad Senatum relatio, & consilium ea de re Iulii Caesaris*, denique tributi huius publica institutio, multis frustra repugnantibus, facta memorantur. Lata itaque videtur lex *anno Urbis 759.* & confirmata septennio post *anno 766.* eodem referente Dione, *lib. LVI. ad d. ann.* Capita porro legis ex pluribus *duo* tantum hodie circumferuntur: *unum* de *vectigali* *Vicesimae*: *alterum* de apriendis tabulis testamenti. *Primi capitinis* argumentum, quia verba interciderunt, ex Dione novimus *d. lib. LV. ad ann. 759.* ubi haec inter alia de Augusto tradita referuntur: *τὴν δὲ ἐκοσήν τῶν τε κλύρων καὶ τῶν ΤΑΡΕΩΣΝ, ἃς ἀν οἱ τελευτῶντες τισὶ (κλῆν τῶν πάντων εγγενῶν,*

* Cuius nomine in multis abusum quoque Antonium fuisse Cicero conqueritur in *Pbiliipp. v. cap. 4.* Ceterum tulisse ipsum Caesarem novorum *leges* *vectigalium*, eruditii ex Cicerone dum observarunt. Vid. Popma ad Cic. *lib. xiii. ep. vi. ad Att.*

† Hac appellatione omnia quocunque *situs singulari* relieta comprehendendi puto: legata, fideicomissa, & donationes mortis causa. Qua de re quamvis dubitare Balduinus videatur, *ad b. l. p. 128. seq.* res ipsa tamen facile evincit; siquidem legata non ante exsolvi necesse est, quam oneribus omnibus, privatis & publicis, a defuncti substantia deductis. Et quot alioquin fraudibus eludi ista lex non potuisset? uti recte Pet. Burmanno de *Vettig. cap. xi. p. 162.* animadversum est? Atque hinc, quid hodie in simili *collateralis* onere statui ioforis debeat, satis puto constare.

γενῶν, ἦν παῖς πεντάτον) καταλείπωσι, κατεσήσετο. Constituit et cessionem partem hereditatum ac LEGATO-RVM, exceptis iis quae proximis genere ac pauperibus morte aliorum relinquebantur: ut scilicet in aerarium inferretur militare, de quo ibi actum in praecedentibus fuerat.

Caput legis alterum, cuius pariter verba perierunt, ex Paulo d. I. Vlpiano in Collat. LL. Mos. & Rom. tit. ult. § ult. & fragmentis tituli Dig. & C. testam. quem. aper. iunc. tit. C. de ed. D. Hadr. toll. colligi tantum potest. Verba Pauli haec sunt: *Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit: & ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum, vel quinque dies, aperienda sunt tabulae. Ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint: nec enim oportet + TESTAMENTVM heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, quam necessario vectigali moram fieri.*

Ratio secundi huius capituli, iam a viris doctis animadversa, ad matuorem ab apertis tabulis *Vicesimae* solutionem erat comparata: edictis deinde, primum Praetoris, d. tit. D. postea Hadriani principis, d. tit. C. haud parum adiuta, ac confirmata. Videri hac de re possunt Viri summi, Ez. Spanhemius, in Orb. Rom. exerc. II. cap. 4. p. 205. seqq. & qui plenissima luce priores tenebras dispulit, Petrus Burmannus, ipsi Spanhemio adhuc adolescens multa cum laude publice praedicatus, in d. tract. de Vectig. cap. xi. p. 168. seqq. qui insimul fata nostrae legis sub Nerva, Traiano, Hadriano, aliis; Caracalla deinde & Macrino, ceterisque Imperatoribus ad Iustinianum usque, professa opera persequitur.

Liceat vero mihi, post uberrimas tantorum Viro-

R 3

rum

‡ Cuiacius & Schultingius: testamento.

262 L E C T I O N . I V R . C I V .

rum messes, in amplissimo hoc agro spicam unam atque alteram, vel si mavis stipulam, casu ut sit negligetam, colligere, nostri leve praemium laboris. Tria itaque distincte tractabimus.

Et *primum* quidem, ipsomet prodente Burmanno, inter eruditos huius legis interpretes haud convenit: utrum *Iulia Vicemaria* pars fuerit legis Papiae Poppaeae; an vero lex singularis, illa altera prior, vereque ab ea distincta? *Prius* illud Alciato, Zasio, Gentili, & aliis: *posterior* Cuiacio, Balduino, Heinecio, ipsique a nobis laudato Burmanno τῷ πάντῳ, visum est. Forte autem, ut paucis absolvam, lex *Iulia Vicemaria*, biennio ante Poppaeam condita, postea anno *Vrbis* 761. una cum legibus aliis, vel affiarum legum capitibus nonnullis, in Papiam Poppaeam commigrasse est dicenda. Ita enim & caput legis * *Iuliae de adulteriis*, quoq; de *fundo* agitur *dotali*, viginti quinque post annis † *legi Papiae* infernum esse constat: unde factum puto, ut caput istud modo *Iuliae de adulteriis*, modo *Papiae Poppaeae* tributum legamus; vel etiam simpliciter *Iulia de fundo dotali* adpelletur. Vid. Paul. Manutius de *LL. Rom.* cap. 16.

Eodem inscriptiones pertinent fragmentorum, sub titulo *D. testam. quem. aper. v. gr. l. 10. II. & 12. ex Vlpiani & Caii ad legem Papiam commentariis decerptae. Confer sis primum legis *Iuliae Caducariae* caput, ab illustri Heineccio expositum, lib. IIII. cap.*

* Anno *Vrbis* conditae. 736. Vid. D. Cassius lib. LIV. *ad d. ann.* & qui novissime hac de se egit Cl. Hofmannus, in *Hist. L. Iul. de adulst. cap. II. § 9.*

† Cui diserte tribuit Mart. Capella lib. II. *sub fin. ibiq. Grot. Gothofredo* adhuc fluctuante, in *not. ad cap. 20. L. Iul. & Pap.* cui addes. Heineccium *ad d. L. lib. II. cap. 19. subinis.*

cap. 2. Eadem quippe lex simul de Vicesima & de apertura testamentorum caverat, uti diximus. Pariter in *l. ult. C. de Edicto D. Had. toll.* idem refertur Edicti illius duplex argumentum, quod legis quoque fuerat Iuliae Vicesimariae. Neque nominis adpellatio repugnat: eodem enim modo & sensu lex *Vicesimaria* dicitur, quo lex *Caducaria*, vel *Decimaria*, vel *Miscella*, nuncupari solent; quas tamen partes tantum legis Papiae Poppaeae fuisse, inter omnes iam constat.

Tantum de *primo*, quod ad legem ipsam: pergimus ad *alterum*, quo de fatis eius quaedam delibabimus. De *Vicesimae* in *Decimam* mutatione sub Caracalla, notissimus est Dionis Cassii locus in Excerptis Peirescianis p. 745. cuius varia quum sit lectio, ipsa primum verba repraesentabo, meamque deinde coniecturam qualemque subiiciam. Ait Dio de gestis inter alia ab Antonino Caracalla: τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἀλλων, καὶ κανὰ προσιτέδειξε, καὶ τῷ τῆς ΔΕΚΑΤΗΣ, τὴν ἀντὶ τῆς ΕΙΚΟΣΤΗΣ ὑπὲρ τε τῶν ἀπελευθερώμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλύρων καὶ ΔΩΡΕΑΣ * ἐποίησε, ΠΑΣΑΣ τὰς τε ΔΙΑΔΟΧΑΣ,

R 4

καὶ

* Adscripsit Valesius margini: *leg. δωρεῶν*; idque plenius ex Dione in *Adnot.* evincit. Verum intercedit Salmasius, ita legens: κλύρων καὶ δωρεᾶς ἐποίησε πάσους, i. e. hereditatum & *omnis donationis*, sc. tam mortis causa, quam inter vivos; non improbante Pet. Burmanno, *d. tract. cap. xi. p. 172. seq.* Forte autem potior Valesii lectio & interpretatio est, a Spanhemio defensa, *d. Exerc. II. p. 200. & seq. ed. sec. Lond. Conf. adlata superius hoc cap. p. 260. ubi κλύροις & δωρεαῖς, apud eundem Dionem coniuncta referuntur, pro *hereditatibus* & *legatis*. Refellendo autem Salmasio, in lure interpretando conjectori parum felici, id unum sufficit, ad *ultimas* tantum *volutates* Vicesimariam, non ad *actus* inter vivos pertinuisse, ita uti Falcidiam. Alios Salmasii in lure nostro lapsum, quos *d. l. offendi*, accumulare non vacat.*

264 L E C T I O N . I V R . C I V .

καὶ τὰς ἈΤΕΛΕΙΑΣ, τὰς ἐπὶ τέτοις, τὰς δεδομένας τοῖς πάνυ προσήκοσι τῶν τελευτῶν πατελύστας. Vertit Valelius: *poytremo praeter uestigalia, tum alia, quae ab ipso primum reperta sunt, tum uestigal DECIMAE, quam pro VICESIMA constituit, tam eorum, qui manumitterentur, quam hereditatum, ac LEGATORVM: cum SVCCEDENDI IVS, & IMMVNITATES OMNES, quae proximis defunctorum, ac genere coniunctissimis, concessae legibus erant, sustulisset.*

Existimat Salmasius, *de Modo Vjur. cap. ult. p. 854. sqq.* non de omnibus ab intestato successionibus ultima Dionis verba capi oportere, verum de quibusdam, auctore Vlpiano apud Collatorem *LL. Mol. & Rom. tit. ult. fin.* atque idcirco legendum πάσις, idque referendum ad vocem quae praecessit, δωρεὰς, ita ut sequantur haec solum verba: *τὰς δὲ διδοχὰς, successiones autem ab intestato, &c.* Tentatam hanc crisiū cum Spanhemio in margine repudiamus. Quod vero ad sequentia Dionis verba, itemque Vlpiani a Salmasio laudata, eorum longe aliud puto sensum esse, quam ipsi, eumque hic sequutis, Spanhemio & Burmanno, Viris maximis, visum est. Non enim abolevit Caracalla, vel omnes, vel quasdam, ab intestato successiones, aut velut *caducas* vindicavit fisco^{*} sed in Vicemaria lege haec tantum *duo* immutavit: *unum*, ut pro vicesima in posterum *decima* penderetur: *alterum*, ut qui, propter *legitimae* ius *successionis*, immunes anteā ab hoc onere fuerant, sui, adgnati, gentiles, aliquie ex recentiorum sanctionibus Imperatorum, in posterum non essent: solis exceptis, qui * peculiari rescripto,

per-

* Simile quid, de iure publice respondendi, apud Pomp. in *L. S. tit. D. de orig. iur.* Aliud de Tiberio habet Suetonius, *cap. 8.*
De-

personalis instar *privilegii*, hanc ab Imperatore immunitatem impetrassent. Addo verba Vlpiani d. l. ut hanc qua utor interpretationem unusquisque veram esse intelligat. Sunt autem haec: *Imperator noster (Caracalla) in hereditatibus, quae ab intestato deferruntur, eas (personas) SOLAS voluit admitti, QVIBVS DECIMAE IMMVNITATEM IPSE TRIBVIT.* Forte igitur, nisi maxime fallor, anceps illud divinationis periculum, de quo Valerius ad *Excerpt.* d. l. & Schultingius ad *Vlp.* l. c. iam evanescet; Salmasii vero, de suis heredibus solum exceptis, coniectura sine ullo periculo in posterum carebimus.

Tertium, de quo ambigi hic solet, ad *Vicesimae abrogationem* descendit: quo tempore scilicet, & a quo Imperatore, ea profecta dici debeat. Sunt qui cum Alciato lib. III. *Difpunct. cap. 6.* Imp. Gratiano id laudis tribuant, auctoritate Aufonii in *Grat. act. p. 730.* X ed. Toll. uti & Pancirollus lib. III. *Var. Leet. cap. 31.* p. 499. aliique. Abusum vero Aufonii verbis Alciatum fuisse Cuiacius censet, ad *Paul. lib. IV. tit. vi. init.* quique huic suffragatur, Petrus Burmannus d. l. *cap. XI. p. 181.*

Ego, ne ἀσύμβολος discedam, distinguendum arbitror *Vicesimae* inter & *Edicti Hadrianei* abolitionem. Hoc sane ad Iustiniani usque tempora in foro viguisse, cum ex Codice Theod. tum ex Novellis Valentini. III. edocemur. Vid. l. 26. C. Th. *quor. adpell. non recip.* quae Gratiani est, Valentiniani II. & Theodosii: item l. 7. C. Th. *de testam. & leg.* quae est

R 5 The-

Denique aliud de cognitionis iure, novis civibus ad immunitatem *Vicesimae* indulto, inter laudes Traiani Plinius recenset, in *Paneg. cap. 39.* Atque ita quoque intelligimus finalia verba inscriptionis, sine illa deductione xx. apud Gruterum p. ci. num. 2.

Theodosii II. denique *Novella* IV. Valentiniani III.
& a se demum abrogatum id esse ipse Iustinianus pro-
fiteretur, d. l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.

Vicesima vero, quam sua aetate a republica iam rece-
fisse, d. l. Iustinianus ait, ad haec usque tempora per-
stuisse non videtur. Ultimi eius, quantum indagare
ego quidem potui, meminerunt Aelius Lampridius in
vita Heliogab. cap. 12. & auctor lapidis apud Grute-
rum, p. CCLXXXVI. num. 4. Valenti Augusto dedicati.
Apud * Symmachum vero, Zosimum, Cassiodo-
rum, ceterosque in sequentium temporum scriptores,
altissimum est *Vicesimae* silentium. Quare non adeo
contemnendam Alciati coniecturam ducerem, si ali-
unde, praeterquam isto ex silentio, argumenti aliquid
nobis suppeteret. Videamus tamen laudatum antea
integrum Ausonii locum: *Neque vero unum aliquod
bonum uno die praefas: sed † INDVLGENTIAS
SECVLA RES per singula horarum momenta mul-
tiplicas. Vel illud unum cuiusmodi est, de condonatis
residuis TRIBVTORVM? quod tu quam cumula-
ta bonitate fecisti! Quis unquam Imperatorum hoc
provinciis suis, aut VBERIORE INDVLGEN-
TIA dedit, aut certiore securitate prospexit, aut
prudentia consultiore munivit? Fecerat & † TRA-
IANVS olim: sed PARTIBVS RETENTIS
non habebat tantam oblationem concessi debiti por-
tio, quanta suberat amaritudo servati. Et ANTO-
NINVS*

* Quadragefinae tantum & quinquagesimae is meminit, lib. v.
- 51. & 53.

† Commodo Ios. Scaliger hic citavit *Nov. CLXIII.* quam vide in
praef. *Seculares* autem perpetuae hoc loco sunt.

‡ Hadriani nomen substituendum putat Spanhemius, Burman-
no haud refragante, d. cap. XI. p. 181. Vulgatae vero lectioni
favet omnino Plinius in *Paneg.* cap. 40.

NINVS † indulserat: sed imperii, non beneficij,
SUCCESSOR invidit, qui ex documentis tabulis
que populi condonata repetivit. Tu *ARGUMENTA OMNIA FLAGITANDI* publicitus ‡
ardere iussisti. Videre in suis quaeque foris omnes civi-
tates conflagrationem salubris incendii. Ardebat
stirpes fraudum *VETERVM*: ardebat seminaria
FVTVRARVM. Iam se cum pulvere favilla mi-
scuerat, iam nubibus fumus involverat: & adhuc
obnoxii in paginis concrematis ductus apicum, &
sestriorum notas * *CVM, IVVANTIA DE RADI-*
TIONE cernebant: quod meminerant lectum, legi
posse etiam tunc verentes. Quid te, *Imperator Au-*
guste, indulgentius? quid potest esse consultius? Quae
bona praefas, efficis *NE CADVCA* sint: quae
mala adimis, prospicis ne possint esse *RECIDIVA*.
Haec provincialibus indulgentiae bona.

Posset ex verbis hisce de provincialibus tantum tribu-
tis Ausonius intelligi, non aliis. Quia vero & *Italia*
inter provincias in Imperii divisione tum numeraba-
tur, & praeterea commune omnium *Vicesimae vici-*
gal

† De *Hadriano Spartanus cap. 7. De Marco Antonino Capito-*
linus cap. 11. testantur. De *Commodo* quaedam tantum vestigia
observavi, tum apud Capitolinum in *Pertin. cap. 11.* tum
Lampridium, in *Comm. cap. 16.* Mallem itaque priore loco
apud Capitolinum, cum Grutero indexerat, quam cum Ca-
faubono *indulserat*. De *Valentiniano I. Zosimus lib. iv. cap. 16.*
‡ Similia de Augusto habet Suetonius *cap. 32.* ubi Cfaubonus,
& alii, de Hadriano, Aureliano, aliisque Impp. plura huius-
modi adnotarunt.

* Eleganter Gronovius: *cum immati trepidatione*. Forte autem
de vicesimaria, vel quadragesimaria, ut simili qua tributi
specie, auctor loquitur; cui rei indicio sunt codd. nonnulli,
qui pro *iuvantia* habent xxx. Vnde & Hormatus coniecerat
veneraria. Sed alii hanc morbum Aesculapio sanandum reli-
quimus.

gal iam erat, denique alia provinciarum onera, ex agris, pecoribus, &c. diu postea, & semper fere, adhuc obtainuerunt, *Vicesima* non item: mihi de gravissimis tributis, inter quae & *Vicesima*, ibi loqui Ausonius videtur; ut quae a Gratiano publice & in perpetuum fuerant abrogata, eorumque tabulae uno velut incendio deletae; haud aliter ac magici, & improbatae lectionis libri.

Quanquam vero ita penitus abolita *Vicesima* fuerit, eiusque proinde mentio passim in Digestis, & Codice, a Triboniano sit expuncta: attamen observante Balduino, *ad b. l. p. 130.* & Cuiacio *lib. v. cap. 16.* & *lib. ix. cap. 24.* non pauca eius vestigia in Veterum supersunt fragmentis, quorum unum atque alterum coronidis loco memorabimus.

X Ex Ofilio nihil: ex Macro *quinque* tantum fragmenta in Pandectis leguntur: ex priore libro *quatuor*, ex posteriore *unum*. Vid. *Index LL. Pand. in Iurisp. Ref. tom. I. p. 97.* Explicuit eas Balduinus, *ad b. l. p. 131.* & seq. quare actum non agam. Praeterea vero & in aliorum Prudentum commentariis eiusmodi vestigia sibi deprehendisse eruditii videntur: v. c. in *I. 114. § 14. D. de legat. I.* ubi Marcianus libro VIII. Institutionum ita ait: *Divi † SEVERVS & Antoninus rescriperunt: EOS * qui testamento quid ue-*

† In aliis perperam *Verus*, uti &c § 11. d. l. monente Baudoza.
¶ Cl. Eckium legi voluisse eorum Burmannus testatur, *d. tratt. cap. xi. p. 185.* ipse vero ~~et~~ eos retento similia alia ~~manuscr. 98~~ exempla post Barthium adfert, itidem ex Pandectis petita; citatis quoque Vossio, Gronovio, & Davisio; quibus addefis Jo. Clericum *res Maximi*, in *Art. Crit. pars. II. Sect. I. cap. 10.* & Cl. Dukerum in *not. ad Opusc. de Latin. Lett. p. 348.* Minus acute igitur Fr. Sanctius, in *Minerva*, *lib. IV. cap. 12.* pro *eos* in *b. l.* reponendum censuit *ii*, recte observante Iac. Perizorio, *ib. n. 2.* & fontem emendationis Eckianaem indicante,

L I B . II . C A P . XXXII . 269

vetant alienari , nec caussam exprimunt , propter quam id fieri velint , (nisi inventur persona , cuius respectu hoc a testatore dispositum est) nullius esse momenti scripturam , quasi nudum praeceptum reliquerint : quia talem legem testamento non possunt dicere . Quod si liberis , aut posteris , aut libertis , aut heredibus , aut aliis quibusdam personis consulentes , eiusmodi voluntatem significarent , eam servandam esse : sed haec neque creditoribus , neque FISCO , fraudi esse . Nam si heredis , propter testatoris creditores , bona venierunt , fortunam communem fidei- commissarii quoque sequuntur .

FISCI adpellatione *Vicesima* fisco debitam intelligi , post Cuiacum lib . ix . Obs . cap . 24 . monitu haud opus . Vid . Burmannus d . l . p . 183 . eique citatus Gronovius , ex cuius , ad epist . xi . ab editore laudati , ditissimis scriniis sumta video , quae contra Buchnerum in ultima Plinii editione , ad lib . vii . epist . 14 . eruditè disputantur . Ceterum quae d . l . Cuiacius acerbe nimis contra Raevardum lib . iiii . Var . cap . 16 . monuit , non eiusdem omnia ponderis videntur . Quae- so enim , quid criminis est in verbis hisce : *In vice- sima hereditatum nihil interest fisci , possit an non possit res legata alienari ?* Fiscus sane per aestimationem tantundem consequeretur , quantum per venditionem , ipso Macro auctore , l . 68 . pr . D . ad L . Falc . hac vero non interveniente , nihil sane quidquam ex vectigali centesimae capere fiscus potuisset . Quae de-

cante , Glossam nimirum ; quamvis huic plus acuminis Perizo- nius tribuat , ac videtur mereri . Certe enim ἀναχόλωσις , vel etiam ἀπίστωσις Glossa statuit , citata l . eam quam 14 . C . de fideicommiss . ab omni vero emendatione maxime est aliena . Ce- terum in Norica Haloandri pro eos , E O R V M b . l . legitur , quam editionem consuluisse ac sequutus Eckius videtur .

270 L E C T I O N . I V R . C I V .

deinde d. l. adnotat Cuiacius, de *Vicesima legatorum*, ea ab Raevardo in dubium vocata fuisse plane ignoro. Denique, quod suspicatur Cuiacius, cumque eo Celeberrimus Burmannus, d. l. p. 162. in d. l. 68. pro *Vicesima Tribonianum* ubique *Falcidiam* substituisse, mihi neutquam verosimile videtur: quum de *alimentis* etiam detrahi *Falcidiam* posse, notissimum sit, l. 9. *D. de alim. leg. iunc.* l. 89. & l. pen. *D. ad L. Falcid.* solis, quae pauperibus relinquuntur, ex communi errantium Doctorum sententia, vulgo exceptis, piarum favore caussarum, qua de re *capite* egimus *praecedenti*. Forte autem de utraque Macer detractione d. l. egit, tum priore *Vicesimae* ab hereditate, aeris instar alieni, & publici quidem; tum posteriore *Falcidia* a legatis solis, post *Vicesimam* ante iam deductam. Conf. sup. p. 260.

Pergimus ad l. 2. C. de *transact.* quam iidem quos laudavi, Viri summi, pariter ad mores sui seculi inflexam arguunt. Verba eius haec sunt: *Cum te proponas cum SORORE tua de HEREDITATE transegisse, & ideo certam pecuniam ei te debere cauisse: et si nulla fuisset quaestio hereditatis, tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia recte causa intelligitur: ex qua causa, si FISCO solvisses, tamen iure convenireris.*

Hereditatem Cuiacius d. lib. ix. cap. 24. qualem hic intelligat, non definivit: unde ansam dissentendi arripiens Faber lib. xvii. *Coniect. cap. 4.* nullum fisco locum in ea hereditate fuisse contendit, propter cessantem liberos inter & parentes *Vicesimam*, de qua paullo antea; mavult itaque pro *fisco* reponere *illico*, hoc sensu: ut cautio & promissio facta certae quantitatis, ex causa transactionis, condici nullo modo possit; quin, sive *illico* soluta fuisset ea quantitas, repeti postea non posset; sive soluta non esset, peti utiliter

utiliter posset, ac sine ullius exceptionis metu. Ita Faber. Burmannus autem *de Méry*, Ituris non minus quam Literarum consultissimus, *d. p. 185.* rectissime contra Fabrum hic monet: non satis constare, de paterna ibi hereditate potius, quam de alia quacunque agi, eiusmodi scilicet, ex qua *Vicesima* iure debetur. Et sane, neque *hereditatis* mentio facta simpliciter, neque *fratris sororisque* coheredum nomina, id quod urget Faber evincunt. Atque adeo abunde hoc modo Cuiacii sententia videri posset defensa. Verum liceat quaeſo & mihi, quid de istac specie sentiam, breviter exponere.

Inscriptio *d. l. 2.* haec est: *Idem (Antoninus) A. Luctatio.* Antoninus nempe Bassianus *Caracalla*, quod subscriptio indicat, ita ſeſe habens: *PP. 3. Id. Aug. Antonino A. IV. & Balbino Coss.* id eſt, anno Vrbis 965. Christi 213. non 214. uti vulgo adiicitur.

Species facti, de qua reſcribitur, eſt *fratris Luctati* cum *sorore* de communi hereditate transactio. Vnde error patet compilatoris *τῶν Βασιλέων*, *duas inter sorores* transactum fuisse memorantis, ex inscriptio-num uti videtur defectu oriundus, *lib. xi. tit. ii. num. 19. p. 788. tom. i.* Conſictas a *Glossa species*, a Baſilicis quod mirere haud multum diverſas, Donelli item, aliorumque, iam refutavit Faber *d. l.* Vtrum vero cum Cuiacio & Burmanno hereditatem intelligas *externam*, an cum Fabro *paternam*, ego certe hilum non interduim. Quia enim hoc reſcriptum longe posterius eſt constitutione Caracallae, de ſublata ſuorum & adgnatorum immunitate, ſupra a nobis exposita *p. 264. seq.* utrovis istorum caſuum pendendam fuisse *Vicesimam* liquet. Fabri denique e-mendationem, praeter ea quae iam diximus, ſatis reſellit

fellit auctoritas Basilica , d. l. p. 779. ita habens: *τΩΤΩ ΔΗΜΟΣΙΩ πατέβαλες, si FISCO. solvisses.*

Legibus ex Balduino & Cuiaci memoratis duas alias ex instruissimo eruditionis suae penu adiecit Burmannus d. l. p. 185. & sequ. quarum una est l. 32. *D. de iure fisci, iunc. l. 31. eod.* ubi ex Marciano haec legimus: *Divus Commodus rescripsit: Obsidum bona, sicut captivorum omnimodo in fiscum esse cogenda. Sed si accepto usu togae Romanae, ut cives Romanii semper egerint, Divi Fratres procuratoribus hereditatum rescriperunt: sine dubitatione ius EORVM ab obfidis conditione separatum esse beneficio principaliter. Ideoque idem ius EIS servandum, quod habent, si a legitimis civibus Romanis heredes instituti fuissent.*

De iure *obsidum* apud Romanos egerunt iam dum aliis, & peregerunt. Videri post Grotium, & Alb. Gentilem, meretur Schilterus in peculiari commentatione, Exercitationibus ad Pandectas inserta, ad calcem libri l. p. 71. & seqq. Nos quaedam singularia delibabimus. Ait Marcius: *Obsidum*, qui scilicet Romanis dati diem functi sunt, uti recte Glossa, frustra dissentiente Greg. Lopez, *Animadu. cap. 18.* quem reprehendit Pag. Gaudent. *lib. II. Expof. cap. 2.* Ait porro: *bona*, quae nempe Romae possidebant, non quae in patria, utpote Imperii finibus non comprehensa. Vid. Glossa ad h.l. Pergit: *sicut captivorum*, id est, ad eorum hac in caussa similitudinem, aliqualem duntaxat, non omnimodam; uti recte post Iasonem monuit Alb. Gentilis *lib. II. de Iure Belli, cap. 19. sub init.* Additur: *in fiscum &c.* quia nimirum homines erant peregrini, quorum nulla esse hereditas,

* Hal. & Vintim. *hereditatum rescripsero.*

‡ Vulg. *Obsidum.*

reditas, nullus olim heres intelligebatur, *I. 11. D. qui testam. fac. I. 1. D. ad L. Falt. I. 1. C. de hered. instit.* In fiscum itaque bona obsidum redigi Iuris & Republicae ratio postulabat: quare mirum videtur, Cl. Burmannum *d. p. 185.* in alia omnia hic abiisse. Ita vero regulariter: exceptio proinde additur; *nisi ius togae impetrassent*, quod ridicule Glossa de doctorali toga accepit, observante praeter alias Budaeo ad *b. l. p. 350. sqq.* Sed quamvis ius testamenti *condendi* obsidiibus, aliisque peregrinis, etiam sine iure civitatis, non nunquam daretur *I. 11. D. qui testam. fac. poss.* quod ab aliis perperam solet negari: tamen ius ex testamento civis *capiendi* iis nunquam permisum legitur, nisi simul & ius impetrassent civitatis; veluti inter alios modos, *togae* usu publice concesso, fieri consueverat: quo ipso in civium adiecti numerum, peregrini, adeoque & obsides, esse desinebant, uti praecclare observat Alb. Gentilis *d. l. Vid. Tacitus lib. xi. Annal. cap. 16.* & Schilterus *d. l. cap. 9.*

Ait porro Marcianus: *ius EORVM ab obsid. cond. separ. &c. EORVM*, i. e. qui antea obsides, postea cives erant facti. Pergit: *id ius EIS servandum*, quos scilicet obsidem civitate donatus heredes scripserat, ut recte Glossa. Denique ait: *a LEGITIMIS cibus*, i. e. originariis, vel iure ac lege talibus; ita ut inter obsidem, civitatis iure auctum, & inter cives alios, nulla in testamentis & hereditatibus differentia intercederet. Praeter iam laudatos conf. Cuiacius *ad d. l. 31. D. de iure fisci*, & Cl. Schultingius *ad Vlpianum d. tit. xx. § 14.*

Ad Viceimam itaque quod attinet, illam Procuratores Caesaris, posita hac *posteriore* specie, recte petebant; nisi forte vel lege Iulia, eique adiectis Senatus-consultis, vel singulari Principis rescripto, immunitatem heres haberet. Ceterum casu illo priore, ex *d.*

l. 31. bona obsidis, in peregrinitate mortui, omnia tanquam caduca fisco vindicabantur. Atque ita nullum utramque inter legem dissensum posse argui, plane existimo.

Supereft altera, quam Burmannus de *Vicesima* interpretatur, l. i. C. de *usur. rei iud.* cuius in editionibus vulgatis haec est rubrica: *Imp. Antoninus A. Procuratoribus HEREDITATVM.* Haloander vero *HEREDVM* edidit. Contius denique ad marginem suae editionis ita notat: *In meo Mſſ. est: PROCVRATORIBVS HEREDITATIVM FISCI:* quam nos lectionem paullo inferius ex Basiliis confirmabimus. Atque de hisce etiam ibi agi post Pancirollum lib. III. Var. Lect. cap. 31. p. 499. Cl. Burmannus d. l. fere existimat; non tamen, uti subiicit, multum alienus a sententia Phil. a Turre, in *Monum. Vet. Ant.* cap. vi. non tam de sola *Vicesima*, quam de omni hereditate *fisco* debita ibi agi existimantis: adiiciens denique, ideo nullam *fisci* mentionem in reſcripto fieri, quod *Vicesima* non in fiscum, sed in aerarium inferretur militare, secus ac *caduca*. An vero vetus illa *fisci* & aerarii publici, *fisci* item & militaris aerarii distinctio, sub Caracalla* adhuc tam accurate fuerit observata, mihi fateor non liquere: *Fisci* sane Antoninum in ipſo authentico meminisse videri, mox dicemus.

Vt redeamus ad inscriptionem d. l. i. *Antonini* nomine simpliciter posito, uti plerumque apud Veteres, *Caracallam* intelligi dubium non est. Deinde non ad alios rescribi *Procuratores* puto, quam publicos *Cæsaris*, quo & vocabulum pertinet *rationum*, sc. *fiscalium*, in quas referri oportere usuras centesimas Imperator ait. *Procuratorum* porro huiusmodi, uti varia genera, & stationes habebantur; ita & diversa

passim

* Vid. Cl. Schulting. ad *Vlp. tit. xvii. § 2.*

passe in *nominis* occurunt, ex veterum thesauris inscriptionum facile colligenda. Vnde etiam inter alia & hoc discimus, adpellatione *procuratorum hereditatis* illos κατ' εξοχὴν intelligi, qui ad *Vicesimam curare* dicebantur, sive *Procuratores Vicesimae*, arg. I. 32. D. de *iure fisci*. Qua de re praeter Spanhemium & Burmannum dd. H. videatur Pancirollus d. p. 499. & in *Not.* *Imp. cap. 87.* Male itaque Glossam sequutas Azo, ceterique Scholae Accursianaes interpretes, de quorumcunque heredum procuratoribus verba ista accepterunt, contra disertam Graecorum in Basilicis auctoritatem, lib. ix. tit. IIII. num. 86. tom. I. multum unde luminis, Contii, Turrii, & Burmanni sententiae adspexit. Adscribam verba, erroris cuiusdam revincendi caussa: Ἐὰν δὲ ΔΗΜΟΣΙΟΣ ἐναγάγῃ τινὶ, καὶ νικήσῃ, ἐκατοσικὸν τὸν τόπον λειβάνει, μετὰ τὴν ΤΕΤΡΑΜHNON τῆς καταδίκης. Vertit Fabrottus: *Si FISCVS adversus aliquem egerit, & obtinuerit, centesimam usuram accipit, post VATVOR MENSES a die condemnationis.* Enimvero temporis, quod *legitimum* adpellatur, quantum spatium fuerit, neque Antoninus exprimit, neque interpretes definiunt. Graeci, ut videmus, ordinarium *rei iudicatae* tempus *quadrimestre* commemorant, errore utique gravissimo, quem tamen & Glossa cum suis imprudenter amplexa est.

Quid enim ex historia Romani fori notius est, quam in iudiciis personalibus, primo tempus *arbitrarium*, l. 21. D. de *iudic.* pro xxx. diebus *iustis* in XII. Tabb. apud Gellium lib. xx. cap. I. postea sub Imperatoribus duos fuisse *menses* victis indultos, l. 2. C. Th. de *usur. rei iud.* donec Justinianus in l. ult. pr. & § I. C. eod. inducias *quadrimestres* primus concederet. Vid. Cuiacius lib. III. *Observ. cap. 39.* & Gul. Fornerius lib. II. *Select. cap. 15.*

276 L E C T I O N . I V . C I V .

De tempore aperiendi testamenti, paullo superius,
ex lege Iulia, Edicto Praetoris, & D. Hadriani, iam
egimus.

Finio verbis ipsius rescripti, vel eius fragmenti,
aut epitomae potius: *Is qui BONA secundum di-
gam sententiam * PROSEQUITVR, eas quoque
RATIONES habiturus est, ut qui post LEGITI-
MVM TEMPVS placitis non obtemperavit, ur-
suram centesimam temporis, quod postea fluxerit,
solvat.*

* Rectius in aliis codd. *persequitur*. Vid. Char. & Baud. ad
b. l.

F I N I S.

E R-

ERRATA & OMISSA.

- p. 3. vers. 6. add. & Photius in *Nomoc. tit. ix. p. 1011.*
ibiq. *Balsamo*: idemque *ad tit. xiii. p. 1105.*
- p. 3. --- 32. Pluribus hac de re Gronovius *lib. iv.*
Observ. cap. 13. p. 211. seqq. Ita & Ovidius *Epiſt. Heroid. 111. vers. 50.* *Tot tamen amissis te compenſavimus unum.* ibiq. Cl. Burm.
- 14. Conf. Brissonius *de iure connub. p. 98. seq.*
ed. Paris. & Heraldus *lib. v. ad Ius Att. cap. 18. p. 399.*
- 23. add. & 23. & *lib. ii. cap. xi. p. 154. seq.*
- p. 5. --- 21. Et ita iam ante nos Gilb. Regium *lib. ii. Enantioph. cap. 20. p. 77.* ſenſiſſe intellexi.
- 34. Conf. *I. 5. § 4. D. de Carb. edict.* ubi *cauſaſaliter* itidem haec particula ſumitur.
- p. 12. --- 3. Non tamen hoc referendus est *Livii locus, lib. v. cap. 12.* quod Giphanius volebat, in *Obſerv. Ling. Lat. p. 254.* Verba enim, *uſurpandi iuris cauſa*, iniquum plebis ſtudium ſignificant, obtinendi tum primum *tribunatus militum* consulari potestate.
- p. 17. --- 1. Vid. Hotmanus *lib. iv. Obſerv. cap. 2.* Noodtius *lib. 1. Obſerv. cap. 11.* & Barbeiracius *ad Grot. & Puſſend. dd. II.*
- 11. omissa, post *decisionem; naturali ratione ſubnixam*, &c.
- 16. Supple: Pauli, *ex libro L. ad Edictum.*
- p. 18. --- 26. post *Magnone.* adde ſeqq. Lud. vero Charondas *lib. 1. Veriſim. cap. 3.* diſenſiſſe Marciānum putat. Vid. Reinold. *ad Merc. p. 43. sq.*
- p. 19. --- 27. ita leg. *I. 6. pr. D. de offic. Procons.* deinde in *περιβολεῖς*, (*Proconsules.*) Conf. Ant. Matthaeus, *disp. II. de Iudic. § 18. & seq.*
- p. 20. --- 17. post *Legati* ita lege; Varro *lib. IV. de S 3 L. L.*

278 · ERRATA & OMISSA.

- L. L. p. 22. ed. Steph. Cicero & quae sequ.*
- 20. In cit. ed. Tollii d. l. post antecedd. ἐπειρρέθη δὲ αὐτῷ καὶ Φεντῆιος, ὃς ἐπρέσβευεν αὐτῷ: omissa ab latino interprete seqq. καλῶσι δὲ τὰς τοῦς ἡγεμόδοις ἀνθῶν ἐν τῷς βελῆς ἐπομένῳς ἐς βούθειαν. Conf. Varro lib. iv. de L. L. pag. 22. & Vegetius lib. ii. cap. 9. ibiq. Stewech.
- 24. post cap. 99. adde: iuncto Suetonio in Tib. cap. 12.
- 29. post *sacerdotis*: Vid. Abramus ad Cic. in Vatin. d. l.
- p. 23. — 14. lege: praeēunte Glossa & Baldio.*
- 19. add. In fine enim d. pr. l. 24. quid ergo, si *PUBLICE opus fiat*, ubi τὸ publice est publica auctoritate. Antecēserat enim privatim. Vulgata vero habet: *in publico*; quod fere eodem redit, si locum proprietate publicum intellegas, *usu* non communem.
- p. 24. ad not. * lege *Vesalia Clivorum*; & deinde pro iuris, lege iuri. Conf. Io. Phil. Kuchenbecker, in vit. Herm. Vultei, p. 92. seq. ubi multa de Niellio.*
- p. 25. — 14. post l. 47. § pen. D. de legat. I. add. l. 31. D. ad L. Aquil. iunc. l. 44. D. eod.*
- p. 27. — 19. Omissa: Et ne quis manus illa huic pertinere excipiat, simili &c.*
- p. 31. — 8. Addes. Vlr. Huberus in *Euseb. ad h. l.* pro ne quidem reponi voluit non nisi.*
- 24. Delenda sunt: *Charonda & Ruffardo*; rescribendum vero, eodem *Connano*, d. § 13.
- p. 32. — 22. Omissa Pauli mentio sic restituenda: *integra Pauli oratio.**
- 28. Add. In aliis Pand. edct. sed *favore religionis*, legitur. Vict. Russardus & Charondas ad h. l. Cl. Reinoldus vero delenda censet τὸ *favore religionis.*

— in not. * in fine: Add. *Quibus etiam novissime adstipulatus est Cl. Gesuerus ad Colum. d. l.*
 p. 35. — I. ad verba: *casu sexto*: Add. *Vt rovis autem casu verba intelligas, dandi, an auferrendi, nihil puto interesse. Conieceram aliquando, verba exceptis his caussaliter sumi, pro quia exceptae sunt hae: vel, exceptae enim sunt hae, quod non infrequens in optimis etiam auctioribus esse omnes norunt.* Vid. Pet. Faber, lib. i i i. Sem. cap. 24. p. 322. seqq. ubi Cl. Eckii, conjectura, Roëllio memorata, late a Fabro iam defensa est; ut *exceptis* idem b. l. sit, ac comprehensis. Non putem tamen eo sensu id verbum accipi in l. i. § 5. D. de postul. l. 39. de act. emt. & l. 4. § 3. de Aed. Ed. Operae vero pretium erit adiisse Vir. Ampl. Io. Alex. Roëllium, in *diss. inaug.* p. 45. Ut autem omnia eo essent aperiaria, studiosorum in gratiam verba legis, una cum varia recentiorum *up̄tei*, iterum repræsentare volui: *Tutelas etiam non * AMIT-TIT CAPITIS + MINVTIO, + EXCE-PTIS his, quae in iure alieno personis positiis ** DEFERVNTVR.*

* Cl. Noordkerk: *admittit*, in *Dec. Obs. cap. cap. 3.* D. Gothfredus *ad b. l.* τὸ *amittit* interpretatur *admitit*.

† Ampl. Roëlius: *capite minutus*.

‡ Illustris Bynkershoekius apud Roëllium: *acceptis*.

** Roëlius: *auferruntur*.

p. 36. — II. Idem olim & Ranconeto visum fuisse, nuper ex Goveano didici, lib. i. Var. Lect. cap. 33.

p. 38. — 13. Conf. Matthaeus in *Coll. Inst. d. t.* § 2. & Zoësius *ad D. ead. tit.*

— *ad fin.* Adversative legendum esse hoc loco:
S 4. SED

ERRATA & OMISSIONES.

- SED flumina &c. ex § 2. *Inst. de rer. div.* manifestum est: *Flumina AVTEM omnia*, &c.
- P. 39. --- 16. Differentiam istam diserte nos docet Theophilus *ib.* § 1. 2. 5. add. l. 24. *D. de dam.*
inf. & Grotius II. 2. § 12.
- P. 40. --- 8. post *Pomponius*, add. *libro xxxiv. ad Sabinum.*
- 29. lege: *ita ut a flumine derelictus* &c.
- *In not.* * Add. *Ita & Imp.* § 1. *Inst. de rer. div.* Sicut est mare, & Theophilus eod. *notae* in *Balæcca.*
- P. 41. --- 25. Add. *iunc.* l. 14. pr. quemadm. serv. amitt.
- P. 59. --- 5. Pro *Consulebar* Vulgata habet, *Consulebatur*, eodem sensu.
- 12. Ibidem pro *Nam &*, Vulgata: *nam et si.* Haloander: *nam & si.*
- 27. Conf. *Glossa ad h. l.* & *Gul. Maranus in Pirat. h. l.*
- P. 60. --- 4. Add. *Tertium denique Waechtleri*, in *Opusc. p. 578. edit. Cl. Trotzii.*
- P. 71. --- 10. seqq. Muto sententiam, & *caducum* apud Vlpianum d. l. interpretor, quod lege Papia secundum ius antiquum liberis & parentibus testatoris, usque ad tertium gradum, concessum erat, eodem auctore Vlpiano, *tit. xvii. § 2. & tit. xviii. § un.* Similiter *ereptium* non aliud iam intelligo, quam praepium, quod vel ex eadem lege Papia, huiusmodi bonorum delatoribus, vel ex senatusconsultis isti legi adiectis, acquiritur: sive alios deferant, sive semet ipsos. Vid. Suetonius in *wit. Ner. cap. 10. iunc. l. 13. pr. § 1. & 2. l. 15. & l. 16. D. de iure fisci.*
- P. 73. --- 23. post *Extric.* *Labyr.* add. p. 579. *tom. II. Opp.*

p. 83.

- p. 83. --- 4. Add. iunc. l. l. C. de desertor.
 --- 18. Conf. Heraldus lib. III. ad Ius Att. cap.
 13. p. 242. seqq.
 p. 84. --- 1. pro creditore omnino legendum debito-
 re, quod & sequentia indicant.
 p. 87. --- 24. ita lege: Palladius lib. I. de re rust. cap. I.
 & 8.
 p. 89. --- 7. De simili Atheniensium ritu, ex Pausa-
 nia, Xenophonte, Thucydide, aliisque, vid.
 Meursius de fun. cap. 40. & Kirchmannus lib.
 III. cap. 27. quo etiam sensu Platonis in *Mene-*
xeno p. 243. ed. Serr. locum accipi posse semper
 putaveram; nunc vero, re perpensa accur-
 tius, de *octo ducibus*, capitnis primum a furente
 plebe damnatis, mox autem, quum poeniten-
 tia, ut fere solet, furorem excepisset, publico in-
 nocentiae testimonio honoratis, ac proinde &
 omni inferiarum honore solemniter adfectis, in-
 telligendum censeo. Vid. Xenophon lib. I. Hist.
Graec. sub fin. Alia de hoc loco erudite obser-
 vavit V. Cl. Pet. Wesseling, lib. I. Obs. cap. I.
 p. 91. --- 22. add. Cl. Noordkerk. in *Dec. Observ.*
cap. v. p. 115. pro *uti* apud Capitolinum d. I.
 mavult *ubi*. Receptam vero lectionem nobiscum
 tuetur Iac. Gothofredus, ad I. 6. C. Th. de se-
 pulch. viol.
 p. 92. --- 21. Varias lectiones d. I. 6. § ult. D. de rer.
 div. collegit Vir Consult. Io. van Nispen, in
diss. inaug. de sepulchro viol. cap. 16.
 p. 93. --- 6. leg. l. 3. § 2. & 3. D. &c.
 p. 95. --- 24. post placuit, lege: *si pacium &c.*
 p. 96. --- 9. ad verba: *si mortuus est Stichus*, sub-
 audiendum puto, *intermedio tempore*, post con-
 tractum iam initum, ante traditionem, contra
 quam voluit Belloius, lib. I. Var. cap. 9. existi-
 mans,

- mans, tempore conventionis mortuum Stichum
iam fuisse.
- p. 99. — 13. addes. ad fin. cap. Vid. Ant. Faber
lib. vi. *Conjectur. cap. 10.* eiusque levis armatu-
rae, & voluntarius defensor, Casp. Schiforde-
gherus lib. xi. trac. iv. qu. 1. seqq.
- p. 103. — 18. sic emenda: ~~etò mōrū~~
- p. 104. — 31. add. Alter vero verba d. l. 14. con-
stituit Christfr. Waechterus, in *Opusc. p. 552.*
ed. Trotz. *Credo,* inquit, *Sedevolam in textu*
nostro respondisse: Si iidem creditores essent,
qui propter incertum successionis (*hic enim lau-*
do Wateri nostri ordinem) transactionem feci-
fent, non posse; *quia transactum est scilicet.*
- p. 108. — 26. post *republica* delendum ve..
- p. 110. — 3. lege: *adoptatus.*
- p. 112. — 11. lege: *extendendum.*
- p. 114. — 12. lege: *qui tamen fibi &c.*
- p. 118. — 27. lege: *centumviralium iudiciorum.*
- p. 120. — 24. lege: *Si itaque minor &c.*
- p. 123. — 2. add. verbis ita distinctis: *videbimus:*
quia generalia sunt rescripta, & (quia) opor-
tet &c.
- p. 128. — 13. post *A. iolt. C. de in integ. rest. min.*
addes. l. 5. § 4. *D. de Carb. Ed.*
— not. †. pro *Nov.* lege *Nor.*
- p. 131. *fin.* add: Quid si duas periodos, explicationis:
caussa, ut videtur, interpositas, hoc modo ab
Edicti verbis distinguamus? *Ait Praetor:* Si
pupilli, pupillae, nomine postulabitur tempus
ad deliberandum, (an expediat eum hereditatem
refinere) & hoc datum sit: (si iusta caussa esse
videbitur) bona interea decimai, nisi caussa co-
gnita, boni viri arbitratus vetabo.
- p. 138. — 18. ad fin. num. vii. Propter auctoritatem
Vul-

ERRATA & OMISSA. 283

Vulgatae, quae apud me est maxima, *tā a me*
videri possent explicationis gratia *rā amē* adie-
cta, ut quae subaudiri debeant. Et hoc quo-
dammodo exigere videtur antecedens verbum
intulimus. Denique nautam non alii ex contraētu,
quam ei qui intulit, teneri certum est.

— num. viii. vers. 7. lege: *Hugonis a Porta*.

p. 140. ad fin. num. ix. Aliam videlicis huius loci inter-
pretationem apud Cl. Heineccium, in *Add. ad*
L. Iul. & Pap. p. 33.

p. 143. — 3. post cap. 17. add. & ad *L. Falc. cap.*
VI. p. 96. / eq.

— *fin. cap. x.* Quae alia Veterum loca in eandem
sententiam laudavit Vir Cl. post Sanctium &
Perizonium *dd. II.* quaeque plura attulerunt sum-
mi Viri, Gronovius ad *Sen. lib. I. de Clem. cap.*
20. & Burmannus ad *Petron. cap. 128.* omnia ni-
fallor, nisi ubi haec particula vacat πλεονασμῶς,
observante Passeratio ad *Propert. IV. I. p. 570.* vel
efficientem quae dicitur caussam, vel instru-
mentalem, vel eam iam praeteritam indicant,
nunquam vero, quod novi, impulsivam, *ob*,
propter. Qua in re & Phil. Pareum *de partic. p.*
586. & Cl. Schwartzum cum Tursellino lapsos
puto, *de partic. ling. Lat. p. 2. & 3.* qui que lo-
cupletando Fabro symbolas contulerunt. Lu-
bens tamen hasce aliis diiudicandas lites permit-
to. Conf. ex nostris Hub. Giphanius *initio Ob-*
servat. de Ling. Lat. p. 6. quem in *Lexico Crit.*
b. v. idem Pareus, sed ratione minus sibi certa,
sequutus videtur.

p. 144. ad fin. num. i. add. Est enim hoc casu debi-
tor instar *depositarii*, quem *latae solum culpac-*
reum constat fieri.

p. 148. — pen. lege: *de ritu nupt.*

p. 151.

284. ERRATA & OMISSIONES.

- p. 151. *ad fin. § viii.* add. Conf. de huiusmodi coniugio, Patroni cum liberta, Fabrettus *Inscr.* p. 289. seqq.
- p. 156. *ad fin. cap. xi.* Quam Basilica d. I. πελλανή vocant, minus recte Fabrottus *pellicem* reddidisse videtur; quum hoc certe loco *concubinam* verti oportuisset, post Agylaeum observante Lustello. Confer sis Balsamonem ad *Phot. Nomoc. tit. XIII.* p. 1109. Ceterum tamen & *amicam* pro *pellice* nonnunquam poni, ex Petronio constat, *cap. 93.* ubi vid. Gonsalius, p. 151. ed. Burm.
- p. 159. — 5. pro *plane* legendum *plene*.
- p. 178. — 2. add. & Io. Nic. Funccius, V. Cl. in *Spicil.* p. 10.
- p. 182. — 4. lege: *conditionis distinctionem*.
- p. 184. — 22. post *reperi*, adde seqq. Nisi cum Zasio in *Catal. LL. Rom. voc. Voconia*, ad originem familiae quis respiciat, *Aricino* oriundae, auctore Cicerone in *Philipp. III. cap. 6.*
- p. 187. — penult. pro *amis* 580. lege 579.
- p. 191. — 1. pro *duodecim* lege *sexdecim*.
- p. 192. — 7. add. Quod vero Hotmanus ad *Ascon.* p. 252. Vetr. Maurus de *Iure Libb.* cap. 13. & Balduinus ad *L. Voc.* p. 13. caput *tertium* vendit, de eo in seqq. agetur.
- p. 195. — 17. ad verba: *quum census esset*, add. quia enim Cicerone adolescenti gesta res traditur, ante annum v. c. 667. testamentum Fadius considerit necesse est, quo ultimum Romae censum, legis Voconiae intuitu, actum fuisse supra observavimus, p. 190.
- not. †. Obs. Quod *vulgo* neglectum hic dicitur, Cuiacius iam observaverat, in *Parat. D. ad Sct. Treb.* non intercedente Ampl. Brencmanno heu!

ERRATA & OMISSA:

285

- heu! nuper nostro, ad *Modeft. Eurem.* cap. xi.
p. 223.
- p. 197. — 14. De huius exilio Pompeii conferatur
Dio lib. LVI. p. 585. & Manutius ad *Cic. lib. VIII.*
ad famil. epift. I.
- 29. lege: *fideicommissio.*
- p. 199. — 9. post *epocham* adde *constituendam.*
- p. 203. — 13. lege: *cap. I.* & *3.* Vid. *I. ult. D. de bon. damn.*
- p. 206. — 11. add. Conf. Dio Cassius *lib. XLVII.*
p. 337.
- p. 207. — 16. ad verba: *in potestate liberos:* nimis-
rum; quod ad *Ius Civile*, ceterum ad liberos
quoque alios, ex ratione *Iuris Praetorii.*
- p. 215. — *ult.* ad verba: *receptio vernula:* quam
adpellationem, ex Iure petendam, male expli-
cuit Pareus in *Elect. Plant.* p. 159.
- p. 219. — 25. lege hoc modo: *qua testamentariae*
feminarum institutionis prohibitio ad solos restrin-
gi &c.
- p. 222. — 26. add. Balduinum iam refellit Charondas
ad Zasium, in Voconia.
- p. 239. — 2. lege: *a Paulo in d. l. I.*
- p. 240. — 23. add. Verbo id iam monuerat Wissen-
bachius in *Emblemat. Trib. ad h: I.*
— not. †. pro *Thomassinus* lege *Tomasinus.*
- p. 242. — 22. pro *nostos* lege *nostros.*
- p. 250. — 4. lege: § 5. & 6. *Inst. &c.*
- p. 254. — 6. pro *adfectantis laudem*, lege: *adfectan-*
tem laudis.
- p. 255. — 21. add. & ad *Petronium*, *cap. 58. 65.*
& 71.
- p. 264. — 26. post *vindicavit fisco*, Qbf. Sane in
caducis antiquum ius liberis & parentibus Cara-
callam servasse, auctor est Vlpianus tit. xvii.
§ 2. ibiq. Schult.

p. 265.

p. 265. — 18. Sed Alciatum d. l. omnia ad verbum ex commentario Catanaei, praceptoris sui, ad Plinii *paneg. cap. 37.* transcripsisse, vere prodidit Viglius noster, *ad l. ult. C. de Ed. D. Adr. toll. num. 9.*

p. 268. — 20. *in med.* add. Partim quoque Ant. Augustinus, *de LL. in voce Vicesima.*

p. 272. — *pen.* post verba, *sub init.* add. & Ant. Faber, in *Iurispr. Papin. ad tit. qu. mod. ius pat. pot. solv. princ. VII. illat. X. p. 603.* Nihili vero sunt, quae de captivis in hac materia habet Wissenbachius, in *Comm. ad D. b. t. num. 11.*

p. 273. — 5. Maxime vero Grotius fallitur, in *fl. spars. ad d. l. 31.* haec notans: *Sine ea Commodi constitutione futura fuerant occupantis. Vide dicta a nobis lib. III. de I. B. & P. VI. 12.* Verum eo loco de solis *hostium bonis agitur.* Et contrarium ipse *τάρων* docuit *lib. III. cap. xx. § 53.* Et quis nescit, & ante Commodo, & postea, & libera etiam republica, bona *peregrinorum*, omniaque *heredem* non habentia, in *aerarium* olim populi, postea in *fiscum* principis, redacta fuisse, *l. 13. pr. & l. 15. § pen. D. de iure fisci.* Vid. Tacitus *lib. III. Annal. cap. 28.* Plinius *lib. X. epist. 88.* Symmachus *lib. X. epist. 62.* & Cassiodorus *lib. VI. form. 8.* De libera republica insignis est Ciceronis locus, *lib. I. de Orat. cap. 39.* ubi de *iure applicationis* agitur, civem inter patronum, & peregrinum vel exulēm clientem, olim usitato, iuris ad instar patronatus. Ita vero ait: *Quid? quod item in centumvirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium venisset, cui Romae exulare ius esset, si se ad aliquem QVASI PATRONVM ADPLICAVISSET, intestatoque esset mortuus:*

*tuus: nonne in ea causa IUS ADPLICATIO-
NIS, obscurum sane & ignotum, patefa-
ctum in iudicio, atque illustratum est a patrono?*
Vid. Strebæus, & Melanchthon *adb. l. p. 112.*
& *p. 577. edit. Basil. Conf. Turnebus lib. xxiv.
cap. 32. & lib. xii. cap. 10. & Charondas lib. iii.*
Verisim. cap. 1. Idem succedendi ius etiam ser-
vabatur in eo, cuius beneficio peregrinus *civi-
tatem* fuisset adeptus, observante Turnebo *d. l.*
qui & ex Athenarum institutis hoc illustrat, eo-
que sensu Terentium accipit, in *Eun. act. v.
sc. 9. vers. 9.* cui addi posset alter Comici locus,
in *Andr. act. v. sc. 4. vers. 21.* Ceterum, harum
causarum aliqua non interveniente, in aerarium
peregrini hominis bona deferri mos erat.


— 30. Quod vero Ant. Fabrum in *Iurispr. Pa-
pin. p. 241.* aliter haec verba *d. l. 32.* consti-
tuere observat Burmannus, *d.p. 186.* hoc nempe
modo: *Idem ius HEREDITIBVS servandum,
quod haberent, si &c. in eo plane Viro summo
adsentior,* opus emendatione isthac non esse,
quum sane utraque lectio eundem omnino sen-
sum prodere videatur. x

T A N T V M.

O R A T I O
P R O
G L O S S A T O R I B U S.

Habita Traiecti, d. 14. Sept.

cIc Ic c c xxxix.



O R A T I O P R O G L O S S A T O R I B U S.

Quod in hominum singulis notare rerum naturalium periti solent, praeter omnium communia pleraque, alia non pauca cuivis peculiaria, ac velut domestica reperiri; quae tam frontis cuiusque, quam animi habitum, a cognata reliquorum similitudine distinguant: idem istuc & in singularum constitutione rerum publicarum perpetuo usu evenire solere, civilis prudentiae consulti monent. Etenim sicut ab aetate non solum, & consuetudine, verum a corporis etiam concretione, in animum naturaliter transeunte, a victu denique, & coeli soleisque indole, suos quisque adfectus, suos mores, manesque trahit: ita quoque civitas quaelibet, e singulis tam varie temperatis conflata, singularem habere propriumque genium, suosque velut ac nativo spiritu ali agique videtur. Isti porro civitatis statui quin publicum privatumque regimen accommodari sollicite debeat, itidem ac medicina morbo, & corpori vestimentum, inficias neminem iturum puto. Evidem una, fateor, communisque lex, tam hominum singulis, quam integris regundis societatibus, a natura est prodita, quam

æternam ac necessariam Grotius adpellavit ; at vero, quia post amissum divinae usum rationis, & post obductum philautiae tenebris mentis purioris lumen, simplicissimum istud ac perfectissimum naturae ius moderando quem vivimus corrupto statui minus sufficere videbatur ; ipsa mox necessitas, eamque sumtis experimentis utilitas insequa, matrum fecundarum instar, cuilibet tum familiae tum societati, leges alias, oeconomicas & civiles, tanquam foetus secundarios, eniti cooperunt. Quandoquidem igitur praesens hominum conditio observandis melioris naturae praeceptis plane impar videtur, iura quae diximus secundaria fatali hominum imbecillitati consulete maluerunt, quam intempestive obnitendo prorsus nihil agere; multis extra legum normam prudenter sepositis, & uniuscuiusque pudori ac religioni commendatis magis, quam fancitis.

Quumque civitatum singularum status multitudinis inter se differant, eaque propter & diverso ut regimine soleant; quin civiles quoque leges ad eorum cuiusque genium conformari exigique oporteat, omni procul dubio constare existimo. Quum porro obnoxia legibus facta fere sint omnia, eademque inter se infinite diversa, novis quotidie speciebus emergentibus; ex eo sane, quae regularum in Iure paucitatis, exceptionum vero multitudinis, censi ratio debeat, satis patere cuilibet potest. Normae proinde Lesbiae civilem prudentiam haud absimillem videri Aristoteles non inscite dixit; plumbeae nempe illi, omnesque in partes pro fabri arbitratu mutabili. Quum caementarii enim, aliique artifices, ad amissum ut aiunt Polycleti, opus quod moliuntur exigere soleant; unos veterum Lesbios ita fere structuras suas regulae adaptasse tradunt; ut, si operis ratio sic posceret, maioris forte vitii evitandi,

tandi, vel insignis commodi parandi caussā, normam potius ad structuram infleterent. Haud aliter profecto civilium auctores legum, non quaslibet hominum actiones, neque eas severē nimis, ad perfectam naturae regulam componere instituunt; verum eas duntaxat, quibus prudenter regundis sibi non omnino impares videantur; quasque vel patratas, vel omissas, ad egregium publicum aliquid habere momenti arbitrentur. Quum denique singularum conditioni civitatum communia attemperari iussa oporteat, fieri profecto aliter non potest, quin Civilium quoque Iurium tot numerari genera debeant, quot populi resque publicae suis per orbem legibus absolute regnantur. Neque vero, praeter hanc quam dixi, aliam tantae iuris inter gentes discrepaniae reddi posse rationem puto. Quapropter, si quis in animum inducat suum, omnes quotquot hodie frequentantur societas civiles, unis iisdemque legibus comprehendere; non plus meherele profecturum se sentiet, quam si vel easdem togas omnibus humeris adaptare, vel innumerabiles mensorum areas uno eodemque circulo describere conetur. Soli, quod novimus, ista laus Iuri debetur Divino, illi omnis sapientiae moralis fonti unico atque inexhausto; ut integris peraeque societatibus, ac singulis quibusque hominibus, perfecte consulat praecipiatque; sive vitam, qua nunc fruimur, sive alteram post fata successuram spectemus. Civiles vero leges, in unius utilitatem populi singulariter constitutae, finibus certe iisdem totae continentur, extraque eos vim omnem suam virtutemque perdunt: siquidem & unde ortae sunt civitatis maiestas, domi quidem imperare, foris vero deficere, inque territorio alieno etiam servire intelligitur. Quid? quod nec eadem semper civitas iisdem legibus ac moribus administrari feliciter pos-

sit; sed pro varia regiminis mutatione, rerumque publicarum vicissitudine, aliis saepe numero atque aliis uti habeat necesse: sicuti quae pace placuerunt, repudiari fere in bello solent; & contra, quae publici periculi necessitas extorsit, eo depulso mox abrogari consueverunt. Qua de re ex Isidoro agens Gratianus, civilem inquit legem non secundum naturam solum, verum etiam secundum patriae cuiusque confuetudinem, honestam illam atque iustam, id est, loco temporique congruam, scribi oportere.

Quae quum ita sint, AA. ut praefenti civitatis statui, medicaminum instar, accommodari leges debant, eoque variante rursus immutari; ecquid dubii superesse arbitramini, quin optimae inter alia signum sit reipublicae, avitis maiorum legibus institutisque constanter uti; contra vero male constitutae civitatis certissimum argumentum sit, iure vario & peregrino regi. Etenim haud melius profecto egenae legum civitati externae congruent sanctiones, quam vel figurae circinus quadratae, vel aliena mendicanti toga. Exemplorum huius generis tanta ab omni aevi copia abundavit, ut vel disertissimum oratorem repetitis clepsydris obrutura videretur. Athenas Spartamque transeo, solam intuiturus Rempublicam Romanam; ut ceterarum laudes omnium, non militari solum disciplina, sed prudentia maxime civili, longe lateque supergressam. Evidem haud me fugit AA. a quo iam fonte veterem Quiritium iurisprudentiam derivare interpretum vulgus soleat, nempe a divina per Moysen legislatione. Fruantur vero illi, per me licet, suo istoc sensu; mihi tamen, ut quod tacite tecum sentio publice eloquar, a levi quadam in paucissimis capitibus, detortaque similitudine, tantae originis maiestatem arcessere, meliora dum docer, religio est. Ceterum ne erretis, AA. de malibus

ralibus iam praeceptis non loquor, per omnes Romanæ sanctionis libros sparvis passim ac disseminatis; ut quae non alium laudare auctorem possunt, praeterquam ipsum Deum; quaeque eadem apud omnes populos, paullulum humaniores, nullo non aevio, obtinuisse legitimus. Ad ista igitur quod attinet, nullus omnino intercedo, quin publice Ius Romanum audiat honestas ipsa naturæ, scriptis tradita, & communis ratio gentium universarum, ad singulas res, personas, eventusque producta: neque adpellare illud dubitabo, rationem imperantem, & armatam sapientiam, sententiasque philosophorum, in publica iussa conversas. Verum enim vero, si iura mere civilia, & populi Quiritium propria, seorsum a reliquis spectare placeat; sive illa ab Albanis, externisve gentibus aliis utriusque Graeciae, olim mutuata; sive progressu temporis, exigente usu, ultro ab ipsis fanaticis, quantillam quoquo partem tam vasti legum corporis efficere ista videbuntur? Ecquae porro adfinitas in hisce oppido quam paucis Molæicae legislationi cum Romana intercedet? Ego certe quovis pignore contendem, non plus intervenire similitudinis posse, quam Sinensum inter & Belgarum, Britannorum & Turcarum iura. Aequiore igitur Iove, quotquot interpretum defecati sunt iudicii, non aliam Romanis nunc legibus auctoritatem tribuunt, quam quae Rhodiarum olim ipsos apud Romanos fuit; subsidiariam scilicet, deficientibus non solum statutis nostris, sed recisis etiam inanibus antiquæ subtilitatis ludibriis; ita ut re penitus inspecta, non tam Romana hodie legislatio, quam aequitas naturalis, ad normam publicae utilitatis temperata, sub iuris ac legum nomine, in foris obtineat. Quandoquidem vero solos veterum Romanos iura sua, leges, moresque publicos, in peculia-

A 4

arem

arem artis formam redegisse, totumque fori sui usum integro systemate complexos constat; proinde & singulari ipsos studio, sicut in disciplinis aliis, publicaque iuris institutione usos fuisse novimus: consultissima certe ratione; ut ne quis iuvenum ad magna surgentium, nisi iactis prius operis totius fundamentis, cognitisque legum singularium causis ac finibus, in forum vel curiam irrumperet; acturus aliquin pro patrono rabulam, pro iudice carnificem. Quum vero labente postea Imperio, mutatoque mox religionis cultu, irruentibus denique tot barbaris, uti vocabantur, nationibus, Francis, Gothis, Vandallis, & Longobardis; vetus illa Romanorum iuris prudentia, quae per annos circiter septingentos fluerat, ingens naufragium pateretur, vixdum ut paucae laceraeque legum tabulae communem literarum perniciem evaderent; & nihilominus tamen eadem, quae fuerat, veteris iuris in foro & scholis staret veneratio; non poterat sane non nova priori studio, multique laboris difficultas accedere, quod ad usum attinebat iudiciorum, ab antiqua legum theoria, publicaque iuris tractatione, iam longe diversum. Quumque tandem, a saeculo post Christum quinto, pleraque occidentis provinciae, excusso Romanorum iugo, in potestatem transirent Germanorum, simulque una cum Imperii maiestate legum quoque auctoritatem exuerent; nisi quatenus arbitrio victoris, una cum promulgatis novis, ratio quarundam servaretur: dubius admodum incertusque plerisque in causis novis fori usus esse incepit; ita ut aliis mox iurisconsultis, alia fori disputatione, aliis denique iuris semibarbari compilationibus, in Hispania, Gallia, Italia, opus videretur. In primis vero novam operam tribunalia flagitabant, ut magistratibus non minus, quam litigantibus patesceret; quid Imperia muta-

mutato ex vetere simul iurisprudentia immutatum videtur; tum quid eius salvum perstisset integrumque; quam vim denique ac potestatem singula legum capita, quibusnam in caussis, & quo usque obtinerent? Istud vero auxilio, a saeculo supra decimum altero, latissime tum gravissime barbarie, a usu vere Herculeo praestare sunt adgressi, novi scholae Bononiensis interpretes, facem omnibus praelucente *Inerio*, renascentis iurisprudentiae auctore principe; quos ab *Accursio* postea *Accursianos*, & ab interpretandi modo *Glossatores*, publice appellatos fuisse constat.

Equidem nullus dubito AA. fore plerosque ex artis quoque nostrae doctoribus, qui Accursii & Glossatorum auditio nomine, Sardos venales a me proclamari existimat, alios aliis nequiores. Ecquae enim convicia tam sunt sordida, tamque putida, quae nostra hac & superiore aetate, in tantos viros, velut de plaustro, ab imberbis etiam, aliisque oppido sustenis, & verae eruditionis inanissimis, congesta non fuerint? Verum enim vero quamvis, ut virtutis ita doctrinae gloria paullum eminentior, apud vulgus non solum, humanitatis omnis expers, sed apud ipsos, proh dedecus! humanitatem professos, invidiam fere comitem habeat, eoque deteriorum odio nunquam non sit exposita; ea tamen usque Divini Numinis erga viros bonos, & praecclare meritos, providentia est; ut nullius eorum tam sit iniuriis opportunum nomen, qui non suum sibi vindicent adversus petulantissimas scurrarum calumnias aliquando inveniat. Accursiana certe familia, omnisque simul Glossatorum natio, tot passim conviciis præcissa, aeternoque exilio in insulas nescio quas, ipsis certe iudicibus subinde ignoratas, damnata, nullo pon tempore ac loco, ex hilioris famae interpre-

tibus, primaque adeo iurisconsultorum classe, antiquissimum unum alterumque nacta est; qui virorum, summae & doctrinae & dignitatis, necessarium patrocinium publice susciperent; Alciatum dico, Vigilium Zuichemum, Iacobum Cuiacum; & quem unum nominasse suffecerat, amplissimum Byhkers, hockium; in quo certe viro veteris aevi gloriā nobis resplendescere Themis voluit; cuiusque in universam qua patet iurisprudentiam, publicam privatamque, insigniter merita, deque barbarie iuxta & calumnia triumphi, laudem iam omnem & invidiam superarunt. Ad me quod attinet, AA. liceat quaeque mediocritati meae suspenso hic gradu aliquantis percedere; & ferendo de tanti momenti causa, virisque in foro per tot saecula regnantibus, suffragio memet abstinere. Fas vero sit mihi, aliorum & ingenio & usu me longe praestantiorum argumentis in praesens uti, omni hac de re censendi facultate vobis unis commendata, ac relicta. Dicam igitur exercitii solum causā, & ne laudabili majorum instituto, novum auspicaturus munus, temere refragari videar. Dicam, inquam, pro *Glossatoribus*, totaque adeo Irnerii schola, modo vos AA. Q. O. O. HH. quod' maxime iam rogo, eundem mihi in dicenda favorem, quo vel criminum rei in iudiciis utuntur, impertire non dedignemini.

Qui instaurato Iuris Civilis studio, ab initio saeculi post Christum duodecimi, postquam per annos ferme sexcentos, velut densa mersum caligine, neglectum iacuisset, libros Iustinianos Bononiae interpretabantur, illustre *Glossatorum* nomen ad posteros meruerunt, familiam ducente *Irnerio*, agmen vero omnium claudente *Accurso*, saeculo vertente tertio decimo. Hi vero Iustiniani sanctionis memorres, a prolixioribus legum commentationibus fesc
abstine-

abstinebant; & brevissimis tantum scholiis, Graecos imitati, ipsam legum *literam*, uti loquebantur, id est, contextum Iustiniani, explanabant; contraetiora ita paraphrasin cum permissa ab Imperatore *xata nōda* versione, coniunctaque methodo paratilari, perperam confundentes. Scholia quoque isthaec vetere vocabulo *glossas* nominabant, haud multo felicius tamen. Non abutar AA. patientia vestra, in repetendo altius vocis etymo, propriaque notione plenius illustranda. Quem enim fugit, prifica *glossae* adpellatione, barbara & secretiora verba apud veteres intelligi? postea vero quarumlibet vocum obscurarum interpretationibus id nominis hæsisse; donec quibusunque tandem expositionibus, apta se brevitate commendantibus, vulgo attribuuntur. Quo sensu *adverbium* vocavit Isidorus, quasi *ad verbum*, sive *τοῦ εἰπεῖν*.

Irnerius porro, quem principem Glossatorum diximus, Ravennæ primum, forte etiam Romæ, aliisque in locis celebrioribus, philosophiam bonasque literas, magna nominis fama professus jam fuerat, quum ad eandem provinciam ornandam a Bononiensibus evocaretur; qua per annos aliquot cum laude perfunctus, eodem in loco publicam iuris scholam aperuisse traditur; in locum suffectus Pепonis, primi legum apud Bononienses interpretis; cuius tamen viri merita, qualiacunque fuerint, facile *Irnerius* superavit, laudesque eius omnes brevi praestinxit, stellas exortus ut aetherius sol. Eo namque cum successu veterem legum doctrinam reduplicatus legitur, ut publice ab omnibus perpetuo cognomento *lucerna iuris* adpellaretur. Tribus vero industriae speciminibus quam maxime inclaruit: uno institutæ legum *xalā nōda* glossationis; altero epitomationis quarundam authenticarum e Novellis decer-

deceperatarum ; tertio denique editi forensium instru-
mentorū voluminis , quod vulgari nomine *formu-*
larium inscripsit . Neque vero insolens adeo ista ac-
tate glossandi erat institutum , immo vero ab Iusti-
niani aeyo usque apud Graecos usitatum . Vix e-
nim Imperator novo legum a se contextarum volu-
mini ultimam imposuerat manum ; . quum Theo-
philus , Thalelaeus , Stephanus , aliquie Graecorum ,
non versiones tantum καλα ποδα , sed scholia quo-
que contractiora , in Institutiones , Pandectas , &
Codicem , certatim velut conscripta ederent . Ste-
phanum sane τῶν νόμων γλῶσσαν propterea dictum
fuisse , Demetrius Syncellus memoriae prodidit .
Eandem porro Iuris interpretandi viam , tertio post
saeculo , ingressos quoque iurisconsultos fuisse , Ba-
silicorum scholia apertissime loquuntur ; ut de aliis
Graecorum notatoribus , tum antiquis , tum novis ,
Theophili etiam , & Harmenopoli *Irnerio* multum
posterioris , nihil iam addam . Quin adeo usque pro-
pria iurisconsultorum istae methodus glossandi fuit ,
ut hodieque inter eximia aliae orundem iura , glo-
sandi quoque facultas diserte memoretur . Ad *Ir-*
nerium vero ut redeamus , illud in primis animad-
versione dignum existimo , non privato solum stu-
dio bonis literis , & Romanae iurisprudentiae ipsum
attendisse ; neque adeo quod vulgus putat αὐτοδίδα-
κτον in his fuisse ; sed publice Constantinopi , in
celeberrima orbis totius schola , civilioribus studiis
ex voto litasse . Ecquis vero ambigat , quin ab ore
virorum eruditissimorum assidue pendulus , interalia
priscae doctrinae monumenta , Iuris quoque veter-
is reliquias , cum Latinas , tum Graecas ; opus in
primis Basilicorum , cum scholiis & synopsi , inde-
fesso studio fuerit perscrutatus . Qua de re si quid dubii
sorte cui subnascatur , in rem quaeſo mecum prac-
ſen-

sentem veniat, Latinasque *Irnerii* glossas critici plerisque Basilicorum scholiis, quavis fere pagina contendat; & nisi tantam utrasque inter similitudinem reperiatur, ut in plerisque unae alterarum matres dicendae videantur, vietas dabo manus. Ceterum utilissimo hoc instituto, brevissimis hypomnematis illustrandi leges, usi quoque deinceps fuerunt celeberrimi qui que legitimae doctrinae alumni, inque gymnasio Bononiensi successores; eosque inter velut omnium antesignani, *Martinus & Bulgarus*, idemque novarum mox sectarum in foro auctores. Et *Martinum* quidem Capitoni, propter aulicae vitium ambitionis; *Labeoni* vero *Bulgarum*, ob avitae studium libertatis, haud absimilem fuisse annales tradunt. Ex quorum utriusque disciplina, tanquam ex equo Troiano, tot egregios legum magistros prodisse constat; ut Bononia, velut altea Berytus, princeps Iuris magistra, & alma togatorum nutrix toto occidente celebraretur. Quas vero attigi, binae Glossatorum sectae, per duo fermie saecula, ad *Francicum Accursum* usque, citramontanos inter atque ultramontanos, acerrime ferbuerunt. Is vero omnium primus, *Salvii Iuliani* exemplo, novam Erciscundorum familiam, duas inter priores medium, sibiendi veterum dissensionibus fundavit. *Labeonem* tamenque imitatus, aliorum libris conscribendis secessisse, exactisque in solitudine tam erudita annis decem, omnium anteriorum glossas, suis passim intermixtis, in quatuor Iuris Iustinianei libros, stupendo labore, & incredibili diligentia, collegisse proditur, maximo iurisprudentiae reviviscentis incremento.

Alter itaque instaurati legum studii hic fundus extitit, *interpretum glossatio*, cum vetere illa iurisconsultorum in foro disputatione, sive luce Flaviano,

ho, apprime conveniens ; accidente mox continuo iudiciorum usu, apud Christianos fere omnes per Europam populos, ad nostram hanc aetatem usque. Vtinam vero auctoritas ista in forensem nhoz tyrannidem haud degenerasset ! neque apud imperitos iudices patronosque, parem legibus, si non majorem, vim potestatemque sibi usurpasset ! Legem enim, auctore Fulgosio, apud iudicem citanti illico regerebatur : *credis tu, quod glossa non ita bene viderit istum textum, sicut tu ? & non ita bene intelleixerit, sicut tu ?* Vnde dicere Cynus solitus : *volo pro me Glossatorem potius, quam textum ; & quae sunt alia.* Ceterum, qui huiusmodi imperitorum lapsus ipsis imputandos Glosatöribus contenderet, nae manifestae is calumniae reus videretur ; quum & elaboratissima quaeque in omnibus scientiis commentaria turpissimo abusu facile in asinorum transire pontes possint. Ita enim fere comparati homines sumus, ut florente aetate a labore proclives ad inertiam ; & facto potea studiorum naufragio, muneri quod gerimus impares, inscitiae ineptudinique nostrae speciosa æquii bonique nomina, auctoritates denique, vel exempla maximorum virorum praetexere studeamus.

Sed a diverticulo in viam. His itaque natalibus *glossata* quae vocatur, *Iuris Civilis editio* censetur, quatuor ut novimus Iustiniani libros complexa ; quamque omnium, quae superfunt, & antiquissimam, & emendatissimam esse, contra quam plerique sentiunt, ego persuasissimum habeo ; solam denique illam præ Haloandrina & Taurelliana vim legum iudicis obtinere, uno omnes ore pragmatici testantur. Quandoquidem enim, aetate Glossatorum, quos penes omne fori regnum tunc erat, praeter illos quatuor, reliqui omnes in Icholis & tribunalibus *Iuris libri* ignorabantur ; & vero sub idem tem-

pue

pus ad transalpinos quoque usus Iuris Iustinianei sepe penetrabat ; mirum certe videri non debet , haud alios legum libros publica fori auctoritate receptos tum fuisse , quam scholiis illustratos Glossatorum ; qui propterea etiam soli , & publici , & canonici , & ordinarii , appellati feruntur ; ut ita a ceteris , tanquam privatis , & apocryphis , & extraordinariis , distingui facilius poscent ; ceu domesticae tantum lectioni , & perficiendae Iuris theoriac , porro inservire aptis . Si qua igitur Iuris loca , *textus* vulgo vocant , antiquis Glossatoribus ignorata , nostris vero editionibus inserta legantur , pro privatis tantum & apocryphis omnia habebuntur . Cuius generis quamplurima a Cujacio , Contio , & aliis , tum ex opere Basilicorum , eiusque synopsis , tum aliunde eruta , nonnullis Pandectarum & Codicis titulis accesserunt .

Evidentissimum huius rei exemplum in Novellis , per novem vulgo collationes distributis , videre est ; de quarum certo ineundo numero interpretes critici hodiecum ambigunt . Evidem *Iulianus* antecessor , haud multum , ut arbitror , post Iustiniani facta , centum earum & viginti quinque latine epitomatas dedit , quae ad nostra usque tempora pervenerunt . In editionibus vero *Gotobredianis* , aucto subinde earum numero , octo & sexaginta supra centum iam exhibentur . *Glossata* denique quinque centrum & nonaginta , suis illustratas scholiis , foliasque in foro usitatas , complectitur . Ceterum una cum Novellis , quas diximus , glossatis , summulae quoque , sive *Authenticae* , ex vulgata earum versione , quod proprie *authenticum* dicitur , ab *Irnerio* aliisque excerptae , & Codicis passim legibus instar Iuris posterioris subjectae , eadem in foro auctoritate potiuntur ; cuam si ex recentiorum quorundam

dam Imperatorum formis, atque edictis; eas longe postea desumptas constet. Quae vero praeter Novelarum collationes novem, *decima & undecima* ab Hugolino compilatore adiectae feruntur, totumque adeo *Feudorum* ius, cum integra Iacobi Columbini glossatione; a nostris hodie iudicis temota, & Longobardici tantum regni propria habentur; nisi quae tamen, longo fori ulu firmata, vim iuris subsidarii alicubi forte adepta iam fuerint.

Habetis AA. qua sermonis brevitate potui, expostam *Iuris Glossati* historiam; quod ad illius originem, naturam, & praestantiam, fori denique usum atque auctoritatem attinet. Quae certe omnia, ni vehementer fallor, de eximiis Glossatorum meritis, eruditione in primis, iudicii acumine, & in causis forensibus disceptandis prudentia, publice attestantur. Artem enim, verbi causa, casuisticam, qua verae factorum species ex obscurioribus legum fragmentis commodissime eruuntur, quibusnam quocto auctoribus debemus? Glossatoribus. Concisi porro veterum scribendi generis planiorem expostionem? Glossatoribus. Vsum denique forensem, cum subtilissimis dubitandi ac decidendi rationibus? iisdem certe Glossatoribus.

Atque ita perorata videri caussa posset, quam pro Irnerio & Irnerianis dicere incooperam. Quia vero politiorum, uti vocari amant, Iurisconsultorum non paucos in alia omnia discedere video, mei porro muneric existimavi, praecipuis adversariorum argumentis bona fide recensitis, & quae dubia sunt removere, & quae modo per indicem leviter attigi, paullo diligentius pertractare.

At vero ne cum turba nobis res sit, dabimus ei advocatum; ecquem vero potius, quam *M. Ant. Muretum*, illum eruditissimum Romanae ecclesiae sacer-

sacerdotem ; & in vario doctrinarum genere cum principibus etiam viris comparandum ; ubi iore tamen, ut puto, eloquentiae & literarum, quam verae & solidae iurisprudentiae , flumine inundatum. Is ergo, quum data opera scholae Bononiensis suscepisset oppugnationem , inter alia nullum inventit argumentum validius isto : ingenuos adolescentes , in Ciceronis, Caesaris, Plauti, Terentii, & similium libris exercitatos , & Latinae linguae intelligentes, novos sibi de verborum significatione commentarios conquirere oportere , qui iam accessuri sint ad illas Glossatorum mixobarbaras cantiones. Neque enim unam saltem linguam esse , qua isti loquantur, sed deterrium quendam cinnum, ex foedissima barbararum, peregrinarum, inauditarum vocum colluvione conslatum; olentem, ut servus ille Plautinus ait, allium, hircum, haram, suem, canem, capram commixtam ; & quemadmodum odor ex averno surgens, supervolantes aves necare solitus dicitur ; ita glossarum illud pus, illam faniem , illud virus, optima quaeque ingenia exanimare.

Vestram vero fidem ! AA. quid est quaeſo calumniari, si hoc non est ? nos de existimatione veri nominis Iurisconsulti , bonique legum interpretis, paullo ante quaerebamus: nos de vero iurisprudentiae fine , qui certe practicus est, litem modo contestabamur. Quid vero adversarius ille noster ? anne forte laudes istas Glossatoribus abiudicandas demonstrat? nihil minus. Quid ergo ? illud nempe, quod malorum litium patroni solent, praeteritis callide veris cauſae momentis, sola verba captare ; in vocalis & minutiis haerere ; hic rabilae instar exclamare & conviciari , hic cerviculam iactare insolenter; quodque in proverbio est, missa nucce corticem lambere. *Momi*, de quo in

fabulis est, recordatio me subit; qui Veriere, dñs adplaudentibus, ad Apollinis citharam scitissime saltante; cum, quod in decentissimo corporis tam pulchri motu reprehenderet, haberet nihil; tamen, ne plane tacendo sibi aliisque parem nō omnis videatur, tripudiantis divae auratos calceolos paululum substridere cavillabatur. Sed vereor AA. ne apud viros tantae, & prudentiae, & eruditionis, in arguenda *Mareti* calunnia, stuporis ipse arguendus videar; quasi nempe subactissimo iudicio vestro, dum infamem calunniae postulo, quodammodo diffiderem. Ecquem enim lateat in extollendo Parifino scelere impia hominis audacia? ecquem porro in ludendo Scaligero scurrilis dolus? ecquem denique in criminum omnium criminis longe obscenissimo ultricium flatmarum fuga?

Evidem non is ego sum, qui Romanarii iurisprudentiam alio, quam Rotiano sermone, addiscit aut doceri posse contendam; immo vero te quidem intelligi eam sine aecuratore istius linguae cognitione posse, ultra publiceque fateor. Ceterum tamen & in ea me haeresi iam olim fuisse, esseque etiant nunc, nec piget, nec poenitet; linguae emortuae, quales Latina hodie & Graeca, in loquendo scribendoque, usum ac facilitatem, cum necessaria eiusdem intelligentia, dextraque ad caussas applicatione, minime misceri oportere. Quotusquisque enim nostrum quotquot sedulo bonis literis operatur, in per volutandis improba lectione Graecis Latinisque auctoribus, verum esse quod dixi, non quotidie experitur? Orientalium certe linguarum doctores ultro mecum in hanc descenturos sententiam esse, non spero, sed confido.

Equis porro tam suffenus sibi, ut vel latine se loqui, aut scribere iam posse, apud peritos reram

ar-

arbitros iactitare ausit? Optimus certe, ac felicissimus veterum imitator, post saecula fere abhinc tredecim, ni pudorem iam omnem penitus decoxerit, ingenuæ quæ dixi cum Erasmo confitebitur. Si quis tamen recentiorum, nimia sui plenus fiducia, & virtutum principis modestiae oblitus, Cicerones inter & Caesares, in foro vel curia, causas agere potuisse praesumat; vel in capitolio cum Virgiliis & Horatiis carmen a se compositum recitare; omnium profecto cachinnis, ea si ipsum aetas fulisset, illico exceptus fuisset atque explosus; ni que confessim balbutire desuisset, subselliis obrutus praeceps electus fuisset foras; ea lege atque omne, ut si ad eandem aliquando insaniam rediisset, Aedilis de eo extra ordinem cognosceret; noxaeque compertum, si honestior fuerit, ad Cimmerios in exilium deportari, proletarium vero melle & sesamo oblitum, vesparum muscarumque stolis, diem unum alterumque, ut ait Lipsius, ad caldum solem destitui juberet.

Pace vestra AA. liceat quaeso mihi, obmotae calamiae plenius confutandæ, paullo longius in hunc campum excurrere. Ecquis hodie eorum, qui factis prudenter laborum gradibus, severa lege in arte nostra proficere cupiunt, in glossarum lectione tam est hospes, ut necessarium commodumque linguae Latinae usum, ut verborum copiam, ut stili pondus, inter præcipuas Glossatorum dotes adscribere dubitet? Adeo enim concinne, proprie, & nervose, obscuriora pleraque, ad fori usum spectantia, ibi explicata, & brevi interpretatione clarissimam in lucem vindicata videmus; ut omnibus deinceps iure-consultis simile quid audendi spem vel unus *Accrus* præciderit, immo nonnullis iam scripturientibus calamum excusserit de manu. At inquiunt,

qui in alia omnia cum *Mureto* abeunt : eos qui docent, genere dicendi uti debere nitido, perspicuo, usitato ; tali denique, ut sine ulla salebris, sine ulla asperitate, influat in aures animosque discentium ; eisque se, non adscita, fucisque ac pigmentis quae sita, sed naturali pulchritudine ac suavitate commendet. Verum enim vero, si hanc solum ob caussam abiici, iuvenumque manibus eripi glossae debeant ; quia melioris latinitatis flosculis, e Terentio, Cicerone, Caesare, petitis haud niteant ; sed vulgaribus magis, & de plebe sumtis vocabulis, phrasibusque passim scateant : quid quoque parte maxima utriusque legum Codicis ; quid authentico Novellarum, vulgatae & receptae versionis ; quid Institutionibus fiet ? Anne & haec aboleri vitio creati censores iubebunt ? Dii meliora. Quid vero incultius, quid corruptius stilo Imperatorum in Codice, a Constantini potissimum & Theodosii aetate ? Quid verbosius, frigidius, inanius, Triboniani oratione dicam, an striblige ? Hisce tamen fontibus ituris prudentiam, qua utimur, Iustinianeam manare, nec ipse puto *Muretus* diffitebitur. Eadem ceteroquin ratione, e librorum Iuris Canonici numero, quinque illi Decretalium, ne de sexto, de Clementinis, & Extravagantibus iam dicam, pariter essent eximendi ; Decretum enim quo antiquius, paullo etiam emendatus confectum constat ; prae quorum omnium horrida & ampullata dictione, Accursii certe glossae censeri Tullianaे debeant. Possem vero & de barbaræ Scholasticorum, & tantum non magica in theologicis iuxta & philosophicis dictione : possem de lordinibus Moralistarum, & casuum conscientiac, quos vocant, architectorum : possem denique de auctore vulgatae Bibliorum versionis, plurima in hunc censum adiucere ; contra quos omnes nec hiscere quidem.

dem Romano presbytero ficiisset; si ulteriori con-
futatione tam inanis argumentatio indigere videretur.

Eat igitur *Muretus*, & in paucis quibusdam Iuris obsoleti capitibus strenue criticum pro more agat; urat, fecet, deleat; rotunda stare, currere quadra-
ta iubeat: tamen, si quid video, nec mediocrem
Iuris in se spectati peritiam ulli unquam probaturus
est, dignoscere cauto quid solidum crepet, & pi-
ctae tectoria linguae. Commentarii sane eius ad *tit. de orig. Iur.* notulæ eiusdem ad *Instit.* Observations de-
nique *Iuris Civ.* egregium omnibus literatorem exhi-
bent, iurisconsultum nemini. Ad me quod atti-
net, fremant omnes licet, dicam quod sentio:
unus mehercle *Irnerius*, unus item *Accurhus*, in
vulgato glossarum corpore, omnes omnium re-
centiorum commentarios, si quis legum causas,
& fori usum viderit, & auctoritatis pondere,
& utilitatis ubertate, longissime exsuperat.
Quid enim? anne propter inamoenitatem oratio-
nis, ipsius veritatis & iustitiae investigationem ad-
spernabimur? Non illud Vlpianus, non Paulus,
non Papinianus siverint. Illi res magis, quam ver-
ba, sensum quam dictiōnēm, in Iure spectari opor-
tere aiunt; & crassitie verborum non vitiari rem
ipsam; neque rem sermoni, sed sermonem rei an-
cillari & subiici; reque intellecta minus esse labo-
randum de verbis; vacuam vero & nudam vocum
disceptationem pertinacibus relinquendam esse: im-
mo qui plus iusto addicti etymis sunt verborum,
propriisque vocum indagandis notionibus, eos
veritatis & aequitatis sensum plerumque amittere.
Quum denique docti omnes indoctique frequentes
aberremus, eos certe minus culpados aequi censem-
bunt iudices, qui in levioribus magis offenderint,
quam in gravioribus; in verbis, quam in rebus.

B 3

Ad

Ad alterum vero accusationis caput iam pergo,
de Glossariorum in Graecis profunda ignorantia, vul-
garibus etiam dictiis notata: *græca sunt, non le-*
guntur; græca sunt, quæ intelligi non possunt; cun-
demque in sensum alia. Egregie vero, ut solet, Sene-
ca philosophus, *mendacium, inquit, tenue est; pellucet,*
si diligenter inspexeris. Quanquam enim Accursii omni-
a, bene vel male dicta, ita in numerato non habeam,
ut singula recitare extemplo possim; hoc tamen ad-
firmare mihi posse videor, ista vulgi *τελευθερία* nus-
quam eo, quem volunt, sensu usurpata Glossatoribus
fuisse. Immo vero tot in contrarium non spremen-
dae eorum in Graecis peritiae argumenta suppetunt;
ut profecto nesciam, quo demum colore, profecti
isti Accursiomastiges, commentum tam putidum,
ut rem omnibus exploratam, differre sint ausi.
Innenium certe, patrem illum Glossatorum ac du-
cem, Constantinopoli in Graecorum scholis magi-
strorum, quod supra iam attigimus, optimarum
disciplinarum fruge, & Iuris etiam Romani deliciis,
liberaliter enutritum fuisse, istius aetatis scriptores tra-
dunt. Ecquis vero dubitaverit, quin summi istius viri
in schola Bononiensi successores, eadem usque via, a
praeceptore tam diligenter monstrata, gnaviter porro
inceperint? Preserunt certe plerique eorum tam
gloriosa principis doctoris vestigia, sicuti sexcentis
possem argumentis, e medio glossarum corpore pe-
titis, evincere; ni clepsydrae ad orandum mihi da-
tae partem iam maximam effluxisse cernerem. Bre-
vi itaque *διηγήσει* rem omnem in praesens complectar,
ulteriore disputatione aliquantis per suspensa, & ma-
iori otio quod largitum fuerit Numen reservata.

Et primum quidem satis constat, quam pluri-
ma in Pandectis Graeca, tum vocabula, tum loquen-
di genera, integras etiam periodos, Latinis plerum-
que

PRO GLOSSATORIBUS.

que versionibus non male reddita, passim occurreret.
Vnde nam quae lo, quidquid istarum est interpretationum, profectum putabimus? Ab ipso Iustiniano qui arcessat, fore opinor neminem: ecquid enim stultius, quam interpretem agere linguae, vel omnium vernaculae, vel publice receptae? Superest igitur, ut eorum nonnulla ab anonymo Graeco, vulgatae Novellarum versionis auctore; alia ab Ireneio, atque Placentino, latine prodita statuamus. Ceterum quod in contrariam vulgo partem adferatur, oppido hinc alienum puto, glossema nempe Accursii, sub finem *const. Omnem*, ad *Ante eiff.* ubi, quam ex Homero Imperator memorat, Glauci & Diomedis permutatio, a Glossatore vino & equis facta fuisse dicitur. Quid enim vel vulgo iam notus est, quam versum istum Homericum:

χρύσεα χαλκέων, ἔκατόμβαι ἵνεα βοῖον,
in antiquissimis veterum exemplaribus defecisse, Pa-
litiano auctōri auctore? Immo vero ad eandem pas-
sim constitutionem scriptae ab Accursio glossae, non
minimam ipsius in Graecis peritiam abunde testan-
tur. Tantum etiam abest, ut nec legere Graeca, nec
intelligere Bononienses sciverint; ut contra ea inte-
gros versus aliquot laudati poëtarum principis, utro-
que ex opere, non latine solum reddere, sed metris
quoque subinde comprehendere, haud infeliciter
sunt adgressi. Manifestissimum huius rei argumentum,
in materia de *excusatt. tutorum*, Modestini fragmenta
exhibent; quorum Graecam solum lectionem reprac-
futari Imperator iussérat. Glossatores itaque, Ar-
ynerio fere suppares, Graeca ipsa interpretatos fuisse
legimus; recentiores vero vulgatam, Bulgari forte,
aut Placentini, translationem illustrasse magis; quemad-
modum cuvis, utrorumque glossas vel obiter
inspicienti, iluce clarius adparebit. Agite vero,

largiamur : ridicula & absurdia passim in glossis reperiri ; ecquis constare nobis dixerit, ipsis Glossatoribus, vel saltem Accursio patri, adscribenda illa esse ? Potius ego Cervotinas esse glossas dicem, ab Accursii filio, quem *Cervotum* cognominant, paternis scholiis temere intermixtas ; unde etiam Bartolus *glossam Cervotinam* pro quavis futili & inepta dictitasse legitur.

Verum tamen AA. dum haec ita persequor ; dum omnium, quae dispergo, rem ipsam vobis auctorem dare studio ; unum iam alterumque *Muretianorum* submurmurantes audire mihi videor : quae, malum, impudentia est, tanto adparatu Accursium vel invitum defendere ; scilicet non reum duntaxat, sed confessum ultro ? Quid enim disertius istius verbis, tum ad §. 3. *Inst. de emt.* & *vend.* tum ad l. 19. §. 2. *D. de iudiciis* ubi nec legi posse Graeca, nec intelligi, plane & absque ulla circuitione ipse pronunciat. Ita illi. Aequitatem vestram AA. adpello, ne tabellis sumptis me inauditum illico condemnetis. Paululum morae potius pro humanitate vestra haud quaeso denegetis, dum gemina ab adversariis citata loca aliquanto attentius tecum considero, & paucis refello ; vosque mea demum audita responsione, quod religiosorum iudicium est, de tota causa pronuntietis. Prioris *Institt.* loci ita se habent verba : *Sabinus* & *Cassius* etiam in alia re putabant premium posse consistere ; unde illud est, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emtionem & venditionem contrabi, eamque speciem emtionis et venditionis vetustissimam esse ; argumentoque utebantur Graeco poëta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus. Ad haec postrema sic Accursius : *bis verbis*, scil. *Graecis*, quae legi non possunt. Nam vero adnotatione isthac, tantu m abest,

abest, ut infiditiam suam ille prodiderit, ut contra ea nihil indicare voluerit aliud, quam suo in exemplari verba illa Homeri Graeca defecisse; eaque propter nec praelegi a se potuisse, nec exponi. Et re vera in vetustissimis libris, qui publice tunc in usu, desideratos Homeri istos versus fuisse, & variantium lectionum editores tradunt, & recentior glossae additione apertissime confitetur. Ipse quoque Accursius, ad verba proxime antecedentia: *permutatis quibusdam rebus*, ex coniectura adscripserat: *id est, equis*; manifesto admodum lacunae indicio.

Néque vero plus praesidii in altero Accursii ad *Pandectas* loco contrariae esse sententiae putem. Recitabo primum verba Vlpiani, secundum scripturam vulgatam: *Vbi*, inquit, *sic venit, ut confestim discedat*; *& quasi a viatore*, *& eo qui παρέπλει emis*; *durissimum est, quot locis quis navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere*. De corrupta, variisque emendationibus vexata a criticis lectione, Charondas, Baudoza, Gothofredus, & alii, abunde testantur. Quumque praeterea, auctore Brenckmanno, Graeca in Pandectis verba inquinatissime semper lecta fuerint; quis mirabitur, & huius loci scripturam, adeo vitiosam, ab Accursio olim, ceterisque Glossatorum, accurate minus intellectam fuisse? Sui itaque silentii, quisquis auctor glossae fuerit, redditurus caussam; hic inquit, sequitur *Graecum, usque ibi, durissimum, quod intelligi non potest*; obmendosam scil. librarii manu. Ego certe modestiam antiqui interpretis, ignorantiam ingenue professi, hariolationibus novitiorum, audacissimis plerumque, & incertissimis, longe anteferendam duco.

Quid multa? ipsam quaeso glossam audiamus, ad l. 6. fin. *D. de bon. poss.* ubi quum ex Pedio monuisset Paulus, *notis scriptas tabulas non contine-*

*ri editio, haec in margine habet vulgata: nec obstat
C. de testam. l. bac consultissima, in fin. quia Graecae
literae possunt & intelligi, & legi.*

Videant igitur censores, veteres, novi; ne quid-
quid sibi in buccam yenerit, temere adeo atque in-
consulte effutiant. Tamen, si tam inveterata am-
bitionis ducti prurigine, omnino criticos agere, &
de magnorum virorum meritis sedere iudices velint;
corum ut scripta diligenter ante evolvere, & repe-
tita saepius lectione pensiculare meditari adsuescant,
monitos usque velim; ne alioquin peritioribus aliis
novam satyris Menippeis materiam, & hac & secu-
tura aetate, praebuisse videantur. Dies me deficeret;
AA. si quae supersunt alia, vitio nostris verti solita, quo
coepi modo persequi, ac refellere adgrederer. Dicen-
dum enim foret de utriusque studio philosophiae, ma-
ralis & 'civilis; de omnis aevi historiis, cum sacris,
tum profanis; de antiquitatibus Graecorum Roma-
norumque, fori in primis & iudiciorum; quorum
omnium crassa & plus quam supina ignorantia ipsos
laborasse, iidem quos dixi *Muretiani* criminantur.

Verum enim vero, ne longiori oratione, vestra
AA. tempora, nobilioribus curis consecrata, impor-
tune intercipiam, ad illa potius me contero, quo-
rum praecipue causa hanc personam indui, & ex
hoc loco dicere sum ingressus. Primum igitur Vobis,
Viri Splendidissimi, Vrbis Traiectinae Consules ac Sena-
tiores, Academiae Curatores Beneficentissimi; Vobis, in-
quam, post Deum immortalem, quod reverentia, quod
pietas, quod obsequium, a me postulant, gratum pu-
blice animum contestor; qui me peregrinum in Bata-
vis hominem, tam liberaliter, tamque honorifice,
in civitatem hanc vestram adscivistis: in civitatem, qua
orbis patet, famigeratissimam; illam pacis Christianae
arbitram, avitae auspiciem libertatis, religionis vero

ac

ac sapientiae perpetuam atque optatissimam sedem; quae & amoenitate situs, & morum comitate, & civilis regiminis prudentia, facile una omnium principatum meruit; ad quam condendam, inque hoc fastigium, quod miratur, extollendam, virtus & fortuna contendisse videntur. Vale nuper Vobis dixit celeberrimus Iurisconsultus, & Antecessorum facile princeps, *Everardus Otto*, civis, praceptorque olim meus. Tanto autem Viro quam in Civi- li & Feudorum Iure me successorem Vos esse volueritis, gravissimam omnino provinciam mihi a Vobis impositam esse facile agnosco; cuique pro spe vestra, & florentissimae Academiae dignitate, obeundae atque ornanda, magis iam nunc impariem tne esse sentio, quam olim duodecimo abhinc anno in Frisia, quando illistris Heineccii, at quanti Viri? vacuas in me patentes fusciperem. A me itaque, *Proceres Eminentissimi*, nec vastam illam Decessoris mei erudititionem, & in omnibus artis nostrae partibus consummatisimam; nec disertum illud os, os dignum aeterno tinctum quod fulgeat auro, quale Symmachii fratre dicitur; nec ceteras perfecti Iurisconsulti dores, quae exspectetis. Quod unum potero, haud assimilata Viri magni vestigia e longinquo, imparique velut gressu subsequar; studiaque cupidae legum iuventutis, si non augere, atque extendere; adiuvarare certe modis omnibus laborabo. Faxit precor Supremum Numen, ut eodem apud Vos, *Novi Maestri*, diligentiae successu, vestrum erga me favorem provocem ac detinerear; quo nuper apud Frisiis, in illustri Franequerana; illa, illa iuvenum eruditorum vagina; Illustrissimorum Ordinum, ac Serenissimi Praefecti, Optimi Piissimique Principis, singularē gratiam, memori victuram pectore, mihi conciliari gloriari possum. Ita enim, spero, fiet, ut

ut nec Vos, *Patriae & Academiae Patres*, vestri de me decreti, nec me mutatae facile stationis, unquam poeniteat. Quod supereft, Deum O. M. supplex veneror, ut Vos, *Nobilissimi Amplissimique Viri*, ut familias gentesque vestras quamdiutissime salvas florentesque conservet, Reipublicae, Ecclesiae, Academiae, praefidio maximo, atque perpetuo.

Ad Vos porro, *divinae humanaeque sapientiae Antifitites*, quos inter maxima animi voluptate tres olim in Frisiis collegas intueor, Jurisconsultum, Medicum, & Oratorem, mea pergit oratio. Vestram ego amicitiam, vestro iam ordini adscriptus, qua par est observantia, petitum venio. Liceat mihi quaeſo virtutis & prudentiae exempla e familia: ri vobiscum usu petere, nostrasque copiolas vestris in dies auxiliis firmare, vestris denique sub signis militem vel gregarium agere. Descendit enim in pectora, ut Seneca ait, & vim obtinet, frequenter audiri, adspici frequenter: ecce vel solus occursus sapientum iuvat; & est aliquid, quod a magno viro, etiam non loquente, proficias. Blanda quoque me ſpes fovet fore, ut ne vestræ foræ humanitatis fruſtra pulſasse videar. Id laeti omnium vultus, id virtus doctrinaque veftra, id *Amplissimorum* denique *Curatorum* enixiffima voluntas, quae merito nobis pro lege est, ultro polliceri, omniq[ue] firmitius stipulatione ſpondere videntur. Ego certe homo Germanus, Germanam omnibus fidem, etiam aemulis, etiam inimicissimis, praeftare a puero didici: candore, libertate, constantia, propriis gentis noſtræ bonis, nihil mihi sanctius erit, nihil religiosum magis. Dextras itaque, animosque sociemus: ſimultates, fordes, ſtrophæ, cum omni fuco, & fastu, perpetuo a nobis exulent; talem denique unusquisque noſtrum ſeſe praefet alteri, qualem alte-
rum

rum erga se fore, vel spe praecipit, vel voto exposcit.

Tuam vero amicitiam, *Celeberrime Wesselingi*, vanus essem, si multis verborum ambagibus ambire instituerem, qui iam annos octo Franequerae tecum sine querela transegi; quemque nunc iterum collegam, praeter beneficia alia, hospitii quoque necessitudine, arctius nuper obstrinxisti. Neque etiam est, quare futuram grati animi memoriam, de qua tu nullus dubitas, ambitiosius apud te praedicem. Vnum duntaxat quaesitum orator venio, finito exorator siem, horulas ut subsecivas, si quandoque tibi occupatissimo incident, meis subinde Muis impertire ne nolis. Haec Germanae fidei inter populares tessera, hoc signum sincerae inter nos amicitiae perpetuum esto; ut quoties in linguis, in historiis, in antiquitatibus, aliquid abditum quaero, quaerendum autem erit saepius, tu mihi oraculum, tu thesaurus sis.

Tandem & Vos compello, *Florentissimi Iuvenes*, quos insalutatos praeteriisse piaculum foret. Finem iurisprudentiae verae & solidae eundem esse novistis, qui cuiusque civitatis est, administrationem iustitiae. Ad hunc vos scopum, aures, oculos, animum, omnesque nervos quaeso intendite. Quumque vim omnem istius scientiae, sicuti ceterarum disciplinarum practicarum, in duobus hisce sitam intelligatis, *cognitione*, & *usu*; quorum illa ingenii potissimum, hic iudicii est; meminisse vos usque velim, cognitionem absque usu, sive theoriam interam, prorsus inutilem vobis fore; utrum vero sine cognitione, quam *flendriam* vocant, vel nullum, vel noxiū. Obtinendo itaque fini, quem dixi, utrumque illud studium, theoricum & practicum, vinculo indissolubili coniungatis moneo. Haec, mihi credite, una & regia via eit, qua in Iuris arcem contendere, &

Iu-

supremam olim fastigiam obtinere dabitur. Viam vero istanc vobis praetere si possim minus, monstrare certe, ac per indicem velut notare, iter facientibus haud definitam; functurus quodammodo vice corris, acutum reddere quae ferrum valet, exsors ipsa fecandi. Adeste igitur, *Ingenii Themidus Alumni*, quotquot me vel duce vestrorum studiorum, vel comite uti volueritis. Conatus ecce meos qualescunque, bene de vobis commerendi, vestri iam arbitrii, vestrae potestatis facio; spectandine vobis an exigendi videantur? In castra enim nostra invitum pellimus neminem, qui voluntario milite rem gerere consuevimus, non coniuncto.


D I X U

E R R A T U M.

Pag. 297. lin. 16. leg. *existimem*.



Ven
nonfr
facem
vice o
ctors p
Aust
m, d
cub
Lear
revis
H.W.
R. M.





Digitized by Google

